Metaphyſica dicitur liberrima quia omnino eſt ſui gratia ſic intelligendo ꝙ ex natura rei ipſa eſt prima ſcientia et nullam aliam p̄ſupponit tamen quo ad nos oppoſitū eſt in confuſa cognitione ut patebit infra diſt.3.q.2. Vigeſimū primū. Metaphyſica eſt aliarū ſcientiarum ordinatiua quia dat principia demōſtratiua prima omnibus ſcientiis. Vigeſimū ſecundū. Qui nouit uniuerſalia.i.conceptus cōmunes, nouit aliqualiter omnia ſubiecta.i.inferiora, ubi ly aliqualiter poteſt dupliciter exponi, primo pro ly potentialiter, ſecundo pro ly partialiter. Nam cōceptus uniuerſales ſunt partiales cōceptus inferiorꝝ. Vigeſimū tertium. Proprie paſſiones ſubſtātiarum ſeparatarꝝ poſſunt dupliciter intelligi. Vno modo incomplexe et ſingulares paſſiones. Ille non poſſunt naturaliter cognoſci a nobis. Et capiuntur hic paſſiones tam pro predicatis neceſſariis dicibilibus de ipſis q̃ pro realibus qualitatibus et potētiis ipſarꝝ. Alio modo pro cōplexis ex cōceptibus cōmunibus ut eſt ens primum, ens neceſſarium etc. Ille poſſunt naturaliter a nobis cognoſci. Vigeſimum quartum. Nihil niſi proprie paſſiones entis continetur uirtualiter et ſufficienter in ente, tamen uirtute intellectus etiā alie paſſiones inferiorum poſſunt ſciri de ente non uirtute conceptus entis.i.intellectus non reperit in ente illas paſſiones nec p̄ciſe ex cognitiōe entis poteſt formare illas. Exquo patet ꝙ ens non eſt ſubiectū metaphyſice ut modo traditur quaſi uirtualiter contineat omnia tractata in metaphyſica ſed quaſi ſubiectum de quo dicuntur ea que tractantur in metaphyſica. Sequitur correlarie ꝙ de deo nobiliſſima cognitio naturaliter poſſibilis haberi a uiatore, acquiritur in ſciētia cuius ſubiectum inter ſubiecta ſcientiarꝝ realium eſt imperfectiſſimum ut in metaphyſica. Vigeſimū quintum. Nulla propria paſſio cognoſcitur propter quid.i.per demōſtrationem propter quid ſiue a cauſa propria que ē ipſa quidditas ſubiecti ſui niſi cognoſcatur ſuū ſubiectum quidditatiue. Exquo patet ꝙ non eſt poſſibile proprias paſſiones incōplexas (de quibus.23.dicto) ſciri propter quid, niſi ſubiecta cognoſcerentur quidditatiue quod pro ſtatu iſto poſſibile non eſt quo ad ſubſtātias ſepatas, idem fortaſſe etiam eſt de complexis paſſionibus. Exquo patet ꝙ licet cōplexe paſſiones ſubſtātiarꝝ ſeparatarꝝ de quibus i.23.dicto poſſint per uiam proportionis.i.cuiuſdam oppoſitionis cognoſci nō tamen incomplexe paſſiones. Vigeſimū ſextum. Proprietas diuine nature eſt ꝙ ſit cōmunicabilis unica et indiuiſa tribus perſonis realiter diſtinctis, quod proprie loquendo nulli creature cōmune eſt, tamen anima intellectiua eſt realiter unica et indiuiſa cōicabilis pluribus ptib⁹ corporis ſui realiter diſtīctis. Vigeſimū ſeptimū. Nihil eſt a deo creatum inquātum trinus in perſonis.i.ipſa trinitas non eſt ex intrinſeca ratione ſua formali et per locum intrinſecum et īmediatum neceſſaria ad hoc ꝙ creatura creetur ſed unitas eēntie neceſſaria eſt ad hoc, imo ſi per impoſſibile non eſſent tres perſone ſed tantum hic deus ſufficienter poſſet creatura creari. Vigeſimum octauum. Quicquid deus ad extra cauſat cōtingenter cauſat, tam mediate q̃ īmediate, cuius oppoſitum uidentur effectus oſtendere, quia philoſophi quo ad aliquid dixerunt oppoſitum quia dixerūt quicqd de⁹ īmediate ad extra cauſat illud neceſſario cauſat, licet que mediantibus creaturis faciat non neceſſario cauſet. Vigeſimum nonum. Angeli non ſunt eterni.i. ab eterno creati a parte ante, tamen durabūt a parte poſt in eternum, nec ſunt neceſſarii ſimpliciter in eſſe.i.bene poſſunt annihilari per diuinam potentiā, ſed ſunt creati in principio temporis. Trigeſimum. Non ſunt tā pauci angeli q̃ pauci ſunt motus celeſtes ut dixerūt aliqui philoſophi. Trigeſimū primum. Angeli non ſunt naturaliter beati nec naturaliter impeccabiles ut dixerūt philoſophi ſed de facto aliqui peccauerunt et alii per opera meritoria beatitudinem ſuam meruerunt. Trigeſimū ſecundum. Philoſophi uolentes ex effectibus dei et angelorum cognoſcere deum et angelos in dictis proprietatibus errauerunt.

¶CONTRA ISTAM RATIONEM Arguo et cete. Hic arguit contra rationem. S.Tho. doc. ſolēnis qui Henricus Sorbonicus ex collegio Pariſienſi tali ſic dictus, ſeu Gandauus ex patria ex qua fuit oriundus, in ſum. ſua. Pro cuius euidētia notandum eſt ut patebit poſtea, reuelata nobis non ſunt incomplexa ſed ſolum propoſitiones et hee ſunt duplices quedam cōtingentes, quedam neceſſarie, et procedit hec ratio ſolum de neceſſariis et arguit ſic. Quandocūq; termini neceſſarie propoſitionis naturaliter cognoſcuntur tunc tota propoſitio poteſt naturaliter cognoſci, ſed omnium neceſſariarꝝ propoſitionū reuelatarum nobis quas neceſſario tenemur cognoſcere terminos naturaliter cognoſcimus; ergo omnes tales propoſitiones naturaliter poſſumus cognoſcere, et per conſequens non indigemus a cauſa ſupernaturali habere. Maior probatur per diuiſionem ſic. Omnis neceſſaria propoſitio uel eſt mediata uel īmediata. Si īmediata ergo cognitis terminis ipſa cognoſcit̄. Si mediata, tunc quādo extrema cognoſcimus ſemper poſſumus media etiā cognoſcere et ſic deuenemus ad īmediatas propoſitiones. Probatur minor, fidelis et īfidelis diſcordantes in articulo fidei nō de ſola uoce contendunt, ſed etiam de conceptu uel de rebus ſignificatis, cum ergo infidelis non cognoſcat res ſignificatas per reuelationem ſequitur ꝙ naturaliter poſſint termini cognoſci. Pro euidentia probatiōis maioris notandum, illa propoſitio dicitur īmediata cuius predicatum et ſubiectum ſic ſe habent ꝙ naturali ordine nihil mediat inter ipſa.i.nullum ſubiectum poſſet dari cui īmediatius ineſſet hoc predicatum ut animal intellectuale eſt riſibile loquēdo de riſibilitate ſm̄ cōmunem modū loquendi. Illud predicatum riſibile nulli ſubiecto alii prius īeſt et īmediatius, ſed dicēdo homo eſt riſibilis, illa eſt mediata, qa illi ſubiecto non ineſt hoc predicatum primo et immediate, ſed prius ineſt quidditati hominis diſtincte cōcepte ideo illa propoſitio homo eſt riſibilis probabilis eſt.i.probari pōt per diffinitionem ſubiecti, ſic ꝙ ex illa diffinitione et ſubiecto et predicato due propoſitiones fiant et diffinitio ſit medium et tunc erunt ambe propoſitiones īmediate et p̄miſſe demōſtratiōis per quas probabitur illa propoſitio mediata ut dicēdo. Omne animal intellectuale eſt riſibile, omnis homo eſt animal intellectuale, ergo omnis homo eſt riſibilis. Quādo in textu dicitur in probatione maioris, et tūc cōiungendo illud mediū cū utroq; extremo ſenſus eſt, ex illo medio et extremis fiant due propoſitiones et tunc uideatur ſi ambe ſint īmediate tūc ex eis euidēter infertur illa mediata, ut in exemplo prepoſito, ſi aūt non ſunt ambe īmediate tunc iterꝝ queratur mediū inter extrema idē iter ſubiectū et p̄dicatū, tādiu quouſq; habeatur ꝓpoſitio īmediata.

¶AD ILLVD RESPONDEO De ſubſtantiis etce. Hic doc. ſub. defendit. S.Tho. contra Hen. negando maiorem argumenti. Ad probationē maioris diſtinguit. Medium eſt duplex, quoddam eſſentialiter ordinatū ut eſt quidditas inter ſubiectū et paſſionē et patuit in exemplo p̄habito, quoddaꝫ eſt inferius ſub uno extremo ut homo ſub animali. De primo medio ꝯcedit ꝙ qui pōt extrema cognoſcere etiam poteſt mediuꝫ illud cognoſcere, de ſecūdo negat. Cū ergo dicit, ille neceſſarie ꝓpoſitiones aut ſunt mediate aut īmediate, ꝯcedit ꝙ ſint mediate, et ulterius reſpondet per diſtinctionem iam habitam de medio.

¶RESOLVTIO HVIVS TEXTVS Cōſiſtit ī.7.dictis. Primū. In ꝓpoſito ueritas idē eſt quod ꝓpoſitio uera. Secūdū. De deo et angelis q dicūtur ſubſtātie ſepate ſunt duplices ueritates.ſ.mediate et īmediate. Quid ſit ueritas īmediata patuit in declaratione probationis maioris Henri. per oppoſitū intelli-

gatur de mediata. Tertium. Predicatum ineſſe ſubiecto eſt du pliciter. ſ. realiter et logicaliter. Realiter ineſſe eſt qñ ſubiecto et p̄dicato corrñdent diuerſe res quaꝝ una alteri ineſt, et hoc tripl'r uel accidētalit inherēdo uel ſubſtātialiter ineſſendo uel realiter idēptificādo. Exēplū primi hō eſt albus, ſecūdi hō eſt aīal, tertii hō ē creatus. Nā creatio paſſiua ē real'r idē creatu re. Logicalit ieſſe eſt idē quod p̄dicari, quocūq; res ſe habeat. Quartum. Doc. i textu uocat aliquas propoſitiones imediatas (utpote illas ubi p̄dicatꝰ ꝓpria paᵒ de ſuo ſubō ut hō ē riſibilis) licet uere ſint mediate ut patuit ſupra i declarādo ꝓbationem maioris, dicūtur tñ imediate compatiue ad illas ꝓpoſitiones in quibus ſubiicitur aliquod ſuperius cū ſigno pticulari et p̄dicatur eadē paſſio q̄ prius p̄dicabatu. Exēplū hō eſt riſibilis uocetur. a. aliquod aīal eſt riſibile uocetur. b. aliquod corpus eſt riſibile uocetur. c. due ultime dicūtur mediate, quia iter terminos eaꝝ mediat ly hō, et qñ ex illis tribus terminis formantur due p̄miſſe tūc euidēter cōcluditur illa piacens ut capiamus, iſtam aliquod aīal eſt riſibile, termini eius ſunt aliquod aīal et riſibile iter quos mediat hō, ex illis tribus faciamus duas ꝓpoſitiones. ſ. oīs hō eſt riſibilis, aliqđ aīal eſt hō, et ex his iſertur piacēs. ſ. aliquod aīal eſt riſibile, et ſic illa ꝓpoſitio ꝯcluſa dicitur mediata q̄a dependet a maiori et in compatione ad illā maior dr̄ imediata, licet etiā ſit mediata ꝓprie. Quintū. Tales mediate ſunt duplices, quedā ſeruāt p̄dicatū imediate ꝓpoſitionis ut aliquod aīal eſt riſibile, quedā capiūt cōmunia ad ſubiectū et p̄dicatū ut capiēdo iſtā, deus eſt primus pro imediata, et illam quoddam ens eſt primū ꝓ mediata. Nā primū abſolute. i. ut eſt ſuperius ad primitatē i quātitate molis, uel uirtutis uel bonoris etc. eſt ſupius ad primitates p̄dicatā de deo q̄ ē tm̄ primitas in entitate. i. pfectione. Sextū. Impoſſibile eſt cognoſcere mediatas tales ſine imediatis. Septimū. Propoſitiones reuelate nobis de ſubſtātiis ſepatis ſunt tales mediate et nō ſunt imediate iō uiator non pōt eas cognoſcere euidenter ſine imediatis ut ſicut nūq; cognoſcere poſſus illā, aliquod aīal eſt riſibile ſine illa hō eſt riſibilis ſic nūq; poſſum cognoſcere illas aliquod ens eſt primū, aliquod ens eſt creatiuū aliquod ens eſt trinū et unū, niſi cognoſcā illas hic deus ē primus, hic deus eſt creatiuus, hic deus eſt trinus et unus. Prime aūt reuelate ſunt uiatori et nō ſecūde ideſt ſubiecta ſecūdaꝝ nō intelligit uiator q̄uis i ſcriptura ſacra habeat omnes, ſed q̄a terminos ſecūdaꝝ nō intelligit a quibus prime dependent, ideo dicuntur omnes eſſe neutre uiatori. i. ipe neſcit an ſint uere uel falſe.

¶ QVARTO PRINCIPALITER Arguitur. Hec eſt ratio. S. Tho. ꝯ phōs quā ponit prima p. ſum. q. i. ar. i. in ſolutione principali, cuius declarationem tranſeo.

¶ QVINTO ARGVITVR SIc. Hec ratio eſt Henri. in ſum. et Gulihelmi Varronis libro. i. q. 2. Et quando ſubiungitur (hec ratio uidetur concludere cōtra eum) eſt Hen. i ſum. ar. i. Materia huius rōnis iſra di. 3. q. 4. patebit, ideo tranſeo.

¶ AD QVESTIONEM IGITVR Reſpondeo diſt. etc. Hec eſt ſecūda ps principalis huius corporis queſtionis in qua doc. determinat ueritatē q̄ſtionis, ubi primo ponetur mens Sco. circa hanc queſtionē in additione prima poſt finem poſita. Secundo ſubiūgetur mens eius in ꝓpoſito. Quantū ad primum ſit hoc primū dictū. De potentia dei abſoluta poteſt ſaluari hō et iuſtificari abſq; ſacramētoꝝ pceptione nec in actu nec in deſiderio et abſq; fide tam infuſa q̄; acq̄ſita ſine oī habitu et actu theologico et uniuerſaliter ſine oī actu et habitu tam intellectiuo q̄; appetitiuo, q̄a ex natura rei nō eſt neceſſitas. Secundū. Quicūq; bona uelle habet ex gener. i. ex obiecto. i. libent uellet ſcire et facere que eſſent facienda et ſcienda, ille mereretur de congruo iuſtificari ab originali peccato, imo deus nō ſubtrahit ab eo munus ſue liberalitatis. Tertiū. Gr̄a dr̄ dupl'r. ſ. prima et ſecūda. Prima gr̄a dr̄ q̄ aduenit poſt oīo nō eē gr̄e. i. cū qs prius nō habuit gr̄as et nūc hʒ dr̄ hr̄e primā gr̄am. Et loqmur hic de charitate. Secūda gr̄a dr̄ gr̄a q̄ auget priorē gr̄as. Quartū. De cōi lege nulli dat gr̄a pᵃ ſine ſacro baptiſmi uel pnie. Quitū. Habēti bona uelle ut dictū ē et ñ potēti hr̄e ſacramēta dat deꝰ primā gr̄as ſine ſacro. Sextū. Deus nō ē alligatus ſacramētis. i. ſi uult tribuere gr̄as alicui q̄ ꝯſueuit dari p ſacramta pōt illā gr̄as dare ſine ſacris. Septimū. Si deꝰ dat gr̄as tali pōt bene dici ꝙ det ſibi iſuſas ēt fidē q̄ fides iſuſa uocatꝰ hītus theologie iſuſus, et tūc ille ſaluabit ſine actu theologie et hītu acq̄ſito. Octauū. Nō eſt ꝯdicto dare charitatē q̄ eſt i uolūtate ſubiectiue et fidē nō, q̄ ē in itellectu ſubiectiue. Nonū. Nō opꝫ talē ſic diſpoſitū hr̄e actꝰ fidei. i. credere articulos fidei lʒ hr̄et actꝰ gr̄e. i. charitatis. Decimū. Talē iuſtificat deus cū ꝓprio merito de congruo et cū merito xp̄i, ſʒ puulū baptizatū cū ſolo merito xp̄i ſine ꝓpriis meritis iuſtificat. Ex qᵒ uidetꝰ ꝙ deꝰ nō minus tribuat tali q̄; puulo, cū gᵒ puulo det oēs tres hītus theologicos. ſ. fidē, ſpē, et charitatē uidetꝰ ꝙ ēt tali det oēs tres. Vndecimū. Dato ꝙ talis nō hēat fidē iſuſaꝫ nec acq̄ſitam ſi doctor deſit, de poᵃ dei abſoluta pōt ſaluari, ſʒ de poᵃ dei ordinata req̄rūtur oēs tres hitus theologici ad meritū uite eterne. Duodecimum. De poᵃ dei abſoluta pōt ſaluari hō ſine charitate tā iſuſa q̄; acq̄ſita ut dicit doc. iſra di. 17. q. i. ar. 2. Tredecimū. Dato ꝙ qs habeat doctorē actu docētē fidē ēt magna mirabilia facientē ñ tenetꝰ ita facil'r credere, q̄a iſinite deceptiōes pn̄t fieri de q̄bus i. 2. li. tñ tenetꝰ facere qđ in ſe eſt ut expiatꝰ ueritatem fidei p deuotas orōnes et naturales inq̄ſitiones. Decimūquartū. Illa eſt certiſſima regula ꝙ nūq; deus derelinq̄t hominē facietem qđ in ſe eſt. Decimūquintū. Si qs nullū doctorē hr̄et, faceret tñ q̄ recta rō naturalis dictat faciēda et caueret cauenda et petit a deo illuminari ad ueritatē et pſeuerat uſq; in finē, ille non dānabit imo ē uériſile ꝙ illuminetꝰ ab angelo uel ab alio uel habitus theologici ſibi infundātur uel dato ꝙ nihil hoꝝ fieret ꝙ ēt ſaluetꝰ, q̄a ex qᵒ deus nō derelinq̄t facientē qđ in ſe eſt et non neceᵒ huiuſmodi hītus tribuat, uidetꝰ ꝙ talē ſaluet. Decimūſextū. Habitus theologie pfectus icludit fidē iſuſam et acq̄ſitā omniū cōtentoꝝ i ſcriptura ſacra. Decimūſeptimū. Veriſile ē ꝙ paganus ſuās inocentiā etiā adultus, poſt mortē ſecū agatꝰ ſicut cū puulis decedentibus ſine baptiſmate ſi fecit qđ in ſe fuit ſʒ iſufficiēter, q̄a ſi ſufficiēter feciſſet qđ in ſe fuit certū eſt ipm ſaluatū fuiſſe, q̄a ꝯm regulā Scoti, deus nūq; deeſt q̄rētibus toto corde ſalutē. ¶ Quo ad ſecūdum reſolutio textus ſtat in. 3. dictis. Primū. Aliquod dr̄ ſupnaturale dupl'r. Primo q̄a cā efficiens eſt ſupnaturalis, ſecūdo quādo ipm in ſe eſt ſupnaturale. Secūdum. Nullū receptiuū inquātum receptiuum eſt ſupernaturale nec aliqua receptiuitas eſt ſupernaturalis, q̄a receptiuitas dicit aptitudineꝫ que ſemper naturalis eſt ei cuius eſt, ſimiliter nulla potentialitas ad recipiendū, q̄a ut patebit oīs talis uel eſt naturalis. i. ex naturali inclinatione uel uiolēta. i. contra naturalem inclinationem, uel neutra. i. nec ex naturali inclinatione nec cōtra eaꝫ. Ex quo ſequitur receptiuū capitur dupliciter. Vno modo ꝓprie ut dicit aptitudinē, et ſic ſemp eſt naturale. Alioᵒ improprie ꝓ potētialitate uel poſſibilitate ad recipiendū, et ſic eſt ſupius ad receptiuū primoᵒ, et ē triplex. ſ. naturale uiolētū, et neutrū. Quō aūt drant aptitudo et poᵃ habitū eſt ſupra. 18. dicto i arguēdo cōtra duas rōnes Sco. Tertiū. Potētia receptiua neutra eſt duplex, q̄dā reſpectu agētis naturalis reſpectu cuius ē idifferēs, et illa uocatꝰ naturalis inquātū naturale diſtinguit ꝯ ſupnaturale, ſʒ nō ut diſtinguit contra neutrū, quedā eſt reſpectu agētis ſupernaturalis, et dicitur potētia obedientialis qua deus poteſt facere de omni re creata quicquid non includit contradic

tionem abſolute. Quartum. Naturale capitur.9.modis. Primo pro omni q̄ ineſt a natuitate, et ſic ſi theologia infunderetur alicui in natiuitate diceretur ſibi naturalis. Secundo pro eo quod eſt productum per modum nature.i.non libere et ſic theologia uiatori infuſa a deo nō eſt naturalis, quia libera uoluntate diuina eſt infuſa ſed theologia acquiſita per ſtudium proprium eſt naturalis, quia ab intellectu et obiecto q̄ naturaliter agunt eſt cāta, ſi autem ab ītellectuali agēte alio detur ut pote ab āgelo, an naturalis ſit uel libera habetur in.2.li.diſt.9. Tertio pro eo quod poteſt per naturalia acquiri.i.per totam naturam creatam et ſic theologia infuſa non eſt naturalis ſed bene acquiſita. Quarto pro eo quod ineſt a propria natura ſine acqſitione, et accidētalitate, et ſic theologia in ſolo deo eſt naturalis. Quinto, pro eo quod non ineſt a uoluntate, et ſic dicatur ut in ſecundo membro. Sexto pro eo quod non eſt uiolentum .i. cōtra naturalem inclinationem recipientis, et ſic omnis theologia eſt naturalis. Septimo, pro eo quod non eſt miraculoſum.i.contra conſuetum curſum nature, et ſic theologia non eſt naturalis quia licet ſit ſecundum conſuetum modum (cum deus omnibus tribuat ſcripturam ſacram) non tamen ſecundum conſuetum curſuꝫ nature. Octauo, ꝑ eo quod n̄ ē caſuale.i. preter ītentum ī agente non intellectuali et ſic theologia eſt naturalis. Nono. pro eo quod non eſt fortuitum.i. non preter intentum in agente intellectuali, et ſic poteſt eſſe naturalis et non naturalis quia ſi īfunditur intellectuali preter intentum eius ſicut factum eſt aliquibus prophetis tunc dicitur fortuita, ſi autem non infunditur dicitur naturalis. Quintum. Supernaturale reſpectu agētis eſt duplex. Primum quando īmediate fit a deo. Secundum quando fit ab alio quod īmediate fit a deo. Exemplum ipſa charitas fit īmediate a deo et anima intellectiua ſimiliter, ideo dicuntur ſupernaturales primo modo, ſed que fiunt a charitate et ab anima dicuntur ſupernaturalia ſecūdo modo, ſed differenter, quia effectus anime īproprie dicitur ſupernaturalis eo q̄ anima ordinarie ſequitur ad actionem naturalem parentum et effectus cuiuſlibet talis forme ſupenaturaliter cauſate debet magis dici naturalis q̄ȝ ſupernaturalis, ſed quia effectus charitatis non eſt talis.i. ipſa cauſa illius effectus que eſt ipſa charitas non ſequitur ordinarie ad naturalem actionem ſed ut cōmuniter ſine p̄diſpoſitiōe recipientis ſicut cum pueris datur uł ſi quis diſponat ſe tunc n̄ ad naturalē actōnē eiꝰ ſed liberam et uoluntariam ei confertur ideo effectus charitatis qui eſt gratum facere deo eſt proprie ſupernaturalis. Sextuꝫ. Intellectus quilibet naturaliter.i. ex naturali inclinatione receptiuus eſt ſimul et ſemel omnis ītellectionis que fuit, eſt, erit, et poſſibilis eſt, diuina ſola excepta que extra genus eſt infinita, et ſi teneretur q̄ ille intellectiones eſſent infinite numero et facerent unū infinitum intenſiue, illa tamen infinitas non repugnat anime uel ītellectui creato cum ſit infinitas ī gener̄ qualitatis quoꝝ infinita non facerent unum infinitum intenſiue extra genus cuiuſmodi eſt ſolus deus, et ſolum tale repugnat creature formaliter, quia hypoſtatice non repugnat cum in xp̄o ſit natura creata cum infinita deitate. Septimum. Vna ītellectio eſt poſſibilis in uno intellectu creato que eminenter contineat omnes intellectiones poſſibiles creatas, et dato q̄ illa teneatur infinita intenſiue, quia tamen eſt in genere qualitatis et ſi n̄ predicamentalis, ideo creature non repugnaret, diuina tamen īntellectio ei repugnat, quia eſt infinita intenſiue extra genus cui unice infinitæ infinita ingenere nunquum equiparantur.

Octauum. Intellectum eſſe receptiuum cuiuſlibet intellectionis in quocunq; intellectu ſit, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ut ly cuiuſlibet diſtribuit pro generibus ſinguloꝝ. Alio modo pro ſingulis generum. Senſus ſecundi eſt quod unus intellectus creatus ꝑ diuinā potentiā nō per aliquā naturalem potentiam etiam cuiuſcunq; creature ꝑfectiſſime poſſit ſimul haber̄ omnes intellectiones que etiam actu ſunt in intellectibus omnibus et que fuerunt et que ſunt future et poſſibiles eſſent, ita q̄ ſi infinite numero ſint poſſibiles de quolibet obiecto, et ſic quodam modo infinities infinite eſſent, quod patet quia dato q̄ non eſſent obiecta alia infinita numero quod tamen ualde dubium eſt de poſſibili licet forte de facto ſit, tamen ille intellectiones eſſent infinite et quelibet eſſet intelligibilis infinities. Illo modo falſum eſt de quocunq; intellectu. Nam intellectus diuinus, nullā niſi unam poteſt habere, ſimiliter et nullus intellectus creatus p̄t diuinā h̄ere. Verum eſt tamen de omni intellectu creato rᵗᵉ. omnis intellectiōis creabilis quia ſecundum mentem Scoti nulle ſpecies uel actus ſibi repugnant in eodem. Senſus primi eſt triplex ſecundum q̄ tripliciter ſpecificatur.i.ſpeciē ſummit intellectio. Primo formaliter a ſeipſa in proprio ſuo genere. Secundo ab intellectu ut a cauſa efficiente. Tertio ab obiecto et ſimiliter a cauſa ex trinſeca. Primo modo habet duo genera ſubalternata, ſcilicet intuitiuam, et abſtratiuam, que cōparate ad idem obiectum intelligibile ſub eadem ratione et eodem modo, habent ſe ſicut uere ſpecies quia minima intuitiua eſt perfectior maxima abſtractiua de eodem obiecto. Dixi ad idem obiectum, quia non poſſunt ſpecie diſtingui reſpectu diuerſorum quia ubicunq; eſt diſtinctio ſpecifica proprie dicta ibi minimū ſuperioris, eſt ſuperius ſupremo inferioris ſpeciei, ſꝫ ſuprema intuitiua de muſca nō eſt nobilior omni abſtractiua de deo et angelis ergo etc. Dixi ſub eadem ratione, quia licet ī homīe cōcipiatur entitas et uoluntas, ſi ītuitiue cognoſceretur entitas, et pefecte abſtractiue cognoſceretur uoluntas, ſecunda noticia eſſet perfectior prima. Dixi eodem modo, quia ſi confuſa eſſet noticia intuitiua et abſtractiua diſtincta eſſet impedimētum. Secundo modo ut ſpecificatur ab intellectu non eſt eſſentialis diſtinctio in intellctione ſicut nec in intellectibus qui triplices ſunt ſcilicet diuinus, angelicus, et humanus qui in ratione ſua formali abſtracta ſunt eiuſdem rationis, tamen in re ꝑ modos ſuos intrinſecos differūt quia diuinus eſt īfinitus, angelus licet ſit finitus ſua tamen finitas eſt multum excellens ſuper finitatem humani ſic etiam intellectiones eorum differūt ꝑ modos intrinſecos que differentia uocatur large ſpecifica. Tertio modo ut ſpecificatur ab obiecto ut a cauſa extrinſeca. Singulare eſt hic, quia a cauſis extrinſecis raro ſpecificantur effectus cum a diuerſis cauſis efficientibus poſſit idem effectꝰ ſpecie produci ut homo a deo immediate ut adam, et a deo cum cauſis ſecundis ut abel. Ratio autem quare hoc eſt, eſt iſta qa obiectum quodanmodo intrinſecum eſt in actu uitali cum ſemper ibi reluceat et propter hoc etiam intellectio nobilioris obiecti eſt nobilior. Etiam propter aliam cauſam, qa cū obiectuꝫ naturaliter cauſet et per conſequens quātum poteſt cauſet, ſequitur q̄ fortius obiectum et perfectius aliquem perfectiorē gradūm entitatis tribuat intellectioni q̄ȝ imperfectius obiectum.

Qualis autem ſit actio obiecti uidebitur diſt.3. Eſt ergo ſenſus primi.i.quando diſtribuit pro generibus ſingulorum. Intellectus quilibet poteſt habere unam intellectionem intuitiuam et unam abſtractiuam ad minus, tam que eſt in diuino intellectu q̄ȝ angelico q̄ȝ humano de quolibet genere entium (quia intuitiua et abſtractiua intrinſece ſpecificant, intellectus diuinus, angelicus, et humanus effectiue ſpecificant, et genera entium obiectiue ſpecificant). Intellctus ergo habens unam de quolibet tali genere dicitur habere genera ſingulorum. Illo modo eſt falſum quia intellectus diuinus non poteſt habere intellectionem intellectus creati nec ecōuerſo niſi dicatur eminenter tunc enim intellectus diuinus habet omnem intellectionem,

non autem formaliter. Quilibet etiam intellectus humanus ex cepta intellectione diuini intellectus poteſt hẽre unam de qualibet ſpecie. Diſtinxi obiectiuam ſpecificationem ab effectiua, quia diuina intellectio diſtinguitur per ſuum obiectum ab omni alia intellectione et tamen non efficitur ab eodem. Similiter ſm opinionem cõmunez doctoꝝ aliqua ſunt obiecta terminatiua et non cauſatiua. De quibus patebit diſt.3 qd ueritatis cõtineat. Notandum etiã ꝙ qñ una intellectio habet unũ primariũ obiectum et alia ſecũdaria ſpecificatᵉ a primario obiecto et ñ proprie a ſecũdariis. Nonũ. Naturaliter perfici ẽ illã pfectionem nãʳ appetere. Decimũ. Cognitio dr̃ dupliciter ſupernaturalis. Vnoº qñ deus eam dedit per ſe uel per angelum ſiue poſſit naturaliter acquiri ſiue nõ ut ſi daret mihi logicam, illa logica eſſet ſupernaturalis. Alioº qñ nõ p̃t niſi a ſolo deo haberi ſicut diſticta noticia deitatis. Vndecimũ. Suppoſitis dictis ſupra de modo itelligẽdi uiatoris ex ſenſibilibus nulla ĩtellectio naturaliter pro ſtatu iſto cãtur ĩ intellectu noſtro niſi uirtute intellectus agentis et phãtaſmatis.i.niſi ĩtellectus agens et phantaſma cauſent ſpeciem ĩtelligibilẽ in qua obiectum intelligibile eſt p̃ſens, et aliter nõ ẽ naturaliter p̃ſens et p cõſequẽs ſine illis naturaliter nulla intellectio poſſet hẽri. Duodecimum. Intellectio naturalis pro ſtatu iſto tali ordĩe fit. Primo recipiᵉ ſpẽs rei ſẽſibilis ĩ ſenſu exteriori, et ꝑduciᵉ actus ſentiẽdi ab huiuſmodi ſenſu et obiecto in ſpẽ p̃nte. Secũdo p hoc obiectuz et ſenſum ĩteriorẽ ꝑduciᵉ una alia ſpẽs ĩ ſenſu ĩteriori ſiue phantaſia q̃ repreſentat idem obiectum in abſentia obiecti realis et ab eadem phantaſia et tali obiecto cauſatur actus phãtaſiãdi. Tertio obiectum in ſpecie phantaſie quod phantaſma proprie uocatur et ĩtellectᵘ agens producũt unã aliã ſpẽm ĩ intellectu poſſibili ſubiectiue exiſtẽtẽ, q̃ repreſentat idem obiectuz ĩtellectui, quod obiectuz cũ ĩtellectu producũt actum ĩtelligẽdi, et deinde ĩtellectus propria ſua uirtute ex illo obiecto elicere põt multa cõplexa et incõplexa ita ꝙ põt cauſare ſpẽs rep̃ſentatiuas ſingulorꝫ ↄceptuũ formabiliũ de tali obiecto et oẽs demonſtrationes et argumentationes facere et diffinitiones et diuiſiones etc. Tredecimũ. Per modũ p̃dictum p̃nt oẽs termini propoſitionũ theologie formari, ita ꝙ nõ ẽ neceſſe de cõmuni lege noticiam terminoꝝ infunderᵉ, quia tñ propoſitiões tales ñ ſunt p ſe note nec ĩmediate, iõ lz uiator poſſet cõponere talem propoſitionẽ ex talibus terminis naturaliter, nõ tñ naturaliter põt ſcire an ſit uera uel falſa, iõ deᵘ reuellauit ueritatem propoſitionũ. Dixi de cõmuni lege, quia forte deus aliquibus ſpecialibus amicis ſuis reuellauit aliquas propoſitiões quaꝝ termini ñ p̃nt naturaliter ſciri. Decimũquartuz. Nõ obligãtur oẽs eq̃liter cognoſcere et credere tantaz theologiã, quod patebit in.3.libro ĩ materia de fide. Decimũqntuz. Oẽs propoſitiones biblie et p eccleſiam et doctores elicite in bona cõſequentia dicũtur propoſitiones theologice large, lz proprie ſole ille dicãtur theologice que ſunt a deo reuellate et nõ poſſunt nãlr ſciri. Decimumſextum. Ad oẽs iã dictas propoſitiones in proximo, tenendas et cognoſcendas obligauit lex diuina uiatorẽ, tñ differenter ut patebit infra ubi tractabitur de notionibus. Decimũſeptimũ. Noticiam propoſitionũ que proprie dicũtur theologice nullus uiator potuit naturaliter ĩuenire, nec alteri tradere. nec hodie põt. Decimũ octauũ. Prima traditio ſacre ſcripturᵉ dicitur reuellatio, quia fuit a deo facta, et ex hoc etiam dr̃ ſupernaturalis. Siʳ quia p intellectum et phantaſma nõ põt hẽri, iõ dr̃ ſupernaturalis. Decimũnonũ. Deus iõ uocatᵉ ſupernaturale agens, quia ẽ ſuper naturam.i.creator nature et gubernator et plenus mrᵉ et dñs, qa tota natura eſt in plena obedientia ad deum, ita ꝙ quicqd uult fieri de ea ĩmediate fiat ſine ↄ̃dictiõe ſic ĩtelligẽdo, oẽ quod ñ includit ↄ̃dictionem põt facere deus in omni creatura. Vigeſimũ. Supernaturale agens capitur dupʳ. Vnoº proprie ꝓ ipſo deo Alioº ĩproprie pro ſupplente uicẽ dei.i.quod idẽ facit aliquoº quod faceret deus. Exemplum primi, qñ deus per ſe ipſum reuellat iſtã, deus ẽ trinus et unus. Secũdi, quãdo angelus reuelaret uel propheta, diceretᵉ ſupplere uicem dei, quia ipſa naturaliter nõ põt ſciri. Vigeſimũprimũ. Supplẽs uicẽ dei dupʳ dicitᵉ. Vnoº proprie. Alioº ĩproprie. Proprie eſt qñ aliud a deo reuellat uel repreſentat aliquod obiectum cõplexum uel incõplexũ quod naturaliter non põt ſciri a uiatore.i.quod nõ põt p intellectum agentem et phantaſma ſciri. Imꝓprie qñ reuelat aliquando ex diuina cõmiſſione, quod bene naturaliter poſſet ſciri, ſic multa in ſcriptura ſacra dicũtur reuelata ut doc. poſtea dicit.diſ.2.de illa, deus eſt unus. Vigeſimumſecundum. Si deus daret ſpeciem repreſentatiuam deitatis diſtincte ipſa oſtenderet omne illud abſtractiue quod diuina eſſentia in ſe oſtẽderet intuitiue. Vigeſimumtertium. Diuina eſſentia ẽ dupliciter a nobis cognoſciſib.ſ.ĩtuitiue et abſtractiue. Primoº ñ ẽ nãliter poſſibile uiatori, nec ſecũdo modo loquendo de diſtincta et perfecta cognitione, ſed bene quo ad aliquas rationes cõmunes uel etiam proprias nõ tamen quo ad omnes. Decimumquartũ. Qñ dicitur ꝙ diuina eſſentia non eſt naturale obiectum intellectus creati debet intelligi quo ad intuitiuam cognitionem et quo ad abſtractiuam diſtinctiſſimam, et quo ad preſentationem. Non enim naturaliter eſt preſens intellectui creato ſed poſtq̃ diuina uoluntas preſentauerit diuinam eſſentiam intellectui creato in ratione obiecti.i.ut cognoſcibilem (nam ſemper realiter ẽ preſens omni enti poſitiuo) tũc eſt naturale obiectum. Vigeſimumquintum Abſtractiua dei noticia dupliciter poteſt haberi ſcilicet per ſpeciem deitatis repreſentatiuam, et per naturalez inquiſitionem ĩ phyſica et methaphyſica. Prima põt dupliciter fieri, ſcilicet per ſpeciem diſtincte repreſentatiuam deitatis, et per repreſentatiuam aliquorum conceptuum et aliquorum ñ. Si illa ſpecies a deo infunditur quicquid facit totum diciᵉ ſupernaturale, quia ſupplet uicem eſſentie diuine.i. facit idem qđ faceret diuina eſſentia ſi eſſet preſens in repreſentãdo, et ideo extrinſeca denominatione dicitur ſupenaturalis eo ꝙ ſupplet uicem obiecti ſupernaturalis. Poſſet tamen ipſa in ſe intrinſece uocari naturalis eo ꝙ naturaliter agit. Vel dicatur conformiter ut dictum eſt ſupra de charitate quomodo ipã et actus eiᵘ ſit naturalis uel ſupernaturalis. Poteſt ergo cognitio dei q̃ habetur per talem ſpeciem tripliciter dici ſupernaturalis. Primo quia deus ſpeciem illam cauſat qui eſt ſupernaturale agens. Secundo quia ſpecies ſupplet uicem eſſentie que eſt obiectum ſupernaturale. Tertio, quia illa cognitio eſt a forma que nõ regulariter uel ordinarie ſequitur ad actionem naturalem ut ſupra dictum eſt de anima ĩtellectiua et de charitate. Vigeſimũ ſextum. Probabile eſt ꝙ nullus angelus poſſit cauſare ſpeciez diſtincte repreſentatiuam deitatis in ſe uel in alio, nec omnino reprobabile eſt poſſe angelum cauſare talem ſpeciem in alio, quia forte quãdo angelus uidet in alio angelo actum intuitiue uidendi deum, in illa ſua cognitione uidetur repreſentari deitas ſic intelligendo ꝙ cum unus uidet actum intelligẽdi quo alius uidet deum, ille actus alterius cum obiecto actus illius naturaliter relucet in actu primi, quia communiter tenetur ꝙ omne creatum eſt naturale obiectum angeli et cum actus uidendi deum ſit creatus uidetur ſpeciem illam poſſe naturaliter acquiri. Vigeſimumſeptimum. Nullum obiectum dicitur ſupernaturale niſi illud in quod tota natura creata non poteſt, et licet multa ſint huiuſmodi impoſſibilia cognoſci naturaliter pro ſtatu iſto ut ſubſtantie ſeparate etc. Illa tamen non dicuntur ſupernaturalia obiecta qa aliq̃ nã creata p̃t in illa obiecta ut ãgelus et aĩa ſepata. Seʳ correlarie, cognitio dei nãlr ĩ phyſica

et methaphyſica acquiſita nõ ẽ ſupnaturalis, nec deus ut obiectum talis cognitionis eſt ſupnaturale obiectuꝫ. Vigeſimũoctauũ. Supplẽs uicem deitatis in cãndo uel repñtando theologicas ueritates uel noticias earꝫ eſt duplex. ſ. perfectum ut ẽ ſpecies diſtincte repñtatiua deitatis. Aliud iperfectum ut ipfecte docens uel ſpecies cõfuſe repñtans. Vigeſimũnonũ. Illa ſupplẽtia uicem deitatis ut obiecti ſupernaturalis, iperfecte ſupplẽt que obſcuram noticiam eſſentie cauſant et tñ ipa i ſe uiſa claram noticiã cauſaret. Trigeſimũ. Qñ dr ꝙ diuina eſſentia uirtualiter ꝯtinet noticiã q; ego habeo de ea pt dupʳ itelligi. Vnoº ꝙ ſi ego uiderẽ eã intuitiue tũc ipa cauſaret illã noticiam q; modo habeo ex reuelatione, et ſic falſuꝫ eſt. Alioº ꝙ ſi ipa uiderẽ a me multo meliorẽ et perfectiorẽ noticiã cãret q; ego habeã, et ſic eſt uerꝫ. Trigeſimũ primũ. Eminẽter continere ẽ aliquid nobiliori modo in eodem genere uel alio producerẽ ł hẽre, ut quãdo unus intelligit hominẽ ituitiue et alius abſtractiue, pª eminentẽ continet ſecũdã. Seʳ correlariũ. Supnaturalitas eſt duplex q̃dam ẽ ſupnaturalitas quo ad agẽs tm̃ ut qñ deus dat panẽ, panis nãʳ poſſet acqri, qa tñ ille ꝙ dat eſt ſupernaturale agens iõ ẽ ibi ſupernaturalitas. Alia ẽ quo ad agens et formã actã ut quando deus dat animam itellectiuam. Et patet ꝙ illi duo modi non ſunt idem quia ſeparabiles.

¶ TRES RATIONES PRIME qbꝰ initiẽ etc. Hic doc. 3. primas rõnes p q̃s roboraẽ iſta ſolutio et detmiatõ. q. ꝯfirmat p autoritates. et ꝯſiſtit i. 16. dictis. Primũ. philoſophi ꝯiecturaliẽ cognouerũt ultimũ finẽ obiectiuũ. i. deũ eſſe obiectuꝫ ituitiue uiſionis in intellectu homĩs. Secũdũ. Philoſophi ñ cognouerũt certidunaliter ultimũ finẽ formalẽ ituitiuũ ꝗ eſt clara uiſio et apta fruitio diuine eſſentie, cõuenire homini. Tertiũ. Philoſophi ñ ſciuerũt media per que acqriẽ ille finis formalis. Quartũ. Philoſophi ſummũ laborẽ ipenderũt ut uerꝫ finẽ reꝫ iuenirẽt et nõ potuerunt determinate iuenire. Quintũ. Nulli philoſophi itẽderũt uolũtarie mẽtiri ł falſum dicerẽ. Ex dictis ſeʳ correlariũ, ꝙ falſis uera miſcuerũt. Sextũ. Philoſophi aliqualiter nouerũt quo eundũ ſit. i. finẽ ultimũ tã formalẽ q; obiectiuũ. Septimum. Philoſophi ignorauerũt opera meritoria p diuinã uoluntatem ſtatuta q̃ ſunt media et uia ad illũ finẽ acqrendum. Octauum. Quaq; uériſſima et ſanctiſſima tradiderint de moribus et uirtutibus, in aliquibus tñ defecerũt. Nonũ, Ariſt. rephenſibilis fuit i pluribus doctrinis, patent in textu tres. Decimũ. Ea q̃ nos ipſi, nec ſenſu nec intellectu uidimus ſi ſcire uolumus teſtes alios neceſſario reqrimus. Seʳ, qa propoſitiones theologicas nec ſenſu nec intellectu unq; uidimus nec uidere poſſumus nec aliquis hõ potuit iuenire ꝙ ab aliquo ſuperiore tota ſpecie humana neceſſario requirimus ſi ſcire uoluerimus. Vndecimũ. Biblia potuit tradi tantum interiori locutione. i. ꝙ deus crearet ſpecies et actus intelligendi cũ obiectis ibi relucentibus reſpectu oĩum obiectoꝝ biblie. Duodecimũ. Tota biblia potuit tradi exteriori locutiõe in quacũq; lingua. Tredecimum. Biblia potuit tradi locutione interiori cum aliquibus ſignis exterioribus que ſuplerent illud in quo deficeret locutio interior ut ſi inſpiraret deus aliquid et cum hoc aliq; figuram extra crearet, ut dicitur in monte moyſi oſtendiſſe ad extra figuram ueſtimentoꝝ aaron et tabernaculi et uaſorum et huiuſmodi, tamen uerius creditur i intellectu uel phantaſia eius cauſaſſe ſpẽs et actus predictorum repreſentatiuos. Decimumquartuum. Biblia potuit tradi exteriori locutione cum ſignis adhibitis ut dum uenit angelꝰ ad ioſue in principio expugnationis cananeorum, et deus ad moyſen in rubro. Decimumquintum. Non eſt certum ĩ omnibus partibꝰ biblie quomodo omnia ſint tradita ſed bene de aliquibꝰ eſt certum ut patet in locis ſuis. Decimumſextũ. Nullus homo aliquã aliaꝝ uiaꝝ potuit bibliam primo tradere ſine errore.

¶ CONTRA ISTAS TRES RATIONES inſtaẽ etc. Hic doc. inſtat contra iſtas tres primas rationes ut ex huius iſtantie excluſione magis confirmentur et appareãt firmiores, et arguit ſic. Quicquid naturaliter probatur neceſſario cognoſcendũ, illud eadem probatione, uel uirtute eiuſdem probatiõis probatur eſſe uerum, ſed Sco. in tribus primis rõnibus ꝓbat tria neceſſario cognoſcenda, que patent in textu, ergo probat nãlr ea eſſe uera. Concluſio eſt directe cõtra propoſitũ Sco. qa Sco. intendit probare ꝙ non poſſit naturaliter probari. Reſpondet doc. negando minorem, que quia non probatur ab aduerſario ideo declarat mentem ſuam dicẽs. Ratiões mee naturales ſunt ſed non probant illa tria ſed tres diſiunctiuas cõpoſitas ex ptibus cotradicentibus neceſſario cognoſcendas, quia prima ꝓbat ꝙ neceſſe eſt uiatorem ſcire unam partem illius contradictiõis, fruitio eſt finis ultimus hominis uel fruitio non eſt finis ultimꝰ hominis. ita q; ſi non nouit que pars eſt determinate uera ipẽ ñ aget efficaciter ad acquirendum finem illũ. Idem ẽ de aliis duabus contradictoriis. ſic ꝙ ille tres rationes naturaliter oſtendunt neceſſarium eſſe ꝙ una pars determinate cognoſcatur non abſolute neceſſarium, ſed ad hoc ꝙ efficaciter hõ acquirat finẽ illum, ſed non probant ꝙ illa uel illa pars ſit uera, ſed hoc neceſſe eſt per reuelationem ſciri et tunc quando homo certus ẽ que pars eſt uera afficaciter agit.

¶ AD ARGVMENTA pro opinione philoſophorum etc. Hec eſt tertia pars principalis huius corporis queſtionis i qua doc. ſoluit argumenta pro opi. philoſophorum que eſt directe contra ſuam opinionem. Ad primum reſpondet per. 30 dicta. Primum. Cognitio habet duas cauſas efficientes partiales, itellectum ſcilicet et obiectum. Secũdum. Obiectum cognitum eẽ cauſam cognitionis poteſt dupliciter intelligi. Primo ut ly cognitum referatur ad poſt, ut ſit ſenſus, obiectum cognitum ẽ cauſã cognitionis. i. obiectum cauſat cognitionem et poſtq; cauſauit, ipſum eſt cognitum, ita ꝙ obiectum cognitum dicatur cauſa per anticipationem. Alioº ut ly cognitum referatur ad ante. Et uterq; ſenſus eſt uerus. Nam res cauſat cognitionem et poſtq; cauſauit eſt cognita, quo ad primum ſenſum. Item quãdo actus cognitionis idem perdurat ad quartale hore, in principio illus quartalis obiectum cauſauit noticiam illam et per cõſequens eſt cognitum in principio illius quartalis, et in ſequenti toto tempore ſemper cauſat eandem cognitionem, quia ponitur non interrupta, et hoc quo ad ſecundum ſenſum. Tertiũ. Quãtum pertinet ad animam cauſare cognitionem ſemper ſufficienter habetur, ſed non quantum ad obiectum. Quartum. Qñ due cauſe concurrunt neceſſario ad eundem effectum, ſi una deficit, totus effectus impeditur. Quintum. Pro ſtatu iſto anime naturaliter deficit obiectum. i. non poteſt omnia habere ut obiecta. Sequitur ꝙ nõ poteſt anima naturaliter omnia intelligerẽ. Sextum. Anima in ſua creatione creatur nuda. i. ſine ſpeciebus et actibus. Septimum. Male dicunt aliqui ꝙ anima in ſua creatione ſit raſa, quia omne quod raſum eſt prius aliquid habuit ſed nihil prius fuit in anima ante creationem, ergo nõ debet dici raſa. Octauum. Due ſunt cauſe productiue ſpeciei intelligibilis, ſcilicet intellectus agens et obiectum in phantaſmate. Nonum. Vna cauſa ſpeciei ſemper habetur. i. intellectus, ſed reliqua nõ ſemper. Sequitur inquantum actio cõpetit itellectui, anima cognitionem ſemper poteſt producere, ſed non inquantum competit obiecto. Notandum eſt circa illũ textum ꝙ doc. ſubaſſerit intellectionem produci ab intellectu agente ut ibi patet. Eſt igitur intellectus agens cauſa cognitionis. Hoc idem expſſe patet ſupra ante ſolutionem queſtionis ibi, et ita ſequitur ꝙ incognitiõe etc. Decimũ. Natura capiẽ dupʳ uno modo pro iclinari ad motũ uel qetẽ ut capiẽ 2º phyſicoꝝ. Alio modo pro

agente nō libero ut eſt intellectus, arbor et hui⁹ᵗ. Vndecimum. Natura ſecundoᵒ opponitur arti. i. libero agēti, et aliis ſupra poſitis ſinonimis. Duodecimū. Illa propoſitio, oī potentie paſſiue naturali. i. iclinato naturaliter ad moueri uel quieſcere paſſiue, correſpondet aliquod actiuū naturale. i. quod inclinat̃ ex natura ſua ad dandū illi paſſiuo quod appetit, eſt falſa. Tredecimum. Multa ex naturali inclinatōe receptiua ſunt aliquoꝝ, ubi nullū agēs reperit̃, quod natural'r inclinet̃ ad dandū illis, ut lupus inclinat̃ ad occas comedendū et nemo naturaliter iclinat̃ ad ſibi dandū eas. Decimumquartū. illa ꝓpoſitio, oī potentie paſſiue naturali exponēdo ut ſupra, correſpōdet aliquod actiuū naturale. i. nō liberū, eſt falſa in aliquibus. Exemplū, aīa noſtra naturarliter inclinat̃ ad uidendū deū et tñ nullū agēs nō liberꝝ p̄t ſibi dare uiſionem illā, ſed ſolus deus libere agens. Decimūqntū. Nobilitas et excellētia nature receptiue eſt cauſa aliquando q̃re ip̄a ē receptiua tam nobilis entis quale nulla creatura p̄t cāre. Decimūſextū. Illa potentia ē fruſtra q̄ p nullū agēs p̄t reduci ad actū nec liberꝝ nec nāle nec creatū, nec increatū. Decimūſeptimū. Illa potentia ñ ē fruſtra q̄ ñ p̄t p creaturā totā reduci ad actū ſi p deū p̄t. Decimūoctauū. Ad uitā eternā recipiēdā i ſe, hō ñ hēt ſe oīno neutre ſ; naturaliter iclinat̃ ad eā. Decimūnonū. Hō nō eſt oīno paſſiuus reſpectu beatitudinis ſed etiā actiu⁹. i. p̄t ſe diſponere ad ipſam actiue ſ; nō principaliter. Vigeſimū. Hec propoſitio pōt defendi. Reſpectu cuiuſcunq; naturaliter receptiui eſt aliquod actiuū naturale. i. in tota natura entium ut includit creatorem et creaturam. Vigeſimūprimū. Melius eſt nature nr̃e ordinari ad quedā nobilia q̄ ñ p̄t ipſa acquirere q̄; tm̃ ordinari ad ſibi poſſibilia. Probatur. Si ordinaret̃ tātum ad ſibi poſſibilia, per nullā uiā poſſet acquirere alia, ſed ſi ordinatur ad ulteriora forte reperietur q ei det. Vigeſimūſecūdū. Philoſophus dixit naturā quāto nobilior fuerit minus deficere in neceſſariꝭ ſibi ad acquirēdas perfectiones ſuas. Ideo dixit, quia neſciuit pro certo hominē ordinari ad nobiliora q̄; ad abſtractiuā felicitatem q̄ p̄t acquiri naturaliter. Vigeſimū tertium. Si philoſophus ſciuiſſet ꝙ homini intuitiua felicitas fuiſſet poſſibilis nō dixiſſet naturam minus deficere in neceſſariis et tanto minus q̄to nobilior eēt. Vigeſimūquartum. Abſtractiua felecitas naturaliter poteſt hēri. Vigeſimūqntum. Intuitiua felicitas eſt eminētior abſtractiua q̄ nō p̄t haberi naturaliter. Vigeſimūſextum. Q̄ ñ philoſophus dixit naturam minus deficere etc̃. Locutus eſt de ſtellis reſpectu motus progreſſiui et uoluit probar̃ ꝙ nō poſſint gradi ſtelle eo ꝙ nō habebant pedes. Et ſi obiicit̃ ſunt orbate ſtelle pedibus iʳ mala fuit eaꝝ generatio ut qñ homo generatur ſine pedibus. Ipſe rn̄det. Non eſt ueriſſimile ꝙ natura defecerit i ſtellis omnibus et nō deficiat in bobus oīb⁹, quia ſtelle nobiliores ſunt bobus. Vigeſimūſeptimū. Si quis uellet initi illi autoritati rn̄deret̃ ei. Ad quodcūq; requirūtur organa corporalia in hōmine hoc p̄t hō naturaliter acquirere, et tunc nihil adpropoſitū, quia hic loqmur de intellctu non organico, et philoſophus in illa autoritate loq̄t̃ tm̃ de potentia organica. Vigeſimūoctauū. Paſſiuū et actiuū naturalia p̄nt dupʳ cōſiderari. Vnoᵒ ut ſunt correlatiua. Et ſic planū ē ꝙ oī potentie paſſiue naturali corrn̄det agens naturale, ga ſenſus eſt. Cuius potentie paſſiue ē aliquod naturale actiuū illa potentia recipit naturalit̃, et ecōuerſo dicatur de actiuo. Alioᵒ poſſunt cōſiderari in ordīe ad ſubiecta ſua ita ꝙ illa dr̃ potentia paſſiua naturalis q̄ naturaliter inclinatur ad pati, et illa dicitur actiua naturalis q̄ ex ſua natura inclinatur ad agere. Et ſic illa propō ē falſa. Omni potētie paſſiue naturali corrn̄det aliquod actiuū naturale. Vigeſimumnonū. Intellectus poſſibilis q̄tum eſt de ſe ſemper eſt receptiuus oīs intellectionis tñ ex ſtatu medio. ſ. nature deſtitute (quia triplex eſt ſtatus hominis) hēt ꝙ nō poſſit in ſe recipere oīus intellctionem l; poſſit in aliis duobus ſtatibus. Trigeſimū. Illa propoſitio, intellectus poſſibilis eſt receptiu⁹ oīs intellectionis pro ſtatu iſto eſt falſa, ita ꝙ īplicet̃ ſtatus iſte.

¶ AD SECVNDVM DICITVR etc. Hic reſpondet ſanct⁹ Tho. i. par. ſum. q. i. ar. i. in ſolutione ultimi arᵗⁱ. Et cōſiſtit hec reſponſio in aliqbus dictis. Primū. Subiectum ſcie eſt duplex. ſ. cōplexū et incōplexū. Cōplexū eſt cōcluſio demonſtrata. Incōplexū eſt ſubiectum cōcluſionis. Secūdū. Subiectum incomplexum habet multas formalitates in ſe ſ̄m quas diuerſimode p̄t cōſiderari, ut terra p̄t conſiderari phyſice īq̄tum eſt cōpoſita ex materia et forma, et ſ̄m hoc habet propriā diffinitionem propriam paſſionē, et hui⁹ᵗ, etiam poteſt ꝯſiderari methaphyſicaliter inq̄tum cōponit̃ ex genere et dr̃a ſicut ex ꝯceptibus, et ſ̄m hoc habet aliam diffinitionem uel alioᵒ diffinitur, et alias paſſiones demonſtrabiles habet, licet non aliam rem diffiniat q̄; phyſica diffinitio, ſimil'r poteſt conſiderari ſ̄m motum, locum, et tempus, et ſic cōſiderat aſthronomus, ſimiliter ſ̄m quantitatem et figuram, ſimiliter pōt conſiderari tm̃ penes figuram ſine materia reali coſideratam, et ſic conſiderat mathematicus. Tertium. Aſthronomia eſt pars phyſice et mathematice. Nam a phyſica ſumit motum, locū et tempus, a mathematica quantitatem et figuram. Quartum. Illa ꝯᵒ, terra eſt rotunda poteſt quadrupliciter demonſtrari. Primo phyſice ſic. Omne corpus tm̃ productiuū realiter rotundoꝝ eſt rotundū, terra eſt hui⁹ᵗ, ergo terra eſt rotunda. Maior probatur. Omnis generatio naturalis aſſimilat effectum cāe q̄tum poteſt, ergo cum terra ꝓducat rotunda ipſa eſt ſimilis effectibus ſuis. Dicitur q̄tum p̄t. Nam ꝙ plante et hui⁹ᵗ. non creſcant oīno i rotunda figura cā eſt, quia alie cāe concurrunt q̄ aliam figuram determinant, nihilominus tamen in omnibus terre naſcētibus aliqualis rotunditas habetur. Minor patet ex probatione maioris. Secūdo p̄t ꝓbari ab aſthronomo. Omē illud circa quod eſt uniformis et oīs motus circularis principalis in uniuerſo eſt rotunde figur̃, terra eſt hui⁹ᵗ, ergo etc. Maior patet inductiue, quia ſolus mot⁹ celeſtium orbium ē circa terram, et ille ſolus eſt principalis, et omnis talis eſt circa terram. Dicitur etiam principialis propter motum epicicloꝝ qui non eſt circa terram, ſimiliter propter motum axium et poloꝝ qui nō eſt ſemper circa terrā, ſed tamen principalium orbium imo omnium orbium motus eſt circa terram. Minor patet ex probatione maioris. Tertio demonſtratur methaphyſice ſupponēdo ꝙ rotunditas ſit naturalis figura terre ex quiditate intrinſeca ſibi conueniens, et quia reꝝ quiditates nō cognoſcimus diſtincte ut in plurimū, ideo loco q̄ditatis terre ponamus. a. et arguam⁹ ſic. Omne. a. eſt rotundus uel aptum natum ad eſſe rotundum, terra eſt hui⁹ᵗ, ergo terra apta nata eſt eſſe rotunda. Quarto demonſtratur mathematiee ſic. Omne corpus unica ſuperficie contentum eſt rotundum, terra eſt hui⁹ᵗ. ergo. Minor probatur ab aſtrologo multipliciter de quo tranſeo nunc uſq; ad ſecundum libꝝ. Quintū. Mathematicum medium dicit̃ a. s. Tho. a materia abſtractus non intelligendo ꝙ terminus medius in tali demonſtratione ſignificet rem realiter ſepatam a materia. i. a ſubiecto ſubſtantiali, ſed quia illud ſignificatum conſideratur non ſimul conſiderando ſubſtantiam in qua eſt. Sextum. Diuerſa ratio ſcibilis dicitur diuerſa cōſideratio unius rei ſ̄m ꝙ diuerſe ſciētie tractant de eadem re, ut ſit ſenſus. Diuerſa ratio ſcibilis. i. conſideratio rei incomplexe, de qua habetur ſcientia ſ̄m diuerſitatem conſiderationū p̄t cōſtituere diuerſas ſcientias, ſicut terra pōt eē ſubiectum quatuor concluſionū que in uoce et conceptu ſunt eadem concluſio non numero ſed ſpecie, tamē i q̄tuor ſciētis cōſideratur et per q̄druplicia pricipia. i. premiſſas demōſtratur

Ex his infert ſanctus Tho. principale intentum ſuum q̃ de eiſdem p̃t tractar̃ naturalis philoſophia et ſupernaturalis theologia eo q̃ eadẽ ꝯº ſp̃e p̃t ꝓbari naturaliter et ſupnaturaliter. ¶ CONTRA HOC SI etc. Hic doc. ĩprobat hanc reſponſionẽ. Pro cuius ĩꝓbatione notanda ſunt aliq̃ dicta. Primũ. Qñ p̃cepit̃ aliquod ſimpliciter et multe ſunt uie illud exequẽdi ſufficit q̃libet illarꝝ uiarꝝ. Secũdũ. Articulos fidei cognoſcere ẽ p̃ceptũ nobis ſimpʳ. i. ſine addito et exceptiõe. Seʳ q̃ l3 poſsint naturalr̃ et ſupnãlr̃ sciri ſi cognoſcant̃ naturalr̃ nõ oportet ſupernaturaliter ſciri. Seʳ 2º q̃ nõ eſt neceſsitas cognoſcẽdi theologicalia ſupernaturaliter cum ſanctus Tho. dicat et inuere uelit q̃ naturaliter poſsit ſciri. Tertium. Cãe efficientes nõ diſtigunt ſpecifice effectus, ut ſupra patuit, quia idem calor ſp̃e p̃t produci per deum, ſolem, motũ, ignem et lumen. Seʳ correlarie, l3 ſint q̃druplicia principia. ſ. phyſica, metaphyſica, mathematica, et aſtronomica per q̃ demonſtrat̃ iſta, terra eſt rotũda, propter hoc tamen noticia huius concluſiõis nõ eſt quadruplex ſpecie ſed unica numero uel ſpecie.

¶ DICTA AVTEM RSPONSIO etc. Hic ponit̃ reſpõſio. ſ. Tho. i. ſecundę. q. 54. ar. 2. et Goff. quoli. 14. q. 4. que conſiſtit in q̃buſdã dictis. Primũ. Habitus cõſideratur dupliciter. Vnoº ĩ q̃tum habitus. i. noticia cõcluſionis acquiſita per demõſtrationem. Alioº in q̃tum eſt forma informans intellectum. Primoº diſtĩguit̃ ab obiecto, ſecundoº diſtinguit̃ a cauſa efficiente. Secundũ. Cauſa efficiens habitus ut habitus eſt, ſunt premiſſe. Et quia premiſit de obiecto q̃ diſtĩguat habitus et ſubdit q̃ premiſſe ſint cauſa efficiens per hoc inuit q̃ obiectum non ſit cauſa efficiens. Tertium. Principia. i. premiſſe nõ diſtingunt habitus ut habitus ſunt ſ3 ut forme ſunt. Quartum. Noticia huiꝰ concluſionis, terra eſt rotunda, ꝑ diuerſa prĩcipia acq̃ſita ẽ unꝰ habitus. i. ẽ eiuſdem ſpeciei in ſe ipſa, ſunt tamen due forme. i. due noticie numero diſtĩcte. Notandum ẽt q̃ lumen in iſta materia capitur pro modo cognoſcendi et ſic cognitio rei naturalis, uocat̃ lumen naturale, et cognitio rei ſupernaturalis uocat̃ lumen ſupernaturale, uel quod magis eſt ad mentem. ſ. Tho. illud per quod aliq̃d cognoſcitur ut ſunt premiſſe uel medium uł ſpecies uel obiectum uocatur lumen.

¶ CONTRA ISTVD etc. Hic doc. ĩprobat hanc r̃nſiõem p̃ quatuor dicta. Primũ. Forma in cõceptu eſt genꝰ ad habitum, ergo cauſe diſtinctiue habitus ut habitus ẽt diſtingunt ip̃m ut formam et ecõuerſo, quia ĩpoſsibile eſt ſuperius eſſe diſtinctu3 ut eſt forma uel aĩal. i. duas eſſe formas uel duo aĩalia, et inferius eſſe unũ, ut eſſe unum habitu3 uel unum hominẽ. Secundu3. ſ. Tho. ſupponit obiectu3 nõ diſtinguere habitus ut cauſa effectiua, quod falſu3 ẽ et q̃uo ſupponat ſupra patuit. ¶ Vbi notãdum q̃ textus cõiter eſt hic corruptus. Nã ſic lẽtur. Preterea ſupponit q̃ principia, pro ly principia debet ſtar̃ ly obiecta, ut ẽt patet per capolũ in fine. i. q. primi ſententiarꝝ. Tertiũ. Q̃uocũq̃ diſtĩguantur habitus uel ut habitus uel ut forma ſp̃ ſtat, ex quo ſimpʳ. i. ſine addito obligor ad cognoſcenda theologicalia ſi naʳ cognoſco ea non oportet ſupernaturaliter ſcire. Quartũ. Ad $ar^m$ $2^m$, ſic eſt r̃ndendũ cõcedendo q̃ ĩ ſcientiis traditis a philoſophis tractatur de omnibus entibus ſimpʳ ſ3 ſolum p̃dicata cõia et q̃dam ſenſibilia tractatur et nõ propria et q̃ditatiua ideo per tales ſciãs non poſſunt cognoſci illa ꝓpria deo et angelis que proponit nobis theologia.

ad hoc ꝙ habeatur electio recta ſimpliciter, ita ꝙ totum in hoc conſiſtit, habitus uirtutis non requiritur ad rectam electioné, quia ſine eo poteſt haberi, ſed ꝙ perfectior fiat electio q; alias fieret et promptius, expeditius et delectabilius, requiritur habitus. Quintum. Non eſt neceſſe nec habitum prudentie ineſſe nec moralem habitum ad hoc ꝙ fiat recta electio, ſed ſufficit actus prudentie.i.actus rationis recte. Sextum. Cum dicitur ꝙ uirtus ideſt habitus moralis per ſe requiritur ad electionem rectam, exponatur ſicut in quarto dicto expoſitum eſt, uel intelligitur quando habitus ineſt tunc per ſe requiritur.i. ꝑ ꝓpriam naturam concurrit ad electionem et non per aliquod accñs ſibi, tamen ſi non ineſt non minus pōt haberi electio recta licet non ita perfecte. Septimum. Signum ꝙ habitus uirtutis eſt genitus ex electionibus eſt quia per ſe inclinat et pricipaliter ad electiones, ita ꝙ ſicut recepit entitatem ab electionibus ſic conformem habet inclinationem ad electiones eliciendas.2.ethi. et ponitur in ſecundo argumēto contra Herucum. Octauum. Cū dicitur, uirtus eſt habitus electiuus intelligitur ꝙ uirtus inclinat ad electiones, uel eſt particularis cauſa electionū. Nonuz. Electio aliquando ſola ſine actu exteriori eſt praxis proprie et uere, ut ſi quis non habet pecunias et tamen plena uoluntate eligit ſi haberet ipſe uellet propter deum dare, ſi illa electio ſit ex charitate eſt meritoria uite eterne, ſi non ſit ex charitate, ſꝫ tamen cum alijs debitis circunſtantiis a recta ratione dictatis eſt bona moraliter, ut patebit infra diſ.17. Decimum. Si qs tales electiones haberet, in ipſo generaret̄ uirtus liberalitatis, dato ꝙ nunq; haberentur pecunie nec expēderentur. Vndecimū. Frater minor nō potens ordinate hr̄e pecunias, uel propriū, uel ſuperfluum, poteſt mereri uitam eternam conformiter ad dicta precedentia, non ꝙ uellet habere talia, ſꝫ ſic cogitādo, ſi deberem habere, iſtiuſmodi expendere uellem in huiuſmodi uſus ſcilicet ſucurrere pauperibus, augmentareq; cultū diuinum, et utinam diuites facerent. Duodecimuz. Electio ſic ordinatur ad actum imperandū. Quando intellectus dictat aliquid eligendū et imperandum a uoluntate, ipſum imperium nō ſit niſi poſt electionem. Idéo electio habet imediatum ordinem ad imperiū ita ꝙ electio et imperium ſunt duo actus diſtincti eliciti ab eadeꝫ uoluntate ordinate, ita ꝙ prius electio, poſtea imperium elicit. Aliquando imperium et actus imperandus nō dictantur a recta ratione, ſed ſolum electio, quia ſepe electio ſola eſt meritoria et imperium eſſet mortale et actus imperatus, ut çum quis cogitat ſi eſſem imperator uellem interficere talem uel talem. Illa uolitio eſt bona ſi innititur iuſtitie, ſed imperium ad proſequendum et actus imperatus eſſent mortalia perſone priuate. Tredecimuz. Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud, cum gº ad eſſe electionis aliquādo ſequatur actus imperatus, ideo electio poteſt dici cauſa eius. Decimumquartū. Electio eſt actus realiter diſtinctus ab omni actu impato et poteſt realiter eſſe ſine eo, nec eſt proprie cauſa efficiens producens actum imperatum, ut quando deliberat homo ſe uelle habere domum ex illa ſola electione non ſequitur neceſſario actus imperatus, nec imperium. Similiter ſi nulla alia cauſa aſsit non ſequitur factio domus que eſt actus imperatus. Decimumquintum. Imperium quo uolūtas imperat manibus ut ſcribant eſt alius actus ab electione qua deliberate uolo habere ſcripturā, quia liquādo ſatis diu habeo deliberatam uoluntatem ſcribendi et tamen nō impero etc. Decimumſextum. Imperium illud eſt cauſa efficiens remota actus imperati, et potentia inferior ut ſunt manus imediate efficiunt actū iſtum non aūt ſic eſt imperiū cauſa efficiens ut uerū principium actiuū, uel ut quod, ſed quodāmodo ut effectus prior dicitur cauſa poſterioris, uoluntas autem ē talis cauſa ut quod. Decimūſeptimū. Electio non cauſa eſt imperij, ſed ē effectus prior.i.uoluntas prius elegit, poſtea impat, tertio actus impatus a ſua potentia efficitur ita ꝙ uoluntas ē cā remotior actus impati, imperiū propinquior, et potētia inferior proxima cā, electio aūt non eſt proprie cā actus imperati. Decimūoctauū. Cum dicit phūs ꝙ electio eſt cā efficiens actus ſcꝫ impati, ibi capit electioné pro impio uoluntatis, uel capitur cā large pro illo ad cuius eſſe ſequitur aliud, ut ſupra dicto. 13. Decimumnonū. Apetitus.i.uoluntas et rō.i.intellectus, et dictamen intellectus ſunt principia grā alicuius.i. practica principia electionis et cauſe effectiue, uolūtas quidē ꝓprie, ſꝫ itellectus et dictamen eius directiue. Vigeſimū. Doc. uidet̄ dicere in lr̄a ꝙ ipſa electio ſit imperiū formaliter quo impatur actus exterior, ſed non eſt mens eius ꝙ ſit idem actus numero, uocatur tamē uterq; electio equiuoce, et uterq; prius ē bonus q; act⁹ impatus extra. Vigeſimūprimū. Qñ actus exteriores nō ſunt poſsibiles frequēter electio interior circa eos nulla eſt uel tenuis ut cū quis nō hēt pecunias raro feruenter eligit illas liberaliter exponere ſi haberet eas. Vigeſimumſecundū. Quādo ſimul habetur actus interior et exterior, et frequētātur, duplex habitus generat̄, unus in uoluntate ex electionibus, et alius ī potentia exteriori que actus talis uirtutis producit. Vigeſimum tertium. Bonitas moralis conſiſtit in electionibus formaliter.i. in propria forma et principaliter et intrinſece, ſꝫ in actibus imperatis eſt tm̄ materialiter.i.extriſeca de nominatiōe ab actu interiori impante uel dirigēte ita ꝙ de ſe nō includūt moralem bonitatē uł maliciā ſꝫ ꝑ bonitatē uł malitiā electiōis dicūtur act⁹ exteriores boni uel mali ſi electioni ꝯformiter eliciuntur. De quo āplius infra diſ.17. Vigeſimūquartū. Cū dicit Euſtrachius, praxis eſt opatio ſm̄ electioné, pōt itelligi quinq; modis, uno modo ut ly ſecundū ſit nota cauſe efficientis, ut ſit ſenſus praxis eſt operatio cauſata effectiue ab electione. Sed hoc poteſt dupliciter eſſe, uno modo ꝙ ſe excludat a genere effectus qui eſt praxis ut ſit ſenſus electio cauſat effectiue praxim et ipſa non eſt praxis. Illo modo falſum eſt. Alio modo ꝙ nō excludat ſe a genere effectus. Illo mō capiendo electioné pro imperio abſolute uerꝫ eſt, et eſt ſenſus aliqua praxis, ſcꝫ exterior cauſatur ab electione.i.ab impio q̄uis electio etiam ſit praxis, licet enim imperiū differat ſpecifice ab actu impato, tamen eē praxim utriq; conuenit. Si aūt debet hec eſſe deſcriptio praxis, tunc male deſcribitur ſi ly ſecūdū effectiue teneatur, qa deſcriptū et deſcriptio nō cōuertuntur, cū nō oīs praxis cauſetur ab electione. Nam electio eſt praxis et nō cauſatur a ſeipſa effectiue. Secundo mō ut ly ſm̄ dicit cauſam formālē, ut ſit ſenſus, praxis formaliter eſt electio, et ſic iterꝫ non eſt cōuertibilis deſcriptio, quia non oīs praxis eſt formaliter electio. Tertio mō ut ly ſecundū capitur partim effectiue et partim formaliter, ut ſit ſenſus, omnis praxis uel ſit effectiue ab electione uel eſt formaliter electio, et ſic uerum eſt intelligendo electionem cauſare praxim ut ſupra dictum eſt. Quarto modo ut ly electio capitur pro libera poteſtate, illo mō oīs praxis eſt ſecundum electionem.i.a libera uoluntate, et hoc uel libere eliciente uel libere imperante. Quinto modo ut ly electio non capitur pro actu uolendi ſed pro electione.i.pro productione actus uolendi, illo mō oīs praxis eſt elicita.i.producta effectiue, et ſenſus eſt. Praxis eſt operatio ſecundū electionem.i.ſecundum productionem actiuam qua effectiue producitur etc.

¶ ISTE TRES VIE PONVNT theologiā etc. Hic doc. reſoluit mentem trium opinionum predictarum. Nā in una cōcluſione concordant.ſ.ꝙ theologia ſit ſpeculatiua. Cuius rō ſm̄ Hen. eſt ꝙ uoluntas naturaliter determinatur ad dilectionem dei non egens noticia theologica directiua, ſed ſolum oſtenſiua obiecti. ¶ Secundum Guliel. uarr. ratio eſt, quia deus

non eſt obiectū cōtingens. ¶ Secūdū Henricum ratio eſt, quia electio non eſt praxis, ſed tantū actus exterior, mō circa deum nullum actum exteriorem principaliter habemus ſed tantum interiorem dilectionem in quam principaliter tota theologia ordinatur, que dilectio non eſt praxis ſed ſpeculatiua. Ideo theologia non eſt directiua praxis, et per conſequens non eſt practica, quia extenſio ad dilectionem uel delectationem non facit noticiam practicam cum omnis noticia ſic extendatur. Similiter felix eſt dei amantiſſimus et tamen noticia uel dirigēs uel oſtendens illum amorem ſecundum philoſophum eſt ſpeculatiua. ¶ Contra hos tres ſimul arguit doc. Communiter tenetur ꝙ omnis actus humanus proprie uel eſt praxis uel ſpeculatio, ſed ſtante concluſione illarum trium opinionum amor dei et felicitatis neutrum horum eſt, ergo concluſio illa eſt inconueniens. Secundo arguit. Omnis noticia directiua alicuiꝰ actus eſt practica, et ille actus eſt praxis ut patet ex ſuperioribus, ſed theologia dirigit dilectionem finis, ergo theologia ē practica, et dilectio illa eſt praxis. ¶ In hac littera fundatur plura bona dicta. Primum. Operatio eſt commune ad omnem actum cuiuſcunq; potentie, tamen ſtricte capitur pro actu producto potentie intentionalis quo attingitur obiectuꝫ ſicut eſt intellectio, uolitio etc. Secundum. Operatio in poteſtate hominis eſt illa que a libera uoluntate elicitur uel imperatur et poteſt eam recipere et impedire ad placitum. Tertium. Poteſtas hominis eſt ipſa libertas uolūtatis qua dominatur toti regno anime. Quartum. Actus humanus dicitur ille qui ſic eſt in poteſtate hominis ꝙ poteſt ipſum precipere uel elicere uel impedire libere, ſicut eſt uelle uel uidere ex ſuo imperio. Quintum. Siue ſit actus potentie organice ſiue quicunq; actus a quocūq; quod eſt formaliter in homine elicitus ſi ſit ex imperio uoluntatis et poteſt ad nutum uoluntatis impediri omnis talis dicitur actus hominis et actus humanus. Sextuꝫ. Non dicitur actꝰ humanus eo ꝙ nulli niſi homini conueniat, quia ſimiles actibus humanis conueniunt alijs ab homine, ut intelligere et uelle conueniunt deo et angelis, uidere, audire etc. conueniunt brutis, ſed illi actus in eis non ſunt actus humani, quia non ſunt in libera poteſtate hominis. Septimum. Speculatio eſt cognitio que non ex propria ſua natura nec ex obiecti natura relucentis in ipa nata eſt dirigere ueram praxim. Quid ſit praxis eſt ſupra habitum. Octauum. Finis in propoſito poteſt capi tam pro fine obiectiuo q̄ formali. i. tam pro deo q̄ felicitate. Nonum. Quādo doc. dicit, hoc eſt inconueniens, ſenſus eſt, dicens hoc dictum eſt in aliqua quinq; metharum ſcilicet redargutionis, falſi inopinabilis, nugationis uel ſoleciſmi. In propoſito inconueniens ē metha inopinabilis. q. d. hoc eſt inconueniens. i. eſt contra opinionem omnium. Decimum. Inconueniens eſt ꝙ noticia directiua cuiuſcunq; uolitionis ſit ſpeculatiua qa ē ꝓ opinionē Ariſto. quē oēs ſeqnur, q dicit, ꝙ ueritas. i. noticia ꝯplexa ſiue propoſitiōis uere, eſt ꝯfeſſe. i. ꝯformiter actiue ſiue ꝯformans ſiue dirigēs ſiue regulans uolūtatē in uolendo, ſe habens appetitui recto. i. uolitioni recte ideſt nata dirigere rectam uolitionem eſt practica, et ſic iterum eſt inconueniens methe inopinabilis. Vndecimum. Mens eſt duplex ideſt intellectus eſt duplex ſcilicet ſpeculatiuus et practicus. Speculatiuus eſt intellectus intelligens propoſitioneꝫ ueram non directiuam uolitionis uel praxis. Sed intellectus practicus eſt intellectus intelligens propoſitionem ueram natam dirigere uolitionem uel praxim rectā. Et eſt idem intellectus numero, et eſt diuiſio ſubiecti in accedētia quia intellectus eſt ſubiectum taliuꝫ intellectionū que ſunt accedentia eius. Duodecimum. Veritas de qua in. x. dicto dictum eſt, eſt proprium opus mentis practice ideſt pertinet ad intellectum practicum et non ſpeculatiuum. Tredecimum. Oīs perfecta operatio habet unā paſſionem conſequētem que uocatur delectatio. Decimumquartum. Omne naturaliter cōſequēs aliud et non poteſt impediri poſito primo (ut poſito actu perfecto non poteſt impediri delectatio) uocatur paſſio ſi non eſt aliquid principaliter intentum a producente, uel non primo et principaliter ab ipſo producibile, ſed tantum ex conſequenti, ſicut ſi quis principaliter intenderet producere delectationeꝫ in ſe nō poteſt niſi prius producat actus circa aliquod obiectum, tunc actum illū cōſequitur delectatio que eſt paſſio. Decimum quintū. Poſſibile eſt hominē tantū delectari de actu, non obiecto ut ſi quis ſcit ſe interficiendū, de ſcia ꝙ ipſe ſcit et nō ignorat ſuā mortem delectatᷓ, nō de obiecto. ſ. morte. Et ſi qñq; quis dicat, ego uellem me non ſcire hoc uel illud, nō dicit propter carentiam noticie, ſed propter odiū ad obiectum ſcitum etc. Decimumſextum. Quando eſt delectatio de obiecto tūc ſimilis eſt delectatio de actu ſed nō ecōuerſo ut ſupra. Decimūſeptimuꝫ. Nulla delectatio proprie eſt praxis, ideo propter extenſionem ad delectationem nulla poteſt poni noticia practica. Decimum octauum. Oē naturaliter cōſequens actus potentiarū exceptis habitibus dicitur paſſio, nec aliquid tale eſt praxis. Decimum nonū. Quādo dicitur. x. ethi. Felix eſt dei amātiſſimus ſenſus eſt, felix maxime amatur a deo, et non eſt ſenſus, ꝙ felix maxime amet deū. Vigeſimū. Alia auctoritas ſic exponitur. Quidem pro certo, ſi a diis. i. deo uel angelis qui dicuntur dii a philoſophis, ſit aliqua cura humanorum. i. ꝙ diligant uel odiant actus hominū et bona hoīuꝫ (quia multoꝝ hoīum opinio fuit ꝙ nec dii ſcirent nec curarent opera hominū) rationabile et pro eſt ipos deos gaudere optimo et cognatiſſimo. i. de eo ꝙ exercemus nos in actibus intellectus et uoluntatis que ſunt optime potentie et optimi actus et cognatiſſimi diis. i. cognati deorum ſumus per illas potentias eo ꝙ uniuoce tā potentie q̄ actus illaꝫ ſunt in angelis, deo, et hominibus. Rationabile eſt deos rebenefi ciare homines ſic ſe exercentes in illis actibꝰ ut amicos. Ex quo ultimo patet ꝙ nos paſſiue amamur ſꝫ phūm a deo eo ꝙ nos rebeneficiat ipſe. Quomodo deus cognoſcat omnia patebit infra diſ. 39. Quomodo gubernet omnia patebit in 2. lib. Vigeſimum primum. Non eſt una delectatio conſequens actum perfectum et obiectum, ſed due realiter diſtincte, quia poſſunt realiter ſeparari ut patet. 15. dicto. Delectatio non eſt praxis quia non ſubeſt imperio uoluntatis niſi ex cōſequenti. i. ſi uoluntas imparat actuꝫ impoſſibile eſt ꝙ nō cōſequatur delectatio actum uel obiectum ſm ꝙ actus uel obiectum fuerit. Et tamen delectatio uirtualiter in actu uoluntatis inquātū poteſt elicere uel imperare uel impedire actū. Vigeſimum ſecundū. Actus odii eſt delectabilis, licet obiectum ſit triſtabile. i. contriſtet odientem. Vigeſimumtertium. Speculatiuum et practicum poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo ſtricte, illoᵒ tātū ſunt intellectiones, quia intellectio nata dirigere praxim dicitur practica, nō nata dirigere dicitur ſpeculatiua. Alio modo large, illo modo ſpeculatiuum comprehendit intellectionem non natam dirigere praxim, et cum hoc uolitionem non dirigibilem, ut dilectio dei reſpectu ſuiipſius, et practicū cōprehēdit intellectionē directiuā et dilectionē directā. Vigeſimūquartū. Secūdū phūs, deus tante bonitatis eſt ꝙ angeli uidentes. i. intuitiue cognoſcentes deum alliciuntur ſua infinita bonitate ad ſumme amādum ipſum et uolita ab eo exequendum, et hoc eſt mouere ut amatum. Ex hoc uolunt aliqui elicere ꝙ mens eius fuerit ꝙ non moueat deus effectiue. ideſt nihil realiter cauſet uel faciat, ſed angeli omnia effectiue cauſent ex amore ad deum et ꝙ deus ſit cauſa finalis. Quid ſit cauſa finalis patuit ſupra contra Henricum in eadem queſtione. Vigeſimum quintum. Felicitatem angelorum et dei poſuit philoſophus ſpe

culatiuam capiendo ſpeculatiuum ut extendit ſe ad amorem non dirigibilem uel non indigentem directione, quia dixit, ꝙ iſte amor non eſt dirigibilis a noticia ſed naturaliter ineſt, et ꝙ naturaliter ſunt beati, ex quo ſequitur ꝙ delectatio que eſt in felicitate et amor et noticia ponuntur a philoſopho ſub ſpeculatione, quia non poteſt ibi contingere error, ideo non indiget noticia directiua. Vigeſimumſextum. Non fuit mens philoſophi negare noticiam oſtendentem obiectum in felicitate, ſed negauit noticiam dirigentem ne error contingeret. Et licet talis noticia extendatur ad amorem non tamen illa extenſio eſt directiua ſed eſt oſtenſiua tantuꝫ. Ex quo patet ꝙ eſt duplex extenſio ad uoluntatem una oſtenſiua tantum, alia oſtenſiua obiecti et directiua uoluntatis in operando. Vigeſimumſeptimum. Due prime opiniones inter illas tres ultimas conformiter dixerunt ad Ariſtotelem. Vigeſimum octauum. Diffinitiones ſcientie practice et ſpeculatiue habentur a philoſopho, et ideo cõcordamus cum eo in quid nominis ſed in .25. dicto diſcordamus ab eo, ideo ſi philoſophus poneret illud dictũ pro una premiſſa et diffinitionem ſpeculatiue noticie pro alia premiſſa cõcluſio ſequens ab eo conceſſa eſt a nobis neganda, eo ꝙ una premiſſarum eſt falſa. Vigeſimumnonum. Homo ſapiens ſecundũ philoſophum poteſt errare et recte agere circa creaturas et deum, ideo practica noticia indiget, ſed felicitas eius eſt ſpeculatiua ſecundum philoſophus que eſt noticia dei et amor dei in quibus errare non poteſt. Trigeſimum. In hoc differt homo felix ab angelo felice ſecundum philoſophuꝫ, quia homo felix non eſt naturaliter beatus, ſed oportet ꝙ actus beatitudinis ꝓducat ſed angelus habet naturaliter ſine productiõe, actus ſuos beatificos. Hoc autem negatur a theologo, ideo felicitas angeli ſecundum philoſophum eſt ſpeculatiua. Trigeſimumprimum. Scotus uult in illo textu philoſophum intendiſſe ꝙ in actu uoluntatis conſiſtat felicitas ut patet in illa littera. Sed ꝑmiſſa etc. ibi igitur ipſe ſub ſpeculatione comprehendit etc.

¶ QVARTA VIA, DICIT THEOLOGIAM etc. Hic ponitur opinio ſancti Bonauenture .i. lib. queſtione .iii. Et fratris Egidii de roma lib. i. Et ſufficienter patet in textu.

¶ QVINTA VIA, DICIT etc. Hic ponitur opinio Guil. uar. lib. i. queſtio. 4. In cuius improbatione notãda ſunt aliqua dicta. Primum. Sapientia ad propoſitum capitur quadrupliciter. Primo pro noticia dei et angelorum. Secundo pro noticia principiorum .i. premiſſarum demonſtrationis. Tertio pro noticia ſpeculatiua que dicitur contemplatio. Quarto pro noticia eternorum tantum. Secundum. Scientia capitur quadrupliciter ad propoſitum, primo pro noticia concluſionis demonſtrate, ſecundo pro noticia practica que dicitur reſpectu actionis, tercio pro noticia temporalium, quarto pro noticia ſcripturarum diuinitus inſpirata, ut ſcilicet eſt donum ſpiritus ſancti. Tercium. Sapientia dicitur uno modo a ſapere .i. intelligere. Illo modo methaphyſica eſt ſapientia, quia eſt noticia de altiſſimis rebus complexis que ſunt principia per ſe nota, et incomplexis, ut ſunt deus et angeli ſiue intelligentie. Alio modo dicitur a ſapere et dicitur ſapida ſcientia, illo modo ſola theologia eſt ſapientia, et eſt donum ſpiritus ſancti. Quartum. Theologia proprie eſt ſapientia et contemplatiua, quia illa dicitur contemplatiua que ducit in ſummum bonum, theologia eſt huiuſmodi. Quintum. Contemplatio ſecundum Auguſtinum eſt operatio ſuperioris portionis rationis. Actio autem operatio inferioris portionis rationis, ita ꝙ cognitio et amor eternorum dicitur contemplatio, ſed cognitio temporalium et amor dicitur actio. Sextum. Idem intellectus numero habet duo officia, unuꝫ eſt intelligere eterna, ſecundum eſt intelligere temporalia, ſecũdum primum officium dr̃ portio ſuperior, ꝓm ſecũdũ officium dicitur portio inferior. Septimum. In utraq; portione eſt trinitas, ſcilicet memoria, intelligentia, et uoluntas. Quid ſint illa tria patebit inferius diſtin. 2. Octauuꝫ. In ſola ſuperiore portione rationis proprie eſt imago trinitatis, in homine ut patebit inferius diſt. 3. q. penultima. Nonuꝫ. Sola ſuperior portio eſt contemplatiua .i. eſt de eternis. Nam inferior eſt de temporalibus et creaturis. Decimuꝫ. Aliquid poteſt dici ſpeculatiuum et practicũ dupliciter, uno modo denominatiõe intrinſeca, illo modo actus et habitus dicuntur practici et ſpeculatiui .i. directiui per ſe, ſecundo mõ denominatione extrinſeca, illo modo act⁹ uoluntatis quia diriguntur dicuntur practici ab actu uel habitu dirigente, ſed actus uoluntatis uel intellectus non directi dicuntur ſpeculatiui ut amor dei quo ſeipm̃ diligit ſecundũ aliquos dicitur ſpeculatiuus, eo ꝙ non dirigitur a noticia diuina. Vndecimum. In utraq; portione poteſt eſſe noticia ſpeculatiua et practica, ita ꝙ cũ dicitur ꝙ ſuperior portio ſit contemplatiua non intelligitur ꝙ ſit ſpeculatiua tantũ quia cõtẽplatio nõ capit ſolũ pro ſpeculatione ſed pro cõſideratione eternoꝝ etc.

¶ ALIA EST OPINIO, DISCORDANS etc. Hec eſt ſexta opinio, et eſt Goff. de fontib⁹, quoli. 13. q. i. que ponit theologiam eſſe duas ſcientias ſpẽ diſtinctas quarum una eſt ſpeculatiua, alia practica, non ſic intelligendo ꝙ ſpeculatiua ſcientia primo tota ponatur et poſtea practica uel econuerſo, ſed intermiſcentur ita ꝙ nũc ponitur unuꝫ dictum ſpeculatiuum nũc poſtea unum practicũ et ſic cõſequenter. Naꝫ plures ſunt noticie in theologia uel in biblia que nullam praxim dirigunt, et diſtinctius tractat de ſpeculabilibus q; requiritur ad determinationeꝫ de praxi et ecõuerſo. ¶ Contra hanc opinionem doc. arguit ſic. Habitus nõ euidens ex ſubiecto .i. non acquiſitus ꝑ noticiam obiecti ſed reuelatus non diſtinguitur ſecundũ diſtinctionem obiectorum ſed theologia eſt huiuſmodi ergo nõ diſtiguitur ſecundum diſtinctionem obiectorũ, ergo dato ꝙ tractaret ſpeculabilia et operabilia propter hoc non diceretur duo habitus. Sed diſtinctio in habitum ſpeculatiuum et practicũ eſt diſtinctio ſecundũ obiecta ſcilicet ſecundũ obiectũ operabile .i. directiuum praxium, et non operabile .i. non ſic directiuum. Sed hec argumenta non ſunt doc. ideo tranſeo. ¶ Sed reſoluendo tex. ponunt. 15. dicta. Primum. Scientia dupliciter habetur in nobis ut patet ſupra. q. 3. Secundum. Sciẽtia acquiſita per euidentiam obiecti ſicut ſumit entitateꝫ ab obiecto ſic et unitatem et diſtinctionem, ſed ſcientia per reuelationem acquiſita nõ ſumit unitatem nec diſtinctionem ab obiecto et per cõſequẽs nec entitateꝫ. Tertium. Vnitas et diſtinctio ſcientiaꝝ dupliciter ſumitur, uno modo intrinſece illo modo a nullo habetur nec unitas nec diſtinctio niſi a quo habetur entitas formaliter. Et ſic intelligitur ſecundum dictum, alio modo extrinſece, illo modo ab obiecto de quo eſt ſcientia ſemp̃ ſumitur unitas in ſe et diſtinctio ab aliis cum neceſſario noticia habeat relationem ad obiectum, et neceſſario ſit uel de uno uel de pluribus obiectis. Sed hoc eſt dupliciter, quia ſi obiectum cauſauit illam noticiam tunc diſtinguit effectiue. Si autem non cauſauit, nõ diſtinguit effectiue, nec dat unitatem effectiue, ſed alia cauſa cauſans effectiue diſtinguit effectiue uel dat unitatem effectiue. Quartum. Fides eſt duplex, prima eſt infuſa et creata a deo, et illa non eſt noticia, ſed eſt quedam qualitas naturalis .i. naturalr̃ exiſtens intellectu, et non eſt actus intentionalis eſt tamen ſupernaturalis inquantum cauſatur a cauſa ſupernaturali. Secunda eſt noticia acquiſita per auditum uel ſtudium, innitens autoritati alterius .i. habens talem noticiam neſcit utrũ ſit uerum uel falſum quod dicitur ex euidentia rei ſcite, ſed tamen credit alteri aſſerenti illud eſſe uerum quem credit dicere uerũ. Quintuꝫ. Obiectum fidei eſt duplex ſcilicet eternũ

et temporale. Item eſt duplex, ſcilicet neceſſarium et contingens, item eſt duplex, ſcilicet deitas et humanitas, et a quolibet horum poteſt dici ꝙ fides habeat duplex obiectum. Sextũ. Dato ꝙ theologia tractet de operabilibus et ſpeculabilibus ſimul. nõ tamẽ propter hoc oporteret ponere ꝙ eſſent due theologie, quia non habet euidentiam ex obiecto et per cõſequẽs nec diſtinguitur ex obiecto. Septimum. Theologia capitur dupliciter. Vno modo in ſe ut eſt noticia omnis que nata eſt haberi de diuina eſſentia. Alio modo ut eſt tradita in biblia in qua ſatis pauca de illo obiecto ſunt tradita. Octauuꝫ. Nulla noticia ſic eſt ſpeculatiua quin nata ſit dirigere aliquam praxim, ut doc. infra nititur defendere, nec eſt aliquod obiectum incõplexum, de quo non poſſit haberi noticia practica .i. directiua quantum eſt de ſe alicuius praxis, licet aliquando per accidens ſit oppoſituꝫ ut noticia dei dirigit intellectionem dei noticia calcii dirigit in formatione calcii, et ſic de omni creatura nata dirigere uoluntatem producentem illam creaturam, ut aliqui etiam dicunt de ydeis in mente diuina ꝙ dirigant uoluntatem diuinam informãdo creaturas licet capiant dirigere large pro oſtendere tamẽ capiendo ſcientiam practicam ita ſtricte, ut infra dicetur, forte non omnis noticia eſt practica, ſimiliter nullum eſt incõplexum obiectum quin de eo poſſit haberi noticia ſpeculatiua, ut noticia alicuius concluſionis demonſtrate in qua probetur paſſio eius de eo ut ueritas uel bonitas, quia ꝙ quodlibet ens ſit unũ eſt concluſio ſpeculatiua. Nonum. Theologia dupliciter ẽ una. Vno modo intrinſece et realiter. Alio modo extrinſece et obiectiue, uel etiam effectiue. Primo modo quilibet actus cognoſcendi theologia eſt unus in ſe, et quot tales ſunt actus tot ſunt theologie realiter. In diuino intellectu eſt una numero. Et ſi aliquis intellectus alius poteſt intelligere omnia etiam tota theologia eſt una numero, ſi quis autem nõ poteſt omnia intelligere uno actu tunc theologia eſt ſibi tot, quot actus habet. Secundo modo theologia eſt una numero ab obiecto incõplexo quod eſt deus, et ab obiecto complexo tottuplex eſt quot diuerſe ꝓpoſitiones ſunt in ea. Preterea. Quottuplex eſt cauſa efficiẽs eius in itellectu, tottuplex eſt etiam extrinſece effectiue, in deo quidem illo modo nõ eſt una nec plures, quia non eſt cauſata ibi, ſed in beatis illo modo eſt una numero, ſi teneatur ꝙ intellectus beati nihil agat ad beatitudinem, ſi autem teneatur ꝙ operetur aliquid tunc theologia eſt duplex, extrinſece effectiue ſecundum ꝙ ſunt due cauſe eius ſcilicet deus et intellectus beati. Theologia autem uiatorum plures habet cauſas efficientes de quibus in prima queſtione patuit. Et ſecundum hoc ẽ multiplex. Decimum. In omni ordine ſpecierum una datur ſimpl'r eminẽtior aliis, ꝑ conſequens in ſpeciebus ſcientiarũ una eſt ſimpliciter nobilior omnibus aliis que eſt theologia eo ꝙ eſt de nobiliſſimo obiecto, ut patuit ſupra. q. 3. Vndecimũ. In theologia ñ tractatur diſtinctiº de aliqbus q; requiratur ad praxim dirigendã, quia uel oſtendunt appetibilitatem finis uel media ad finem uel conditiones mediorum inquantum ſunt ad finem uel conditiones finis circa quas contingit ignorantem errare. Duodecimum. Finis eſt duplex, ſcilicet obiectiuus qui ẽ deus, et formalis qui eſt beatitudo. Tredecimum. Appetibilitates finis obiectiui .i. que reddunt eum appetibiliorem ſunt ꝙ ẽ creator nr̃, gubernator, redẽptor, glorificator, gratificator, illuminator, iſinitus, optimus, imẽſus etc. Sed appetibilitates finis formalis ſunt perpetuitas in corpore et anima ſine defectu etc. Decimumqr̃tum. Conditiones mediorum ad finem (media ſunt omnis natura creata et opera meritoria etc.) ſunt mortalitas hominum, difficultas bene operandi, diuina cooperatio, ignorantia etc. q̃ oĩa aliqd opant directe ul' idirecte ad querendũ uitã eternã, uel feruentius, et ad humiliandum ſe, et per humilitatis meritum contemplari deum in gloria ſua. Decimũquintum. Trinitas perſonarum diuinarum nõ oſtendit finem nec formalem nec obiectiuum appetibiliorem tamen ignorans trinitatem non recte eliceret actum circa deum, quia diligeret ſolum unam perſonam et non impẽderet aliis debitum cultum. Cetera patent clare in littera etc.

¶ ALIA OPINIO TENET etc. Hec eſt opinio ſancti Tho. prima parte ſum. q. prima ar. 4. et patet littera.

¶ AD QVESTIONEM IGITVR RESPONDENDO. Hic doctor directe reſpondet ad queſtionem ſecũdum propriam mentem. Et ſtat reſolutio queſtiõis i 36 dictis. Primũ. Velle ſine omni actu exteriori eſt uere praxis. Secundum. Extenſio cognitionis practice ad praxim idem ẽ quod directiuitas uolitionis, et actus imperati a uoluntate, et prioritas eius ad uolitionem et actum imperatum, ita ꝙ ille due aptitudines ſunt eſſentialiter illud ꝙ eſt practicum. Tertium. Tota theologia neceſſariorum eſt conformis .i. conformatiua uel regulatiua uel directiua praxis in itellectu creato prius naturaliter q; uoluntas creata uelit uel impet actum exteriorem. Quartum. Terminus incomplexus qui eſt ſubiectum concluſionis practice eſt uirtualiter conformis .i. conformatiuus uel regulatiuus praxis. Quintum. In theologia ſubiectum eius incomplexum uirtualiter cõtinet rectitudinem praxis theologice .i. operationis que ſecundum dictamen theologice debet elici, ſecundum dictamen inquam propoſitionis neceſſarie non contingentis, quia uirtute noticie huius ſubiecti incomplexi poteſt concludi uel demonſtrari aliqua concluſio que in propria forma docet quomodo recte fiat operatio theologica. Sextum. A ratione ſubiecti theologici .i. a quiditate dei et ex noticia incomplexa illius quiditatis uel paſſionum eius ſummunt principia .i. ꝑmiſſe qa ex illis terminis incomplexe in noticia ſubiecti notis formant principia illa. Septimum. Cum ex rationibus formalibus terminorum formentur illa principia ſequitur ꝙ tota demõſtratio neceſſaria prius naturaliter poteſt haberi q; praxis eliciatur, qa naturali ordine intellectus precedit uoluntatem. Octauũ. Voluntas diuina licet non habeat de ſe noticiam obiecti ſed oñdat ſibi ab intellectu tñ ñ idiget itellectu ut directiuo, qa nulloº pt errare. Nonũ. Actus circa deum ſunt triplices, primi conueniunt deo ex ratione ſua formali .i. ex ratione actuum et dei cõcluditur actus tales deberi deo, ut amare deum. Secundi repugnant deo ex ratione ſua formali ſicut odire deũ. Tertii ſunt indifferentes .i. nec conueniunt nec repugnãt deo ex ratiõe ſua formali, ut colere deum in ſacrificio altaris .i. in celebratione miſſarum. In primis actibus omnis rectitudo attenditur in naturis extremorum quia cognitis actibus et deo, intellectus ſufficienter elicere poteſt qui actus quomodo fieri debeant circa deũ, et ſi ſic fiunt tunc bene fiunt, ſin autem tunc male fiunt, i ſecundis conformiter eſt dicendum, quia natura dei et actuum quiditas, oſtendit qui actus, quomodo caueri debeant circa deum. et ſi ſic fit tunc bene fit. ſin autem male, in tertiis rectitudo non ſumitur principaliter ab obiecto ſed a uoluntate acceptante uel refutante. Si enim fiunt ſicut uoluntas diuina uult et eo modo quo uult bene fiunt., ſin autem, malle fiunt. Ex quo patet ꝙ actus contingenter recti non ſumunt rectitudinem ſuam principaliter ab obiecto ſed a uoluntate, licet ſi ſint circa nobile obiectum tunc bonitatem ſuam ſumunt ab eo. Actus autem neceſſario recti quantum eſt de ſe primam rectitudinem habent ab obiecto. Dico quantum eſt de ſe, quia actus quantumcunque boni ex obiecto poſſunt deprauari per circunſtantias, dato etiam ꝙ non deprauentur adhuc tamen ulterior bonitas aduenire poteſt talibus actibus ex circunſtantiis. Decimum. Intellectus eſt duplex, ſcilicet creatus et increatus. Primus

in neceſſaria praxi .i. que ex natura alicuius obiecti oſtendi-
tur eſſe bona uel mala, regulatur ab obiecto, et ipſe ulterius
regulat uoluntatem. Sed ſecundus eſt regula ſuiipſius ſicut et
uoluntas increata, tñ ille intellectus preſupponit obiectum ta-
le ut quodãmodo oſtenſiuũ. Preterea prim⁹ in cõtingenti pra
xi regulatur a uoluntate, ſecũdus ñ, ſ3 tamen certitudinem ta-
lis rectitudinis habet ex determiatiõe uoluntatis .i. ꝙ talis pra
xis ſit bona uel mala ſummit ex determinatione uoluntatis.
Vndecimũ. Intellectus creatus reſpectu nullius eſt regula ſui
ĩpſius niſi reſpectu ſui, ubi idem eſt obiectum et intellectus, et
hoc ſic ĩ neceſſaria praxi, qa in contingenti etiã reſpectu ſui ip
ſius regulatur a uoluntate. Duodecimũ. Nullum obiectum po-
teſt intellectum diuinũ determinare .i. regulare niſi ly determi-
nare capiatur pro ſe intellectui oſtendere. Verũ tamen nec di
uinus itellectus poteſt cõtra naturas rerꝫ .i. non pt contradicto
rias ſimul efficaciter uelle, nec credere ꝙ ſimul ſint uere, nec ꝓ
poſitiones quarꝫ contradictorie neceſſario ſunt uere de rerum
quiditatibus põt uerificare, ſicut neceſſarias aliquas poteſt fal
ſificare, tamẽ omnium contingentium cõtradictorias poteſt ue
rificare et falſificare. Tredecimũ. Finis eſt duplex, ſcilicet ulti
mus et proximus. Vltimus in propoſito eſt deus, proximus eſt
beatitudo. Ab ultimo principaliter ſummuntur principia pra-
ctica et ñ a proximo principaliter licet ẽt ſummanĩ ab eo. Deci
mũquartum. Finis capitur dupliciter. Vno modo pro illo reſpe
ctu qui dicitur finire uel finitõ. Alio modo pro fundamento illi
us reſpectus quod in propoſito eſt deus. Primo modo nõ ſumũ
tur ab eo principia ſed ſecundo modo. Decimũquintum. Obie-
ctum incõplexũ eſt uirtualiter cõforme .i. cõformatiuũ ſiue re
gulatiuũ praxis ſed hoc eſt remotiſſime inquantum noticia il-
lius incõplexa eſt uirtualiter cõformis .i. ex ipſa formari poſ-
ſunt propoſitiones demonſtratiue remote, premiſſe ſunt etiam
uirtualiter conformes proximo inquantum ĩmediate inferunt
cõcluſionem practicam et ipſa cõcluſio eſt formaliter cõformis
quia in propria forma oſtendit qualis praxs debeat elici cir-
ca hoc obiectum et qb⁹ circũſtantiis. Decimũſextũ. Cũ doc. dcit
ꝙ noticia fruitionis eſt formaliter cõformis .i. regulatiua pra
xis ſi intelligit de incõplexa noticia fruitionis debet ſic intelli-
gi, ĩ illa noticia ĩcõplexa relucet ipſa fruitõ ut exemplar quod
dam ad cuius ſimilitudinẽ debet fruitio elici, ſicut cũ quis uult
ſcribere in ſua noticia relucent littere et dictiones ad quarꝫ ſi-
militudinẽ ſcribit in papiro, ideo põt dici formaliter cõformis
eo ꝙ omnino ſimilis eſt fruitio relucens in noticia ſicut eſt ĩ re
Decimũſeptimũ. Noticia dei principaliter ẽ cõformis fruitioni
et uirtualiter quia nõ ĩ propria forma obiectum illius noticie
eſt ſimile fruitioni, tñ obiectum illius noticie uirtualiter con-
tinet noticiam fruitionis. Decimũoctauũ. Ipſa fruitio uirtuali-
ter cõtinet noticiam cõformẽ ſibi qa cõtinet uirtualiter noticiã
ſui. Decimũnonũ. Quãuis in aliqua re ĩcõplexa uirtualiter cõ
tineatur noticia ſpeculatiua et practica ſicut in homine cõtine
tur uirtualiter moralis philoſophia et medicina, ut patuit ſu-
pra. q. 3. ſiʳ et liber de aĩa qui eſt ſpeculatiua noticia ſicut mo-
ralis philoſophia et medicina ſunt practice ſcientie tñ aliqua
una res diuerſimode cõſideratur in diuerſis ſcientiis ꝓpter qꝺ
ĩn una eſt ſubiectum uirtualiter cõtinẽs noticiam practicam ĩ
alia ſpeculatiuam. Vigeſimum. In diuinis ſunt duplicia predi-
cata .ſ. eſſentialia et nocionalia ſiue perſonalia q̃ hic hẽo pro eo
dẽ l3 inter ſe non ſint idẽ. Predicatum eſſentiale eſt illud quod
ꝑdicatur de eſſentia et oĩbus perſonis diuiſim et cõiunctim ĩ ſin
gulari numero in abſtracto et cõcreto, ut pr̃ ẽ eſſentia filius ẽ
eſſentia, ſpiritusſanctus eſt eſſentia. pater et fili⁹ et ſpũsſanct⁹
ſunt una eſſentia idem eſt de ſapientia miſericordia intellectu
et uoluntate etc. et oĩa talia dicũtur eſſentialia .i. ſimilia eſſen-
tie in mõ predicandi. Notionalia uel perſonalia dicũtur que ñ
ſic predicãtur de omnibus tribus perſonis in ſingulari numero
ut ẽ pr̃, paternitas, filius, filiatio, ſpiratio. Vigeſimũprimũ. Oĩa
eẽntialia ĩ diuis a ſe ſunt eẽntialr ĩfinita l3 ñ a ſe radicalr qa
ut ſic ſunt ĩfinita ab eẽntia. Perſonalia aũt et notiõalia ñ ſunt
a ſe forʳ infinita, ſ3 ſunt realiter infinita eo ꝙ ſunt reʳ idẽ cũ
infinita eſſentia. Et dicuntur eſſentialia forʳ infinita et nõ no-
tionalia quia eſſentialia habent ex propria ſua ratione q̃ ſunt
talia et propria ſua quiditate ꝙ ſunt ĩfinita, perſonalia autem
tñ propter idemptitatem cũ eſſentia, ideo licet perſonalia ado
rentur et ſumme diligantur, non tamen ſunt rõnes ſumme dile
ctionis nec adoratiõis ſicut eſſentialia. Eſſentialia aũt ſunt ter
mini adorationis .i. adorantur et cũ hoc ſunt rõnes adorationis
et ſumme dilectionis propter infinitatem formaliter in eis exi-
ſtentem. Vigeſimũſecundũ. Actus adorationis et ſumme dilecti
onis nõ ẽ ſufficienter rectus. ſi tñ ẽ circa illa q̃ ſunt rõnes ado
rationis et ſumme dilectionis, ſed etiam requiritur ꝙ ſit circa
illud ſuppoſitum in quo ſunt illa que ſunt rõnes huiuſmodi, ut
ſunt perſone diuine in qbus ſunt eſſentialia q̃ ſunt rõnes ado-
rationis etc. Seʳ ꝙ noticia perſonalium ſit directiua praxis a-
dorationis et ſumme dilectionis ne erret non adorando et nõ di
ligendo adorabile et ſumme diligibile. Vigeſimũtertium. Illa ẽ
una probabilis propiſitio ꝙ illa noticia eſt practica q̃ quãtum
eſt de ſe nata eſt dirigere praxim ſiue praxis ſit dirigibilis uel
non, ſiue uoluntas ſit dirigibilis uel ñ, ſiue illa noticia ſit neceſ
ſario prius directiua q̃3 praxis eliciatur ſiue nõ, quo ſuppoſito
tota theologia tam neceſſariorꝫ q̃3 contingentium ẽ practica qa
tota theologia nata eſt dirigere uoluntatem et praxim. Vigeſi
mumquartum. Iſta eſt una probabilis propoſitio ꝙ illa noticia
eſt practica que quantum eſt de ſe nata ẽ dirigere praxim ex
ſuo obiecto cuius eſt, et prius naturaliter q̃3 praxis ſit elicibi-
lis, illo ſuppoſito theologia cõtingentium non eſt practica, qa ex
ſuo obiecto non habet ꝙ ſit directiua recte praxis, ſed a uolũ-
tate determinante, ut cũ intellectus concipit illam propoſitionẽ,
omne genu debet flecti in dei reuerentiam, ex ui terminorꝫ hui⁹
propoſitionis non poteſt intellectus ſcire ꝙ flectio genuũ ſit re
ctus cultus dei et deo acceptus, ſed ſi diuina uoluntas determi-
nat ſe uelle acceptare talem cultum tunc intellectus meus ſcit
ꝙ eſt rectus actus. Vtrꝫ intellectus diuinus diſcurrat uel ñ pa
tuit ſupra. q. 3. in ſolu. 4. iuſtaqueſtonis. Vigeſimumquintum.
Impoſſibile eſt ꝙ poſſit uoluntas aliquid uelle ſine noticia pre
uia incomplexorum, nec ſine apprehẽſione et formatione propo
ſitionum poteſt uelle complexum propoſitionale, ſed tamen po
teſt determinare ueritatem propoſitionis apprehenſe non iudi
cate .i. ante determinationem uoluntatis apprehenditur quid ſi-
gnificet propoſitio ſed non ſemper iudicatur eſſe uera uel fal-
ſa. Vigeſimũſextum. Iſte eſt modus quo cognoſcitur ueritas
propoſitionis contingentis indiuinis, primo intellectus componit
omnes propoſitiones contingentes poſſibiles formari et offert
diuine uoluntati ut eligat unam partem de quibuſlibet contra-
dictoriis ad placitum, qua electione facta una pars cuiuſlibet
contradictionis determinate eſt uera et altera falſa cum ſuis
circumſtantiis, quia una aliquando pro uno tempore uerificat
alia pro altero tempore, ut dictum eſt ſupra de ſacrificio alta
ris, ut intellectus diuinus proponit uoluntati diuine illam, deus
eſt homo, deus non eſt homo, in illo inſtanti nature quo for-
mat, utraq3 eſt ſibi neutra .i. ex propria natura formationis ꝓ
poſitionis et extremorũ nõ poteſt determinate haberi que pars
ſit uera et q̃ falſa, ſ3 facta electõe uolũtatis q̃ determiat nega
tiuã uerã añ diẽ annunciationis et affirmatiuã uerã p⁹ diẽ an
nunciatiõis, et ſic determinate nouit itellect⁹ q̃ ps ſit uera et q̃ fal
ſa. Vigeſimumſeptimum. Summa libertas in diuina uolun-

tate non excludit qn requirat apprehenſionē.i.noticiā obiecti uolibilis cōplexi et icōplexi, illa tn̄ noticia non ſic dirigit diuinā uoluntatem ꝙ ſine tali directione poſſet errare, tamen ſic oſtēdit ei obiectum ꝙ impoſſibile eſt eam uelle niſi illud quod uult intellectus noſcat et oī modo quo uult. Vigeſimūoctauum. Determinare uoluntatem eſt ipſam uoluntatem q̄ pōt in opoſita.i. in bonū et malū,i.bene et male, limitare ad unū illoꝝ, ſicut mea uoluntas poteſt beatam uirginem dilligere et odire et itellect⁹ meus pōt credere uoluntatem bene facere uel diligēdo uel odiendo. Sed noticia diuine legis in intellectu limitat uoluntatem bene agere uolentem ad diligendum beatam uirginem limitat inquam, non cogendo ſed falſam opinionem remouendo et libertatem errandi et uagandi et cōfuſionem tollendo, ita ꝙ determinare illud ē certificare de ueritate. ¶ Ex quo ſequr ꝙ uolūtas que non poteſt male agere non poteſt determinari. Secundo ſequitur. Si quis dicat uel tenere uelit ꝙ tantum illa noticia dicatur practica in illo intellectu cuius uoluntas eſt determinabilis.i. pōt indifferenter bene et male agere et intellectus errare, tunc planū eſt ꝙ nulla noticia in deo eſt practica, quia eius uoluntas nō pōt male agere nec intellectus errare. Tertio ſeqtur, ꝙ controuerſia tota de noticia practica uel ſpeculatiua cōſiſtit in libera acceptione termini, quia poteſt dici ꝙ oīs noticia oſtenſiua praxis ſit practica, quia omnis talis quantum ē de ſe nata eſt dirigere praxim, dato ꝙ uolūtas et praxis non ſint dirigibilia. Poteſt ſecundo dici, ſi uolūtas non eſt dirigibil' ꝙ nulla noticia reſpectu eius eſt practica. Poteſt tertio dici ꝙ requiratur ꝙ ſint in eodem ſuppoſito uoluntas dirigibilis, noticia, et praxis. Et pōt quelibet haꝝ uiaꝝ defendi, ideo eligatur una illaꝝ et ꝯnter dicatur. Vigeſimūnonum. Theologia cōtingentiū non eſt prius naturaliter nota intellectui q̄ꝫ uoluntas uellit ut tactum eſt.24. dicto ideo de ſe nō eſt practica in diuino intellectu. quia ante uolitionem non eſt nata dirigere praxi et uolūtatem. Sed quia ab eterno uoluntas diuina determinauit ueritatem propoſitionū contingentium theologicaꝝ et ꝑ cōſequens ab eterno erant uere, ſequitur ꝙ anteq̄ꝫ creatura practicet pri⁹ duratione habetur noticia directiua, que directiuitas non ieſt noticie ex natura extremoꝝ ſꝫ ex determinatione uoluntatis diuine, ideo talis noticia non ꝓprie dicitur naturaliter prior uolitione, qa non ex natura extremoꝝ, ſed eſt prior duratione, qa ab eterno. ¶ Et qa indiffinitiōe praxis ponitur ꝙ noticia dire ctiua debet eſſe naturaliter prior, ideo nulla noticia propoſitionis cōtingentis proprie eſt practica. Trigeſimū. Potentia ſpūalis in natura intellectuali aſſignatur triplex. Prima eſt intellectus eo ꝙ ipſa in ſe et in operatione ſua preſupponitur aliis duabus et oꝑationibus eaꝝ. Secūda eſt uoluntas q̄ neceſſario ſequitur primā et precedit tertiam. Tertia eſt executiua que cōmuniter uocatur motiua que exequitur ea que uoluntas imperat, ut anima itellectiua poſt ſeparatiōem a corpore poteſt ſe mouere ad locū ad quem tendit. Rarus eſt doctor qui teneat in deo eſſe illam tertiam potentiam. ſed quaſi oēs tenentꝙ ſola uolitione deus facit omnia que realiter facit ad extra.i.ad creaturas. Rarus etiā eſt doctor qui eā neget ab āgelo et anima, ſed quaſi oēs tenent ꝙ uolitio angeli et anime non ſit realis actio eoꝝ ſed hoc quod uolunt uoluntate hoc uoluntas imperat exequendum uni alteri potentie que uocatur motiua uel executiua. Trigeſimūprimū. Maxima uis cōſiſtit i hac materia ſi qs aduertat quomō noticiam practicam deſcribat, ut ruꝫ.ſ.uelit ꝙ noticia practica debeat eſſe i eodem ſuppoſito uel non etc. ut ſupra. et conſequēter dicat. Trigeſimūſecūdū. Illa noticia tm̄ ē ꝑ ſe practica cuius obiectum ex ratione ſua natum eſt oſtender̄ rectitudinem praxis eo⁹ quo ſepius ſupradictum eſt, ideo theologia contingentium ſimp^r non eſt practica, tamē quia noticia talis prius tempore nata eſt eſſe in intellectu creato q̄ꝫ praxis i uoluntate, ideo per accidens eſt practica, ratiōe illius temporalis prioritatis que accidit. Trigeſimumtertium. Illa propoſitio. Cui conuenit unum oppoſitorum per ſe, aliud neque per ſe nec per accidens cōuenit (ut noticia que per ſe eſt ſpeculatiua nec per ſe nec per accidens eſt practica) uera eſt accipiendo per ſe conuenire pro primo uel ſecundo modo dicendi per ſe.i. pro quidditatiue conuenire uel neceſſario et non quidditatiue ſicut paſſio conuenit ſubiecto. Trigeſimumquartum. Predicta propoſitio non debet exponi ut ly per ſe accipiatur pro tertio modo perſeitatis prout idem eſt quod ſolitarie conuenire, quia illo modo non habet difficultatem ſi unum ſolitarie alicui conuenit non conuenit ſibi aliud. Similiter poteſt dici ꝙ ideo non pōt exponi tertio modo, quia tertius modus non eſt propoſitionum et complexorum ſed incomplexorum, quia tantum ualet ſicut eſſe ſolitarie, ſed per ſe conuenire eſt per ſe predicari quod tātum eſt in duobus primis modis dicendi per ſe et nō tertio qui tantum eſt eſſendi incomplexe ideo nō poteſt exponi de tertio modo dicendi, qui tamen non deberet dici modus dicendi ſed eſſendi magis. Trigeſimumquintum. Vltimo doctori placet illud ſcilicet ꝙ illa noticia dicatur practica que ex obiecto ſit practica.i.ꝙ obiectū oñdat quō debeat fieri praxis ad hoc ut recte ſiat, et ſolū i illo itellectu cui⁹ uoluntas practicat, et pōa executiua eiuſdē ſuppoſiti ſit et ꝙ uolūtas illi⁹ ſuppoſiti ſit obliq̄bilis et non de ſe recta. Ex quo ſe^r ꝙ theologia in deo eſt ſpeculatiua ſcientia. Et illa eſt ultima reſolutio et mens Scoti. Trigeſimumſextum Scotus tenet ꝙ i deo nulla ſit tertia potentia executiua ſed ſola uolitiōne cauſat quicquid cauſat. ¶ In forma ergo doctor ſic procedit. Primo concluſionem principalem ponit et ꝓbat que eſt talis. Theologia neceſſariorum tota eſt practica in intellectu creato. Probatur ſic. Illa noticia eſt practica que naturaliter eſt prior praxi et directiua eius, ſed theologia neceſſariorum in intellectu creato eſt huiſmodi, ergo cōcluſio uera. Confirmatur, quandocunq̄ꝫ principia.i. premiſſe diſcurſus ſumuntur a fine ipſa ſunt practica et per conſequens cōcluſio ſimul erit practica, ſed a deo qui eſt finis theologie ſummūtur principia theologie, ergo coclūſio eſt uera. ¶ Contra hanc cōcluſionem arguit quadrupliciter. Primo ſic, deus non eſt ſubiectum theologie inquantum eſt finis, ut probatum eſt ſupra.q. .3. ergo principia ab eo ſumpta in theologia non ſunt practica. conſequentia probatur, quia ſola illa practica ſunt que ſummūtur a fine inquantum finis. Doctor diſtinguit, quia finis capitur dupliciter. Vno modo formaliter pro illo reſpectu qui eſt finire, illo modo concedit antecedens, et negat conſequentiam cum probatione. Alio modo pro fundamento abſoluto i quo fundatur ille reſpectus, illo modo ſummuntur ab eo principia et nō primo modo. Secundo arguit ſic. Cognitio dei non eſt immediate directiua praxis theologice, ergo concluſio falſa. Doctor diſtinguit. Directiuum praxis .i. conforme praxi ē duplex, quoddam uirtuale et remotum, quoddam formale et propinquum. Virtuale ē illud ex quo elici pōt tota demōſtratio, et formari pn̄t ꝯcept⁹ ꝓpōnū neceſſariaꝝ ad demōſtratōes, et tn̄ ꝯcept⁹ ci⁹ nō eſt in ꝓpria forma ſimilis praxi, ita ꝙ ipſum aſpiciendo ut exemplar ad illius ſimilitudinē nō poteſt fieri praxis, ut ſi formo ꝯceptū dei.i. ydolum in mēte repreſentatiuū dei nō debeo facere aliquid ſimile illi ſimulacro uel ydolo, quia tunc facerem deū, ſi tn̄ noſco deū ex illa noticia ego poſſum formare demonſtrationē que dictat quid debeā facere, et quomō debeo deum diligere quia.ſ. ſumme ſuper omnia, que dilectio dei nō eſt aliquid ſimile for^r.i. in ꝓpria forma ipſi deo ſed uirtual^r modo quo dixi. Sꝫ forte ē illud qđ cognitū ē exēplar ad qđ aſpiciēdo debeo facere ſimile, ut cū cognoſco fruitionē.i. dei dilectionem

meritoriā in uia,et.beatificā in patria,tunc illa fruictio cogni ta eſt mihi exemplar ad quod aſpiciēdo faciam aliquid ſimile extra,Et ſic doctor ꝯcedit antecedēs,et negat ꝯſequentiā, quia licet noticia dei nō ſit formaliter conformis uel directiua , eſt tamen uirtualiter. Tercio arguit ſic. Deus uirtualiter inclu dit propoſitiones ſpeculatiuas, quia theologia tota non eſt pra ctica, antecedens probatur de illa,deus eſt trinus. Antecedens negat doc. Ad probationem dicit,ꝙ illa ꝓpoſitio eſt practica q̄ dirigit intellectum ne erret in diligēdo tantum unā perſonā ſʒ ꝙ recte agat diligēdo et frueudo trib⁹ perſonis etc. ¶ Cōtra hanc ſolutionē doc.arguit. Principaliter debet iudicari theolo gia talis ex principalibus ꝓpoſitionibus ſuis,ſed principales ꝓ poſitiones ſunt de perſonalibus que nō ſunt practice,ergo ſolu tio nulla. Minor ꝓbatur,perſonalia nō ſunt rationes fruitio nis nec adorationis,nec cuiuſcunq; actionis , ergo non dirigunt uoluntatē in agendo,et p cōſequens nō ſunt practice ꝓpoſitiões que de ipſo formantur. Conſequens doc.negat,quia licet perſo nalia nō ſint rationes actuū taliū,adhuc tamen dirigunt ne uo luntas erret in obiecto qnod debet diligere,uel circa quod de bet operari,quāuis ipſum nō ſit ratio dilectionis,ſicut pater de bet diligi et tñ perſona patris ut pater nō eſt ratio dilectiōis, ſed illud quod debet diligi ꝓpter eſſentiā in ipſo que eſt ratio dilectionis. Quarto arguit ſic. Si ꝯcluſio eſt uera,tunc theolo gia in intellectu diuino eſſet practica,quia eſt de eodē obiecto. Ad illud argumētum doctor uarie reſpondet ſm ꝙ quis uult tenere de noticia practica de quo uideatur .28. dictum ſupra et.29.et.31. Secūda ꝯcluſio principalis eſt illa. Theologia ꝯtin gentiuʒ per ſe eſt ſpeculatiua, quia obiectū ſuum per ſe nō eſt natū oñdere rectitudinem praxis nec dirigere uoluntatē,tamē per accidēs p̄t eſſe practica in intellectu creato,quia prius tē pore poteſt noſcere rectitudinē praxis q̄ uolūtas eius uelit qa de⁹ ab eterno determinauit ueritatē taliū ꝓpoſitionū.¶ Cōtra hoc arguit ſic.Cui ꝯuenit unū oppoſitoꝝ per ſe, eidē non ꝯuenit aliud nec p ſe nec p accidens, ſed ſm te theologia ꝯtingentium per ſe eſt ſpeculatiua,ergo nō eſt p accidens practica.Reſpō det concedendo premiſſas et negando conſequentiam , quia per accidens practicum nō eſt oppoſitum per ſe ſpeculatiuo ſed op ponitur ſpeculatiuo per accidens.

¶ AD ARGVMENTA PRINCIPALIA etc. Expe dito toto corpore queſtionis reſtat nunc caput pedibus iungen dū.Cū ergo queritur.Vtrū theologia ſit practica. Arguit pri mo ꝙ nō ſic.Credere eſt ſpeculatio ſed theologia eſt nobis tra dita ꝓpter credere,ergo eſt ſpeculatiua.Maior ꝓbat,intuiti ua uiſio dei ſuccedit fidei.i.actui credēdi pro p̄mio datur intui tiua uiſio illius quod hic in uia creditur,minor pʒ Ioan.2°.ca. Hec aūt ſcripta ſunt ut credatis Maior negat a doc.notat tñ tria dicta. Primū.Fides nō eſt habitus ſpeculatiuus ſed practi cus, qa dirigit uolūtatē in dilectione dei et praxibus theologi cis.Secundū.Credere eſt actus fidei et noticia dirigēs actu uo luntatē in praxibus theologicis ideo nō eſt ſpeculatiuū.Tertiū Viſio ſuccedēs actui fidei,ſi͛ dirigit uolūtatē et actum fruēdi et actus aliquos alios.Secūdo ar͛.ſic. Illa ſcīa nō eſt practica que non hʒ obiectū ꝯtingens ,ſed theologia non habet obiectum cōtingens ergo nō eſt practica.Maior pʒ.3.de ania.et .i. ethi. Doctor diſtinguit de obiecto noticie practice, quia quoddā eſt p̄ſuppoſitū quod eſt obiectū cognoſcibile quoddā eſt p illam noticiā factibile uel dirigibile et cauſat a noticia et nō cāt , ſʒ primū cāt et nō cauſatur a noticia.Tunc r̄ndet, ꝙ autoritates et maior debēt intelligi ſecundo° nō primo° , modo deus nō eſt obiectum theologie ſecundo° ſed primo modo.¶ Sʒ ꝯtra hanc ſolutionē arguit dupliciť. Primo p duas autoritates quaꝝ pri ma eſt hec.Omnis ſcīa eſt de nece° obiecto, primo poſteriorū, ſed practica noticia eſt ſcīa,ergo obiectū eius nō eſt ꝯtingens. R̄ndet doc.obiectū ſcientie eſt duplex .ſ.cōplexum quod eſt tā tum cōcluſio,et incōplexū quod eſt ſubiectum concluſionis. De primo intelligitur maior ſʒ tertius de aīa intelligitur de ſecun do. Nam ꝯcluſio ſemper eſt nece^a^ ſed obiectū eius ſp eſt ꝯtin gens,niſi deus ſit ſubiectum,modo de actibus in ſe ꝯtingentibus multe ꝓpoſitiones et ꝯcluſiones neceſſarie formanť. Secunda autoritas eſt hec,ſciētificum.i.ſpeculatiuū diſtinguitur a ratio cinatiuo.i.practico p hoc ꝙ ſcientificū habet obiectū neceſſariū et ratiocinatiuū hʒ obiectum ꝯtingens .6.ethi.ſed theologia eſt ratiocinatiua.i.practica ergo habet obiectū ꝯtingens.Soluitur ſicut primū etc. Secūdo arguit contra ſolutionē ſecundi argu menti. Omnis habitus actiuus cū rōe uera.i. directiuus praxis ſm dictamen recte rationis,eſt prudentia,ſʒ theologia eſt h^o^, ergo theologia nō eſt ſcientia ſed prudētia,cōſequens eſt notū, quia prudentia et ſcīa ſunt habitus ſpecifice diſtincti ,Doc.ne gat maiorem ut inſufficientē,ſʒ deberet ſic dici.Omnis habitus proxime actiuus.i.ex actibus genitus cū ratione uera,eſt pru dentia, ſʒ theologia nō eſt genita ex dictaminibus ſʒ ex reuela tione , uel dato ꝙ non ſit genita ut in deo,eſt tamen p obiectum theologicū quod eſt deus in diuino intellectu ſine ꝓductione.In hac lr̄a doc.multa bona dicit.Primū.Nunq̄ ꝯcluſio ſciētie eſt cōtingens, primo poſterioꝝ, tamen ſi de ꝓpoſitione contingenti habeatur aliqua noticia illa noticia nō eſt ſcientia.Secundum. De rebus incōplexis ꝯtingentibus poſſunt formari ꝓpoſitiones neceſſarie,quaꝝ alique ſunt per ſe note,et alique demonſtrabi les ſiue probabiles per ſyllogiſmū demōſtratiuū. Et dicuntur ille propoſitiones neceſſarie que ſunt omnino infalſificabiles p diuinam et creatā potentiam,licet in ſuo eſſe ſint ꝯtingentes,ut omnis ꝓpoſitio in intellectu creato in eſſe ſuo eſt ꝯtingēs, tamē infalſificabilis.Tertiū.Propoſitiones dicētes uel indicantes quo modo debeat fieri praxis ad hoc ut recte fiat et ſunt probate per ſyllogiſmos quoꝝ mediū eſt actus talis,ſunt neceſſarie , ſʒ quando mediū eſt uoluntas alicuius tunc ſunt ꝯtingentes , ut ꝙ deo debeať ſummus amor habetur ex ratione dei et amoris ſʒ ꝙ ſibi debeať genuflexio nō habeť niſi ex hoc ꝙ uoluntas diui na acceptare uult talē actum uel cultū. Quartum.Prudentia ut eſt unus de quinq; habitibus intellectualibus eſt habitus cō ſuetudinalis acquiſitus per dictamina freqūeter acquiſita cir ca idē obiectum,et ſic diſtinguitur cōtra ſciam,quia ſciētia eſt noticia adheſiua ꝯcluſionis per demoſtrationem acquiſita. Ex quo pʒ ꝙ omnis noticia adheſiua ꝯcluſionis ſiue ſpeculatiue ſiue practice eſt ſcientia,tamē frequētatis demoſtrationibus ſpecu latiuis generať habitus.i.cōſuetudo que dicitur ſciētia proprie ut diſtinguiť cōtra alios quattuor habitus intellectuales,et fre quentatis demōſtrationibus practicis circa actus imanētes ge neratur habitus qui uocatur prudētia,et circa actus tranſeun tes uocatur ars proprie capiendo.Nam capitur ars dupliciter. Vno° pro habitu acquiſito ex actibus practicis in uniuerſali.i. quando nō agitur de aliquo ſingulari ſiue de hoc actu uel ho mine,ſʒ de ulībus,ut ꝙ omnis hō eſt felicitabilis , et hoc ſiue de actionibus imanentibus ſiue tranſeuntibus. Alio mō ꝓ habitu acquiſito ex actibus practicis.i.dictaminibus in pticulari circa actus tranſeuntes tantū, ut ꝙ hoc coriū debet ſic ſcindi et ꝯſui ad calceū illum faciendū. Et illo° ē unus de quinq; habitib⁹ in tellectualibus,et per oppoſitū huius habitus acquiſitus ex fre quentibus dictaminibus circa actus imanentes in pticulari dr̄ experientia , q̄uis etiā capiatur experientia ut eſt cōmune ad dictamina in particulari tam circa actus imanentes q̄ tranſe untes. Quintum.Cum dicitur ſcīa eſt neceſſarij dicti de cōtin genti ſenſus eſt.Scientia eſt de ꝓpoſitione demōſtrabili neceſſa ria formata de aliquo obiecto contingenti dequo uerificat illa

propoſitio neceſſario. Sextū. Cum dicitur ueritates neceſſarie includunt in ueritate cōtingentis, ſenſus eſt, infalſificabilitates propoſitionū neceſſariarū includuntur in intelligibilitate et in entitate illius incōplexi ꝯtingentis de quo formantur premiſſe neceſſarie, per quas demōſtratur cōcluſio neceſſaria. Septimū. Habitus actiuus dicitur habitus directiuus. Octauū. Scientia moralis eſt habitus directiuus in uniuerſali uel ꝓbatiuus ꝓpoſitionum uniuerſaliū cū ratione uera.i.ꝓpoſitiones ille demōſtrate debent eſſe uere, quod dicitur ad diſtinctionē habituum qui dirigunt cum ratione falſa.i.ſunt errores, ideo erronee dirigunt uel ſuſpitiones uel opiniones etc.

❡ SECVNDO PRINCIPALITER ARGVITVR.

Theologia ſm̄ Boetiū eſt ſpeculatiua ſcientia g° nō practica. ❡ Diſtinguit doc. Theologia capitur dupliciter. Vno° ꝓprie ſicut hic loquimur. Alio° improprie ꝓ methaphyſica, Boetius loquitur ſecundo°, ſed ad propoſitū eſt prim° et nō ſecundo°. Addit tamē unū ipſe Boetius. ꝙ ſubſtantia dei eſt ſubiectū methaphyſice, quod debet ſic intelligi, in nulla ſcientia naturaliter acquiſita tā notabilr̄ tractat̄ de deo ſicut in methaphyſica, ideo dr̄ eſſe ſubiectū methaphyſice q̄uis nō ſit adeq̄tū ſubiectū ei⁹.

❡ QVARTO ARGVITVR SIC ALIQVA SPEculatiua eſt cercior et nobilior omni practica ſcientia, ſed theologia eſt nobilior oībus, ergo eſt ſpeculatiua. Maior pꝫ primo methaphyſice, minor eſt nota. ❡ Pro ſolutione huius arti no tant̄ plura. Primū. Ordinari ad nobilius ē dupr, primo ex natura rei, ſecundo ex libertate uolūtatis. Secundum. Attingere ſuperius eſt ordinari ad nobilius uel eſſe idē realiter ſupiori uel eſſe in eodē ſuppoſito cū eo. Et capitur ſuperius ꝓ nobiliori, et inferius ꝓ imperfectiori. Exemplum primi homo ordinatus ad felicitatē p opera meritoria eſt perfectior homine ordinato ad eternā penā per opera demeritoria et hec ordinatio eſt per uoluntatē. Sed de ordine ex natura rei exemplū eſt de pane comeſto ab homine et a beſtia, quia primus eſt nobilior, eo ꝙ ordinatur ad ſubſtantiā intellectiuā ſecundus nō, exemplum ſecūdi, ſenſitiua hominis eſt nobilior ſenſitiua bruti, quia eſt idem realiter cū intellectiua. Exemplū tertij, ut albedo in homine eſt nobilior albedine que eſt ī lapide licet forte illa nobilitas nihil ſit reale. Tertiū. Nobilitas ex uoluntaria ordinatione eſt duplex, prima eſt ſine reali nobilitate, ut aurum reputat̄ nobilius muſca, quia ordinatur ad homnis comoda, muſca uero nō, ſecūda eſt cū reali nobilitate, ut ordinatio hominis ad eternā beatitudinē. Quartū. Philoſophus dixit ꝙ uolūtas creata nō habet uelle liberū reſpectu dei ita ꝙ poſſet uolūtas nō uelle deū quādo cogitat de deo ꝑfecte et deliberate, nec errare pōt in illa nolitione.i.dilectione, ideo nō eſt aliqua ſciētia dirigens uolūtatē circa uolitionem dei. Quintū. Theologus tenet oppoſitum ꝯdictoriū dicti precedētis, ideo habet negare ꝙ theologia eſt. ſpeculatiua. Sextū. Cū dicitur ꝙ illa ſcīa eſt nobilior que eſt gratia ſui q̄ȝ que eſt gratia alterius, debet intelligi qn̄ illud aliud eſt inferius et ignobilius actu proprio.i.ꝯſideratione ſui obiecti, et talis tantū eſt actus potentiaꝝ inferioꝝ. Nam actus uoluntatis, nō eſt ignobilior intellectione. Quādo ergo aliqua ſcientia eſt gratia alicuius nobilioris actu ſuo, nō eſt ex hoc ignobilior q̄ȝ illa ſcīa que eſt gratia ſui. Et nō debet intelligi, qn̄ eſt gratia actus nobilioris cuius modi eſt dilectio dei et fruitio. Septimū. Philoſophus nullā poſuit practicā noticiā gr̄a actus nobilioris ꝓprio actu ſcientie, ideo necceſſe habuit dicere, ꝙ aliqua ſpeculatiua eſt nobilior oī practica imo omnis ſpeculatiua, quia oīs ſpeculatiua ordinatur ad ſcire quod eſt nobili⁹ oī praxi potentie inferioris. Octauū. Illud nō eſt nobilius quod in nihil aliud ordinatur ulr̄ q̄ȝ quod in aliud ordinatur ulr̄. quia qn̄ aliquid ordinatur in nobilius ſe ex hoc ordine fit nobili⁹ ꝙ ſi n̄ ordinaret̄. Nonum. Certitudo noticie poteſt ſummi tripliciter. Primo qn̄ principia eius ſunt per ſe nota et nec per ſe nec per accn̄s ſunt in pedibilia, ut ſunt mathematica principia, et ille eſt primus gradus certitudinis. Secundo quia ſunt res quarū principia per ſe ſunt nota, tn̄ p accidēs impedibilia licet nō per ſe, ut ꝙ aliquid ſit futurū ſm̄ unam cauſam tamen poteſt per aliam impediri et ſic ſunt naturalia. Et ille eſt ſecūd⁹ gradus certitudinis. Tertio ſunt quedā res quaꝝ principia ſunt ꝑ ſe indeterminata, et per ſe et accidens impedibilia, ut ſunt actus humani quoꝝ principiū eſt uoluntas, et ſic ſunt moralia, et ille eſt tertius gradus certitudinis et minimus. Decimū. Certitudo ſcientie eſt duplex, prima eſt ſecundū quantitatē.i. ſm̄ proprium gradū entitatis et perfectionis. Secunda ſm̄ proportionē.i. ſecundū ꝯparatiōeȝ ad ſuum obeictū et modū procedendi et demonſtrādi. In prima eſt inequalitas certitudinis in ſcientia, q̄a ſemper una eſt certior alia ſm̄ quod nunq̄ȝ due ſcientie habēt obiecta equalis perfectionis nec modū procedēdi equalem, ideo ſicut ſpēs in uniuerſo ſemper ſe excedunt et excedunt̄ ſic etiam eſt de ſcientijs. In ſecunda eſt omnimoda equalitas, quia quelibet eſt eque certa cōparādo ad ſuum obiectū et ſuum modum procedendi.i.quantū requirit ſuum obiectū et ſuus modus procedendi. Et ꝙ ſcientia de albedine nō eſt tam nobilis ſicut ſcīa de deo nō eſt, quia non habet tam nobile obiectū, ſed in ſuo genere eſt eque perfecta ſicut theologia in ſuo genere. Sicut lictor uel can fex iu ſuo genere eque bene eſt artifex ſicut ſutor uel ſartor et ſor. ſm̄ quantitatē eſt optimus, quia circa nobiliſſimā materiā, ex nobiliſſima cauſa ſcȝ ex iuſtitia, et in nobiliſſimū finem.ſ.in ſummū bonū reiplubice. Vndecimū. Theologia ſm̄ quantitatē eſt certiſſima ſcīa, ſed ſm̄ ꝓportionē eſt eq̄ certa cū alijs. Et notent̄ dicta de certitudine ſcientiaꝝ ſupra.

❡ QVINTO PRINCIPALITER ARGVITVR SIC.

Omnis illa ſcientia eſt ſpeculatiua que eſt inuēta omnibus neceſſarijs exiſtentibus.i.non eſt inuenta ad acquirēdum neceſſaria ſed propter fugam ignorātie. Sed theologia eſt huius modi ergo theologia eſt ſpeculatiua ❡ Doc. negat minorē. Pro cui⁹ euidētia notat ꝙ neceſſaria ſunt duplicia, quedam corporalia, quedā ſpiritualia. Theologia nō eſt inuenta habitis neceſſarijs interioribus et ſpiritualibus ſed ut acquirantur, et corporalia nec curat habere nec ſpernit quantum eſt de per ſe, tamen ex conſilio docet ea abijcere.

❡ AD ARGVMENTA SECVNDE QVeſtionis etc.

Hic ponūtur argumēta cōtra determinationē ſecunde queſtionis, quoꝝ primū eſt iſtud. Intellectus practicus differt a ſpeculatiuo fine.i. per finem, ergo nō ab obiecto eſt noticia practica. ❡ Doc. diſtinguit. Finis capitur dupr, uno° ut finis, alio° ut obiectum, ſecundo° intelligitur antecedens non primo°. Et pꝫ in corpore queſtiōis. ❡ Secundo arguitur ſic. Practica ē ignobilior ſcientia ſpeculatiua, ſed nulla eſt nobilior theolagia, ergo theologia nō eſt practica. maior pꝫ, quia eſt gr̄a uſus. Ex quo ſequitur ꝙ uſus ē p ſe finis practice noticie. ❡ Reſpondet. maior ulr̄ eſt falſa, et particulariter uera. Similiter uſus nō eſt per ſe finis practice ſȝ obiectum uel aliquid uirtualiter includens uſum, ſicut dictum eſt in corpore queſtionis. q. ſ. aliqua incōplexa oſtendūt quales circa ipſa ꝯueniunt elicitiones, et ſm̄ philoſophum nihil niſi creatū includit uirtualiter uſum talē, iō ſm̄ eum oīs practica ſcientia eſt ignobilior ipſa methaphiſyca. ❡ Tertio arr ſic. Finis ſpeculatiue eſt ueritas.i. ſcire ueritatē, practice uero finis eſt opus.i.dirigere op⁹, ergo a fine ē noticia practica ❡ Doc. diſtiguit. Diſtictio aliquoꝝ ē duplex, ſcilicet principalis et minus principalis, antecedens uerum eſt ſecundo° non primomodo ſed queſtio intelligitur de principali, modo obiecta principaliter diſtinguntur.

¶ AD RATIONES PRO OPINIONE OPOSITA

Hic ſoluũtur argumẽta Hen. in opi. ſecunda in 3°. ar. principali. Quorũ primũ eſt illud. Aut habitus dicitur practicus ab obiecto aut a fine, nõ ab obiecto, quia intellectus extenſione fit practicus. i. ex ſpeculatiuo fit practicus, ergo a fine. Ad illud argumentũ ſoluendũ doc. notat tria. Primũ. Circa idẽ obiectũ omnimodo non poteſt eſſe ſciã ſpeculatiua et practica, et hoc uerũ ẽ de obiecto ꝯplexo ſʒ de icõplexo, nota qđ dictũ ẽ ſupra ĩ rñſione ad. q. primã huius quarte queſtionis. Secundũ, Ariſtoteles ponit tres gradus intellectus. i. intellectionis. Primus eſt ſpeculari. i. intelligere nõ dirigẽdo actum uoluntatis, nec directiuũ eſſe. Secundus eſt intelligere aliquid que intellectio nata eſt dirigere actum uoluntatis ſʒ non actu dirigit. Tertius q̄n actu dirigit. i. actu dictat quomodo debeat fieri actus quẽ uoluntas actu elicit uel precipit. Et uult ꝙ tertius eſt cõpletiuus practicus q̃; ſecundus, nõ tamen negat quin ſecundus ſit practicus. Tertiũ. Intellectus dicitur practicus uel ſpeculatiuus accidentaliter, ſʒ habitus et actus eſſentialit̃, ut ſupra patuit in prima opi. in. 3°. ar. principali. ſ. in opi. Goff. Cũ ergo dicit Hen. ex 3°. de anima intellectus extenſione fit practicus diſtinguendũ ẽ, uel aptitudinali extenſione ut in ſecũdo gradu, uel actuali ut in tertio gradu, quia utroq; mõ eſt practicus licet cõplecti⁹ in tertio q̃; in ſecundo et ſic negatur cõſequentia. Secundo arguit Hen. ſic. Medicina eſt de eodẽ obiecto, et tamen eſt quedã ſpeculatiua quedã practica, ego de eodẽ obiecto pñt eſſe uterq; In ſolutione illius argumenti littera cõmuniter eſt falſa, quia ſic habetur, ad illud de medicina dico, nam debet ſic haberi, ad illud de medicina dicit quidã doc. et eſt Hen. quoli. 12. q. 22. qui dicit ꝙ habitus medicine qui docet̃ in ſcolis eſt ſpeculatiuus et eſt demonſtratiuus ꝓpoſitionũ uniuerſaliũ, ſʒ quando ex uſu circa particularia acquiritur aliqua noticia tunc iſta eſt practica, et dicitur experientia ſicut habitus primus dicitur ars. Contra hanc ſolutionẽ doc. arguit (nã Hen. non intendebat ſoluere hoc argumentũ, ſed dictũ ſuum fuit a Scoto adductum, q̃a uidebatur ſolutiuũ argumẽti.) Non poteſt ex premiſſis ſpeculatiuis ſequi cõcluſio practica, ſed ex ſolutione illa ſequeretur ꝙ poſſet fieri, ergo ſolutio nulla. Sed pro ſolutione notat ꝙ q̄n ſunt duo extrema oppoſita, ut eſt albedo et nigredo, et habent aliqua media, ut ſunt rubeum, uiride etc. quanto aliquid magis recedit ab albedine tanto magis accedit ad nigredinẽ, et nominatur nomine ingredinis, ut uiride cõperatiue ad glaucũ dicit̃ nigrũ, ſic tantũ intelligere agibilia uel factibilia et nõ applicare ad opus ł ñ dirigere ad opus eſt mediũ inter ſpeculatiuũ et practicũ, et quia nõ dirigit actu ideo aliqualit̃ accedit ad ſpeculatiuũ licet nõ ſit, tamẽ cõparatiue dicitur ſpeculatiuũ, ſicut uidere dicitur nigrũ et tamen nõ eſt. Reliqua que hic dicuntur patent ſupra in ſolutione ſecundi argumẽti principalis. Notãdum tamẽ pro illa materia ꝙ prudẽtia et ars differunt duodecim modis. Primo propter uires. i. officia intellectus ĩ quo ſunt, quia ars ſpecialiſſime capta eſt in mẽte factiua, et prudentia in mẽte actiua. Quid ſit actio et factio patet ſupra. Secundo ꝓpter ordinẽ, quia prudentia dominatur arti et ars ei famulat̃. Nam prudẽtes in agibilibus debẽt prĩcipari in ciuitatibus ipſis artificibus. Tertio, prudẽtia deliberat et cõſiliatur, ars nõ proprie, quia ars habet obiectũ artificabile ut exemplar in mente quod ſequitur quaſi ĩmutabiliter, ſed prudens habet quaſi infinitas uariationes et accidẽtia. Quarto prudẽtia precipit ſed ars non ĩmo ſimpliciter ſeruit. Quinto nullus poteſt male uti prudẽtia ſed arte poteſt male uti. Pro quo ſciendũ ꝙ aſtutia differt a prudẽtia. Nã aſtutia eſt calliditas et circũuentio ordinata in malũ finem, ſed prudentia eſt rectum dictamen ſemp ordinatum in bonũ finem, ita ꝙ ſemper aſtutia ſonat in malum et prudentia in bonũ. Sexto peccans in opere artis inuoluntarie peior eſt illo qui uoluntarie peccat. Nã primus. ignorat perfectam artem ſecũdus nouit, et artificiatũ pure corporale eſt iõ propter ipſum nulla malicia ſimpliciter nec bonitas reputatur niſi penes noticiam in mẽte. Omnino oppoſitũ eſt in opere prudentie. Septimo prudentia cõſeruatur per temperantiam et deſtruitur per intemperantiã. Ars uero nec cõſeruatur nec deſtruitur per temperantiã nec intemperantiam. Octauo, prudentia non poteſt deleri obliuione ſed ars, quia prudentia pro maiori parte innitit̃ ingenio naturali quod nunq̃; deletur. Nono. Finis prudẽtie eſt totaliter bene uiuere, ſed finis artis eſt aliquod particulare bonũ. Decimo, tota materia artis ſubeſt fortune. i. exterioribus bonis, nõ ſic tota materia prudentie. Vndecimo prudentia dirigit actiones ſed ars factiones. Duodecimo, prudentia dictat rectitudinẽ operantis. i. quomodo operans bene operetur, ſed ars dictat rectitudinẽ operationis nõ operantis, quia nõ dictat artificis bonitatẽ ſed bonitatẽ operis ſui. Prudentia autẽ non tantũ dictat bonitatẽ operantis ſed etiã operationis. Et ſic patet ꝙ aſſumptũ in argumẽto eſt fl̃m. ¶ Tertio arguit Hen. Bonitas et malicia moris cõpetunt actui principaliter a fine, ſed actu eſſe practicũ eſt ipſum eſſe bonũ uel malũ moraliter, ergo actus eſt practicus a fine. ¶ Pro ſolutione notãtur quinq;. Primũ. Falſum eſt ꝙ omnis bonitas moralis ipſius actus ſit principaliter a fine. Secundũ. Cum obiectũ ſit prius q̃; circũſtantia finis et ab obiecto ſit bonitas moralis actus ſequitur ꝙ prima bonitas moralis actus non eſt a fine. De hoc ſupra in corpore queſtionis in ſolutione ſecunde queſtionis. Tertium. Circũſtantię circũſtant praxim. i. actũ uoluntatis elicitũ uel ĩperatum et nõ circunſtant noticiã practicam. Nam intellectus naturaliter agit dictando ſicut obiectum oſtendit et non moderatur actum ſuum ſic ꝙ nõ dictet tantũ quantum poſſit, ſicut uolũtas non ſemp operatur quantũ poteſt ſed intellectus quantum eſt de ſe ſemper dictat quantum poteſt. Quartũ. Dictare eſt cõcluſionẽ practicam ex premiſſis practicis inferre. Quintũ. Dictare rectum concluſionis neceſſarie ẽ a principio quod ſumitur ab obiecto. Ex his patet ꝙ maior argumenti eſt falſa. Sed contra dicta arguitur dupliciter. Primo ſic. Omne formaliter tale ex propria ſua ratione eſt tale, capiendo formaliter ſtricte pro quiditatiue, uel etiam pro ineſſe ſecundo° dicendi per ſe. Sed noticia practica ẽ formaliter practica, ergo ex aliquo intrinſeco eſt practica, et nõ ex obiecto quod eſt extrĩſecum. Ad illud argumentũ reſpondet doc. cõcedendo totum preter ultimũ, et non ex obiecto. Nam omne cauſatum eſt tale a ſe et ab alio. A ſe formaliter et intrinſece, et ab alio extrinſece. Noticia practica autẽ eſt cauſata dupliciter, intrinſece et extrinſece. Intrinſece formaliter dupliciter, ſecundũ predicata quiditatiua et paſſionalia, prima ſunt genus et differentia, et paſſionalia ſunt cõformitas et prioritas, de quibus ſupra ĩ prĩcipio queſtionis articulo ſecundo. Sed extrinſece eſt cauſata ab obiecto uel a reuelante quo ad theologiã uel ab alia cauſa effectiua et finali. ¶ Pro euidentia illius propoſitionis, omne formaliter tale eſt ex intrinſeca ratione ſua tale, ut iacet non eſt uniuerſaliter uera, ſed iſta eſt uera, omne formaliter tale ex aliquo intrinſeco eſt tale, omittendo rationẽ ſua. Nam formaliter eſſe tale eſt eſſe tale per modũ forme informantis, ſed non omne tale cõuenit rei ex ratione ſua formali, ſed aliquando per accidens ut homo eſt formaliter albus ſed nõ ex ratiõe ſua formali. ¶ Secundo ſic arguit̃. Cauſe effectiue nõ diſtinguunt effectus ſpecie, ſed obiecta ſunt cauſe effectiue, ergo ſcientia ſpeculatiua nõ diſtinguit ſpẽ a practica ab obiecto. Maior patet, quia a cauſis effectiuis diuerſis ſpecie poteſt idẽ effectus ſpẽ ꝓduci ſicut calor ab igne et ſole. ¶ Pro ſolutiõe hui⁹

argumenti doctor notat primo ꝙ cauſa eſt duplex, ſcilicet equoca et uniuoca. Cauſa equiuoca eſt illa que eſt alterius ſpeciei ab effectu ſuo. Sed cauſa uniuoca eſt illa que eſt eiuſdem ſpeciei proxime cum ſuo effectu. Exemplum primi, ut calor et ſol. Exemplu ſecundi, ut calor et calor. Secundo. Cauſe ſunt duplices ſcilicet eſſentialiter.i.neceſſario ordinate et accidentaliter.i.contingenter ordinate. Tertio quando cauſe ſunt eſſentialiter ordinate et una eſt uniuoca et altera equiuoca (ſicut calor idem numero poteſt eſſe a calore ignis ut a cauſa uniuoca, et a ſole ut a cauſa equiuoca) tunc poteſt eſſe effectus idē numero et eiuſdem rationis. Quarto. uniuocatio eſt duplex, ſcilicet completa et incompleta. Prima requirit quattuor. Primū ꝙ uniuocans ſit una quiditas. Secundum ꝙ uno modo eſſendi ſit in omnibus uniuocatis. Tertiū ꝙ eodem modo deſcendat in oīa uniuocata. Quartum ꝙ uniuocata ſint eiuſdem perfectionis. eſſentialis et non requiritur ꝙ ſint eiuſdem perfectionis īdiuidualis. Et ſic tantum in ſpecie ſpecialiſſima eſt uniuocatio completa. Incompleta ſiue diminuta uniuocatio eſt quando defficit aliqua illarum conditionum. In omni genere defficit quarta cōditio, quia ſpeties nunquam ſunt eiuſdem perfectionis eſſentialis. Tertia deficit in genere quantitatis, quia numerus non deſcendit eodem modo in ſpēs, quia prius deſcendit in unam quam in aliam, ut prius in binarium quam in ternarium. Secunda deficit in ente reſpectu dei et creature quia independenter eſt in deo et depēdenter in creatura. Similiter deficit reſpectu ſubſtantie et accidentis, quia ſubſtantia eſt ens per ſe, accidens eſt ens in alio. Sed prima conditio nunquam deficit, ideo ipſa eſt eſſentialis et formalis, alie tres accidētales et materiales. Quinto, quando alique ſunt cauſe uniuoce proxime ſiue uniuocatione completa ſiue incompleta, et ſunt ſpecie diſtincte, et ut ſic diſtincti cauſant aliquos effectus neceſſe eſt ut tales effectus diſtinguantur ſpecie. Sequitur correlarie ꝙ noticia ſpeculatiua et practica diſtinguantur ſpecie, quia obiecta eorum inquantum cauſant tales noticias diſtinguntur ſpecie. Et poteſt obiectum ibi capi pro tota concluſione uel ſubiecto concluſionis. Et ſic eſt finis Prologi.

## Diſtinctionis Prime. Queſtio Prima.

VETERIS AC NOVE LEGIS Cõtinẽtiã etc. Hec eſt ſecũda pars principalis huius libri. Et diuiditur ĩ duas partes. Prima tractat de rebus, ſecũda de ſignis .i. ſacramentis in quarto libro Prima in tres, quia prima tractat de rebus increatis in primo libro, ſecunda de rebus creatis in ſecũdo libro, tertia de re .i. perſona increata et actibus eius circa res creatas, in tertio libro. Et quia fruitio eſt cauſa finalis hominis licet nõ ultima cuiuſmodi eſt deus, et cã finalis eſt prima inter omnes cauſas, ideo magiſter et Scotus primo tractant de fruitione in hac prima diſtinctione et licet ordine nature et ꝑfectionis prius agendũ fuiſſet de ultimo fine qui eſt deus, et poſtea de fine ſub fine qui eſt beatitudo ſiue fruitio et uiſio diuine eſſentie, quia tñ de deo eſt maxima inquiſitio et de fruitione breuis, ideo primo expedit ſe de fruitione et ſecũdo agit de deo diſ. 2. et deinceps. Et quia uſus opponitur relatiue ipſi fruitioni ĩdeo poſt tractatum de frui ĩmediate ſubiungit tractatum de uti et aliquãdo ſimul tractat. Non aũt omnino irrationabiliter magiſter ſentẽtiaꝝ incepit a fruitione q̃ eſt dilectio alicuius ꝓpter ſeipſum. Nã dilectio dei eſt finis legis iõ merito debet eſſe ĩnitiũ noſtri operis q̃ dilectio eſt duplex, quia quedã eſt ꝑfecta qualis eſt in patria et cõſequitur clarã etĩtuitiuã uiſionẽ dei, alia eſt imꝑfecta qualis eſt in uia et cõſequitur abſtractiuam dei noticiã. Et q̄a prima eſt beatitudo noſtra eſſentialiter et cũ hoc eſt cã finalis ultima et for̄lis licet ñ ſit ſimpliciter ultima, nã deus eſt cã finalis ultima ſimpliciter nõ quidem formalis ſʒ obiectiua etiã quia cã finalis eſt prima iõ a dilectione p̄rie que eſt fruitio merito incepit mgr̄. ¶ Conſiſtit ergo hec diſtinctio ĩn quinq; queſtionibus. Quaꝝ prima eſt, utrũ per ſe obiectum fruitionis ſit ultimus finis. In cuius titulo occurũt quinq; termini declarãdi. ſ. per ſe, obiectũ, fruitio, ultimus, et finis, quoꝝ ultimus declaratus ẽ ſupra in prologo q̄ſtione quarta. ¶ Primus terminus eſt ly per ſe, qui capitur ſeptẽ modis. Primo ut diſtinguitur cõtra per aliud, ut cũ quis per ſe ipſum uel propriã ſuã naturã facit aliquid dicitur per ſe facere, ſecũdo ut diſtinguitur cõtra per accidẽs, ut cũ ignis calefacit per accidẽs ſuum. ſ. per calorẽ, ipſe calor ꝑ ſe calefacit et ignis nõ per ſe ſed ꝑ accidens, tertio ꝓ eſſentialiter et quiditatiue, ut cũ dicitur homo ꝑ ſe eſt aĩal, quarto ꝓ neceſſario ut ſepe capitur cũ dicitur illud per ſe ꝯuenit illi quod tñ nullo° dicẽdi per ſe cõuenit, quinto ꝓ ſolitarie ut in tertio° dicẽdi per ſe, ſexto ꝓ ĩmediate ut in quarto° dicẽdi per ſe, ſeptimo ut diſtinguitur cõtra de ſecundũ ꝙ ipſum .i. cõuertibiliter et adeq̄te ut cũ dicitur, hoc ẽ ꝑ ſe ſubiectũ ſcientie .i. aliquid inferius inadequatũ tali potẽtie uel tali ſcie. ¶ Secũdus terminus ẽ obiectũ q dr̄ ab ob .i. cõtra et iactuʒ, tu. quaſi cõtra potẽtiaʒ iactum. Et capitur quintupliciter, primo ꝓ omni corpore oppoſito alteri localiter, ſecũdo pro omni cognoſcibili uel appetibili a quacũq; potẽtia, tertio pro omni paſſiuo reſpectu cuiuſcunq; actiui, quarto proprie ꝓ cõcluſione demõſtrabili, quinto ꝓ argumẽto facto cõtra aliquã poſitionẽ, ſicut cõmuniter capitur ĩ ſcholis cũ dicũtur obiecta ſolui. Quid aũt ſit obiectũ primũ et ꝑ ſe, adequatũ, formale, mãle, primariuʒ et ſecũdariũ ĩfra patebit, et ꝑꝑ breuitatẽ hic omittit. ¶ Tertius terminus eſt fruitio qui capitur ſeptẽ modis, primo ꝓ ꝑceptiõe fructuũ ſiue ſint expenſe deducte uel nõ, ſecundo ꝓ receptiõe lucri, tertio ꝓ perceptione fructuũ predialium ut piroꝝ pomorum et bladoꝝ etc. quarto ꝓ amore uoluntatis reſpectu cuiuſcunq;, quinto ꝓ perceptione et uſu cuiuſcunq; per quãcũq; potentiã ut comeſtio pomi dicitur frutio eius, ſexto proprie pro actu uolũtatis quo uoluntas diligit aliquid propter ſe .i. ꝓpter illud dilectum, ita ꝙ ipſum habet ſit charũ ꝙ non ordinat ipm in aliud maius uel melius uel tanquã melius, et ſic capitur tripliciter, primo ut eſt amor quietãs et contentãs ſine gaudio et delectatione cõſequente obiectũ licet nõ ſine delectatione cõſequente actum, ut cũ quis acceptat maximũ laborẽ ꝓpter deũ in quo multũ cõtriſtat̄ et fatigatur ex obiecto .i. labore, tñ delectatur interius ex actu interiori, ſecundo ut eſt amor delectans nõ quietans ſicut in uiatore delectabiliter deũ diligente, tertio ut eſt amor tã delectans q̃; quietans ut ĩ patria, ſeptimo pro amore obiecti perfecti quod propter ſe eſt uolibile ſʒ nõ ultimate et dr̄ amor honeſtus ut diſtinguitur ꝯ obiectum utile et delectabile et ꝯ amorẽ eoꝝ, et ſic uirtutes et natura rationalis uel intellectualis dicunt̄ propter ſe amabiles. Fruitio ſexto mõ etiã eſt duplex. ſ. ordinata et inordinata quarũ deſcriptio patebit infra. Sed quia fructus eſt obiectũ fruitionis. Notandũ ꝙ fructus capitur duplicit̄. primo corporaliter ꝓ omni attigibili a potentia corporali ſicut eſt piꝝ, pomũ, uel panis etc. Alio modo ſpiritualit̄ pro oĩ rectificante, et hoc fit dupl̄r, quia aliquid rectificat ut ultimus finis ſicut eſt deus, aliud ut nõ ultimus finis, et hoc quattuor modis, primo ut uirtus ſiue habitus q in patria dr̄ eſſe fructus et in uia ꝑꝑ delectactionẽ et actum beatitudinis perfectiorẽ, ſecũdo ut operatio, et ſic omnis actus ſpiritualis ſiue naturalis ſiue liber ſine ſpeciali dei influentia dr̄ fructus potentie. Simil̄r omnis actus ſm̄ inſtinctum ſpiritusſancti elicitus dr̄ eſſe fructus, tertio ut premiũ et ſic uiſio, fruitio, et delectatio dicunt̄ eſſe fructus, quarto, ut conſurgens ex uerbo dei et debetur ſoli ꝯtinẽtie. Et eſt triplex. ſ. trigeſimꝰ qui debetur ꝯiugatis, ſexageſimus q debetur uiduis et centeſimꝰ qui debetur uirginibus. Poteſt addi alius modus capiendi pro ſacro duodenario, de quo apoſtolus ad Gal. 5. et infra queſtione. 3. Quia autẽ uti opponitur relatiue frutioni, iõ notandũ ꝙ uti capitur quinq; modis, primo ꝓ naturali operatione .i. que natural̄r cõuenit, ſecundo pro ꝯſuetudine, tertio pro actu uolũtatis in cõi, quarto pro actu uoluntatis quo uoluntas aliquid amat propter aliud, quinto pro amore alicuius propter aliud bene et meritorie elicito. Primo° diſtinguitur ꝯ ociũ, ſecundo° cõtra diſuetudinẽ, tertio° ꝯ ingeniũ et doctrinã ſm̄ modum loquendi eoꝝ qui dicũt ingeniũ eſſe unũ habitũ in memoria, et doctrinam unũ habitũ in intelligentia, et uſum in uoluntate, quarto modo ꝯ frui ꝓprie dictũ, q̄nto modo ꝯ abuti. ¶ Quartꝰ terminus eſt ultimus q in ꝓpoſito capitur pro illo in quod ultimate aliquid ordinat̄ et ipſum in nihil aliud ordinatur, ſʒ omnia debẽt in ipſum ordinari, ut eſt deus. ¶ Cũ ergo querit̄, utꝝ per ſe obiectũ frutionis ſit ultimus finis, ſẽnſus eſt, utrũ de propria natura illius actus qui eſt fruitio deus ſit illud quo fruendum eſt. ¶ Dimiſſo capite q̄ſtionis et reſeruãdo caude, doc. diuidit hanc queſtionẽ in quattuor articulos, ut patet in textu etc. Pro euidentia primi articuli notandũ ꝙ uelle aliquid ꝯtingit dupl̄r uno° ꝓpter ſe, alio° ꝓpter aliud. Primo° idẽ eſt quod uelle aliquid nõ referendo ad aliud uel non ordinando ulterius, uel in alterius dilectionẽ ſiue odiũ, ſecundo° idẽ eſt quod uelle aliq̄d in ordine ad aliud propter quod diligitur uel odit̄. Velle non referẽdo cõtingit tripliciter. Primo ꝙ ille q ſic uult credat illã propoſitionẽ eſſe uerã, illud quod ſic uolo eſt ſumme diligendũ uel ſumme odiendũ. (Nã uelle in hac diuiſione capitur ut eſt cõe ad diligere et odire propter ſe ſiue ꝓpter aliud.) Diligere aliquid illo° propter ſe eſt propriiſſime fruitio, et illa eſt duplex. Prima eſt ordinata, q̄n. ſ. illa dilectio eſt circa infinitum extra genus quod ſolũ ex natura rei illo° eſt propter ſe diligibile cuiuſmodi ſolũ eſt deus. Et debet illa dilectio fieri nõ ſolũ

circa debitũ obiectũ ſʒ etiã circa debitas circũſtantias, ut ꝙ deus ſumme diligat, et ut creator, gubernator, redẽptor colat etc. Secunda eſt inordinata, qñ .ſ. illa dilectio non habet debitum obiectũ .ſ. creaturã que nõ eſt ex natura rei ſumme diligibilis, uel qñ non ſeruant debite circũſtantie que neceº actui conueniunt (nõ loquor de accidẽtalibus circũſtantijs) ut ſi deus propter tpalia bona diligeret etc. Fruitio ordinata eſt duplex. Prima eſt cuius directiuũ eſt intuitiua noticia obiecti fruibilis .ſ. dei, et clare oſtenſiua eiuſdem obiecti, et illa eſt fruitio patrie. Secunda eſt cuius directiuũ eſt abſtractiua noticia et fides ꝙ obſcure oñdit obiectum fruibile et illa eſt fruitio uie. Ab illis duabus fruitionibus .ſ. ab ordinata et in ordinata põt abſtrahi conceptus uniuocus fruitionis in cõi predicabilis uniuoce de utraq;, et illa fruitio in cõmuni idẽ eſt quod diligere aliquid ꝓpter ſe ut ſumme diligibile. Secundo ut in ſe diligendum non tñ ut ſummũ, ut oĩa ſpiritualia ſunt ĩ ſe diligibilia ñ tñ ut ſumme diligibilia. Tertio cõtingit non cogitando nec ut ſummũ nec ut nõ ſummũ diligibile, et illud dr̃ im proprie fruitio. Illis ultimis duobus modis contingit alio a deo ordinate frui .i. ſine peccato.

¶ Expedito uelle propter ſe reſtat dicere quid ſit uelle ꝓpter aliud, quia nihil aliud ẽ niſi ordinare ulterius in aliquod aliud quod ſit duplr̃. Primo quod tm̃ propter aliud nõ propter ſe eſt diligibile, et ille actus proprie dr̃ uſus. Secũdo propter ſe et ꝓp aliud, ut bona ſpiritualia creata, et hoc iteꝝ dupliciter eſt, uno modo ꝙ utrumq; actu diligatur, alioº ꝙ unũ actu et aliud ſolum habitu, qñ .ſ. cogitatur tantum de uno, ſed tamen homo ita eſt diſpoſitus ſi actu cogitaret actu diligeret illud, ut cũ homo orat uel ſtudet et actu nõ cogitat de deo diligit ſciam et orationẽ propter ſe, ſed habitualiter ordinat ulterius in deũ. Preterea uſus proprie ut diſtinguitur ꝯ frui eſt duplex .ſ. ordinatus et inordinatus, Diuiſum .ſ. uſus eſt ꝯceptus uniuocus uniuoce predicabilis de illis duobus mẽbris diuidẽtibus, et ẽ dilectio unius propter aliud magis dilectũ. Sed uſus ordinatus eſt dilectio unius propter aliud, ita ꝙ ille ordo dilectionis ſit ex natura rei .i. extremoꝝ, ut quando diligo creaturam propter deum. Vſus aũt inordinatus eſt dilectio alicuius propter aliud quod propter ſe debet diligi et illud dr̃ abuti proprie, Dicit ergo doc. in primo articulo .5. dicta. Primũ. Aliquando potentia aliqua determinat ex ſe .i. ex natura ſua ad certũ modũ agendi, ut potentia diuina ad bene agendũ, aliquanddo non ſit determinatur ut intellectus cratus poteſt errare et uolũtas crata peccare. Secundũ. Intellectus diuinus habet tm̃ unũ actum ordinatum ad bonũ qui nõ poteſt eſſe erroneus, ſimile eſt de uoluntate diuina, ſed creata uolũtas habet duplicẽ actum in re, et tertiũ in cõceptu qui eſt ulior et cõmunior et uniuoce predicabilis de alijs duobus, ſimile eſt de intellectu creato, nã intellectus poteſt erronee itelligere et uere intelligere et ab illis duobº actibº abſtrahitur cõceptus cõmunis predicabilis de utroq; uniuoce, qui nec includit uere intelligere nec erronee. Sed in uolũtate creata duplex actus realis in genere eſt .ſ. bene et male uelle. Et ab ĩllis abſtrahitur cõceptus cõmunis ut dictum eſt. Sed in ſpecie multos actus habet .ſ. uti et frui, ordinate et inordinate et nec ſic nec ſic ꝑm predeterminata. Tertiũ. Summa peruerſitas eſt frui utẽdis .i. illis quibus debemus uti, et eſt ſenſus. Summa peruerſitas .i. maximũ peccatũ eſt diligere aliquid propter ſe .i. ut ſummũ diligibile quod tamẽ tantũ debet diligi propter aliud .i. propter deũ, quia illud eſſet interpretari creaturã eſſe deũ, uerũtamen ſi quis nõ ita exacte premeditaret et frueret utendis nõ tam grauiter peccaret ſicut is qui pfecte intelligeret et deliberate operaretur. Tñ de illa propoſitione principali amplius patebit infra. Quartũ. Ordinata fruitio, primo requirit debitum obiectũ, ſecundo debitas circũſtãtias, ut ꝙ ſumme fiat eoº quo infra ex ponetur. Quintũ. Fruitio in cõi cõceptu nec requirit debitũ obiectũ nec debitas circũſtantias, ſed fruitio inordinata uel habet indebitũ obiectũ uel indebitas circũſtantias uel caret uno illoꝝ uel utroq;. Et ponũtur omnia diſiunctiue quia quodlibet eorum ſufficit ad inordinatam fruitionem.

¶ QVANTVM AD SECVNDVM Videtur etc. Iſte eſt ſecundus articulus principalis huius queſtionis, in quo doctor duo facit, primo opinionẽ Auicẽne cum im ꝓbatione ſua et alioꝝ ponit, ſecundo mentẽ propriã oſtendit, ibi teneo igitur etc. Quantũ ad primũ notandũ ꝙ Auicẽna nono methaphyſice capitulo quarto, aliqua hic recitãda ponit et reliqua alibi. Cõcluſionẽ autẽ hic poſitã non expreſſe ibi ponit ſed ex dictis eiº elici poteſt. Stat ergo hec opinio in quattuor dictis. Primũ. Ab uno omnino ſimplici nõ poteſt ĩmediate cauſari niſi unus effectus, et cũ deus ſit omnino ſimplex et unus, ſequitur ꝙ non põt immediate .i. ſine cõcurſu aliaꝝ cauſaꝝ ab eo fieri niſi unũ. Secundũ. Deus intelligendo ſeipſum ab eterno producit unũ angelum quẽ uocat peculiari noĩe intelligentiã, et eſt tante nobilitatis ꝙ nõ poteſt fieri nobilior eo, et nihil aliud creat deus ĩmediate niſi illũ angelũ. Tertiũ. Nullus ſpiritus aliquid cauſat niſi ꝑ intellectionẽ. Quartũ. Ille primus angelº creatus itellexit tria ab eterno .i. a ſua creatione que fuit ab eterno. Primo deũ, et ꝑ hanc intellectionẽ creauit unũ angelũ ſe in feriorẽ .i. minus nobilẽ ſe. Secũdo ſeipſum, et ſic creauit unã formã que eſt anima intellectiua nata informare corpus celeſte. Tertio ſuã poſſibilitatẽ uel potentialitatẽ ꝙ .ſ. nõ eſt a ſeipſo ſed habet eſſe a deo et ſic creauit decimũ celũ .i. primũ mobile quantũ ad corpus, et illi corpori uniuit aĩam prius cretã, et ſic creauit unũ cõpoſitũ ex materia et forma, et ille primus angelus uocat Chariel ꝑm Auenpache arabẽ. Sed ſecundus angelus uocat Aleniel. Ille aũt ſecundus angelus creat aliũ angelũ intelligendo primũ angelũ, et animã celi criſtallini intelligẽdo ſeipſum, et corpus criſtallini intelligendo ſuã potentialitatẽ. Tertius angelus dicit cherubin, qui creat alium angelũ qui uocatur caſſiel, ſiᵗ celum ſtellatũ, ita ꝙ Chariel eſt motor decimi celi, Aleniel eſt motor noni celi. Cherubin octaui, et caſſiel celi ſaturni. Caſſiel creat aliũ angelũ qui uocatur Sadhiel, et celũ ſaturni .i. ſibi ipſi creat celũ quod ipſe mouet. Sathiel creat aliũ angelum qui uocatur Samuel, et celũ iouis quod ipſe mouet. Samuel creat aliũ angelũ qui uocatur Michael et celũ ſuum .ſ. martis. Michael creat aliũ angelum qui uocatur Anael, et celũ ſolis. Anael creat alium angelũ qui uocat Raphael, et celũ ueneris Raphael creat aliũ angelũ qui uocat Gabriel, et celũ mercurij. Gabriel creat intellectũ agentem qui eſt unus in omnibus hominibus ꝑm malã interpretationeʒ Auerrois. Quid autẽ Auicẽna de intellectu agente ſenſerit uideantur addictiones tertie diſtinctionis infra. Suppoſita ergo hac opinione preſumitur ſi quereretur ab auicẽna, utꝝ ordinate poſſit angelus frui ſuo cratore uel tãtum deo ꝙ reſponderet affirmatiue ꝓ prima parte queſtionis, premittendo quedã. Primũ. Idẽ numero eſt prima cauſa efficiens et finis ultimus eius in quẽ .ſ. ultimate ordinant omnia. Secundũ. Vltimo fine poteſt quis ordinate frui. Tertium. Nullus circulus finitur extra propriã circũferentiã .i. ubi incipit ibi definit .i. nec initiũ nec finẽ habet proprie in eſſe licet in fieri, et ꝑ cõſequens cũ ultima reductio et ultimus finis rei ſit fruitione cõuerti in cauſam efficientẽ ſuã ordinate, ſequitur ꝙ angelus ordinate poteſt frui ſuo creatore circa deũ. Quartũ. Circulus creature rationalis cõpletur cum ipſa per intelligere et uelle redit ad cauſam ſuã efficientem primã, quia ſufficienter quietatur effectus in ſua prima cauſa.

¶ CONTRA ISTVD Potentia non etc. Hic improbat doc. opinionem auicen, per ſuas et aliorum rationes. Primo

ſic. Nulla potentia quietatur ſufficienter niſi in optimo obiecto ſuo, ſed ſecundū auicen. deus eſt optimum obiectum cuiuſlibet intellectus et uolūtatis ergo nullus intellectus nec aliqua uolūtas quietatur niſi in ſolo deo ſufficienter, et per ꝯñs nullo alio poteſt ordinate frui. Secundo ſic. Nulla potentia inclinata ad multa per ſe obiecta quietatur in uno illoꝝ niſi illud oīa alia includat emineter uel formaliter uel uirtualiter, ſed omnis intellectus et omnis uolūtas inclinatur ad omne ens intelligendū et uolendū; ergo nō quietatur in ullo niſi includat omnia alia formaliter emineter uel uirtualiter, ſed ſolus deus ſic includit omnia ergo ſolo deo cōtingit ordinate frui. ¶ Tertio arguit ꝑ diuiſionē. Cū inferior.i.ignobilior intelligētia uel angelus creatus ab alio uidet ſuperiorē.i.nobiliorē qui eum creauit, aut uidet eū eſſe finite ꝑfectionis uel infinite aut nec ſic nec ſic. Si primo°, tunc nō beatificatur in illo quia nullus beatificatur in eo quod ſcit eſſe finite perfectionis. Secundū autem eſt impoſſibile quia omne incōplexum quod uidetur intuitiue eſt ueꝝ.i. nō cōtingit decipi intellectū in tali uiſione, ſed angelū eſſe infinite ꝑfectionis nō eſt ueꝝ. Si autē tertio° uidet, tunc nō beatificatur; quia omne beatificans ut infinitū uidet. Nec poteſt dici ꝙ beatificetur in eo eo ꝙ credat eū eſſe infinitū, qnia ſm Auguſtinum nihil ſtulti° dici poteſt q̄ ꝙ anima ſit beata ꝑ falſam opinionē uel fidē. Quarto ducit rationē eius ad oppoſitū ſic. Nihil ꝓpria uirtute finit aliquid.i.eſt finis alicuius niſi propria uirtute efficiat illud, ſed ſi angelus efficit aliū angelum tunc non propria uirtute ſed diuina efficit ergo diuina uirtute finit et per cōſequens deus eſt ultimus finis quo ſolo eſt fruendū, circul° ergo nature intellectualis a ſolo deo incipit et ad ſolū deū terminat. ¶ Quinto arguit per rationē ſancti Bonauen .li.i.diſ.i.ar.2. q.3.ibi.alij arguūt ꝯ iſtā opinionē. Nemo quietatur niſi quo ſatiatur, ſed aīa nō ſatiatur niſi deo, ergo ſolo deo quietat. Maior eſt nota. Minor probatur, quia aīa eſt imago dei et eius ꝑticeps.i.capax dei per intelligere et uelle, ergo minor uera. Sꝫ quia illa ratio fundatur in hoc ꝙ anima eſt imago dei quod ſolum eſt creditum, ideo doc. dicit ꝙ ꝯ philoſophos non ualet illa ratio. ¶ Sexto arguit per rationē ſancti Tho.i. ꝑte ſum .q.12. ar.i.ibi, alii arguunt ꝯ rationē eius, anima efficitur a ſolo deo ergo a ſolo deo finitur. Sed illa rō nō ualet ꝯ philoſophos, qa antecedēs eſt ſolū creditū. Similiter nō ualet illa ꝯña, hoc efficit illud ergo eſt ultimus finis eius nam nulla neceſſitas eſt ꝙ idem ſit finis et efficiēs eiuſdē. ¶ Vltimo doc. ponit mentē propriā que patebit ī totali reſolutione textus. Que cōſiſtit in.43. dictis. Primū. Obiectū intellectus cuiuſlibet tam diuini q̄ creati eſt totū ens poſſibile exiſtere uel in intellectu concipi, ita ꝙ omniū taliū cognitionē poteſt unus intellectus recipere, ſed non quilibet poteſt cauſare, idē dicendū proportionabilr de uolūtate. Secundū. Ens abſtractū ab oībus inferioribus non eſt adequatū obiectū intellectus et uoluntatis, ſed aggregatū ex oībus entibus poſſibilibus eſſe et cōcipi. Tertiū. Ens quia predicatur de omnibus entibus eo mō quo dr̄ infra .diſ.3. ideo cōiter dicit eſſe adequatū obiectum intellectus et uoluntatis, ideo qn̄ Sco. in primo argumēto dicit, niſi ubi eſt obiectum ſuum perfectiſſime, ly obiectū ſuum idē eſt quod ens. Quartū. Ens dr̄ ꝑfectiſſime eſſe in aliquo et in ſummo cū illud in quo eſt, eſt infinite perfectionis, non ſic intelligendo ꝙ oporteat ens diſtingui realiter uel formalr ab eo in quo ē ſꝫ eſſe in alio eſt predicari de eo et eſſe idē realiter illi uel formaliter. Quintū, Naturalis appetitus eſt in omni intellectu et uoluntate ad aliquod maius intelligendū et uolendū niſi actu intelligat aliquod infinitū in entitate extra genus, et illud unuſquiſq; experitur in ſe ipſo Sextū. Nullus intellectus perfecte quietatur niſi in infinito ente perfecte adepto.i.intuitiue uiſo loquendo de quietatione ex natura rei. Sir nulla uolūtas illo mō quietatur niſi aperte fruatur tali infinito, tamē citra poteſt quietari etiā ordinate, nā in patria et in uia poteſt intellectus et uoluntas creata quietari per diuine uoluntatis influxum citra ſummā uiſionē et fruitionē diuine eſſentie poſſibilē ex natura rei, etiā uolūtas poteſt ſeipſam quietare citra ſummū ſed nullus eſt beatus niſi ſaltem uideat et fruatur infinito. Ex quo ſequitur ꝙ nullū finitū eſt ultimusfinis nature intellectualis. Septimū. Omnis intellectus inclinatur ad cognoſcendū ſimpliciter omnia poſſibilia eſſe tam in re q̄ in intellectu. Octauū. Non eſt poſſibile omnia in uno includi formaliter ſic intelligendo ꝙ aliquid per ſe unū uel unū ſimplex in propria forma eſſet omnia ſic ꝙ uere eſſet deus, uer̄ homo, uere aſinus etc. Nonū. Non eſt poſſibile unū omnia includere idēptice, ſic ꝙ una res eſſet omnia niſi forte ſuppoſitaliter ſic ꝙ unū ſuppoſitū haberet omnes naturas in ſe ſuppoſitatas per propriā ſuā ſuppoſitalitatem, ſicut filius in diuinis ſuppoſitat duas naturas, De quo, deo dante dicetur in tertio libro. Decimū. Non eſt poſſibile omnia ſolū emineter contineri in aliquo uno, quia tunc nihil eſſet ſibi idē realiter et formaliter ſi ſolum eſſent idē eminenter. Vndecimū. Omnia in uno includi eſt poſſibile uel formaliter, capiendo formaliter tā pro quiditatiue q̄ pro in ꝓpria ſua natura, uel emineter.i. perfectionaliter eo mō quo exponetur diſ.2. uel uirtualiter.i. productiue. Nam in deo ſunt multa predicata quiditatiua et aliqua in propria ſua quiditate, ut omnes perfectiones ſimpliciter que formaliter ſunt ibi, nō tamē omnes quidditatiue, et relationes diuine tam cōmunes.i.equiperantie ut ſunt ſimilitudo, equalitas, circūinceſſio, q̄ origis.i.productionis, cuiuſmodi eſt generatio et ſpiratio. Oīa alia ſunt in deo eminenter ſaltē ea que dicunt perfectionem aliquam, et uirtualiter.i. productiue capiēdo producere large ut extendit ſe etiā ad entia rationis, ita ꝙ oīa que dicūt perfectionem aliq̄ ſunt in deo eminenter et oīa creta ſunt in deo uirtualiter. Duodecimū. Nihil aliud a deo includit omnia et per cōſequens in nullo alio a deo poteſt natura intellectualis perfecte quietari. Tredecimū. Tantū unum eſt ſummū poſitiue et negatiue.i. ſolū unum eſt ens quod uere eſt ſuper oīa et perfectius q̄ omnia alia ſimul nec habet aliquid ſuper ſe nec equale. Decimūquartum. Illud dicitur primū obiectū quod eſt adequatū potentie quod potentia poteſt attingere et nihil aliud, ſꝫ per ſe obiectū eſt aliquid inter illa et non totū illud. Decimūquintum. Videre eſt intuitiue cognoſcere quod fit dupliciter, perfecte et imperfecte, iō nō oportet ꝙ ſi quis cognoſcat aliqd intuitiue ꝙ cognoſcat utꝝ ſit finitū ul̄ īfinitū niſi ꝑfecte cognoſcat, cognoſcit enī roſa intuitiue in eius preſentia reali, ſimiliter actus intelligendi et uolēdi, et tamen nō cognoſcimus finitatem nec infinitatē, quia imꝑfecte cognoſcimus. Decimūſextū. Beatitudo capit dupliciter uno° pro bene eſſe ſine defectu percepto, ſic ꝙ unus nō percipit ſe in aliquo deficere, hoc eſt poſſibile fieri per ſolā opinionē uel fidem, quia cōmune dictū eſt, qui bene oppinatur, bene habet. Illo° poteſt anima eſſe beata opinione falſa. Alio° pro ſimpliciter bene eſſe ex natura rei, illo° nō eſt poſſibile. Decimūſeptimū. Non eſt neceſſe ad beatitudinē ꝙ ſub omni perfectione ſiue optimo actu uideatur diuina eſſentia, qa nulla creatura illo° deū uidere poteſt, quia ſolus deus infinito actu uidet ſeipſum. Nec etiā ſumme, quantū poteſt creatura, quia ſm doctores cōmuniter gradus ſunt in uiſione beatifica ita ꝙ ſm merita unus plus uel minus alio uidet ſiue intenſiori actu uel minus intenſo. De quo patebit in tertio libro de uiſione anime xp̄i, et in quarto libro in materia de beatitudine etc. Decimūoctauū Hic emergit una difficultas multū necea, utꝝ beatus qui nō uidet diuinā eſſentiā ſub omni perfectione, cognoſcat ſe nō perfectiſſime uidere uel credat ſe perfectiſſime uidere, ſed quia hec

difficultas magis pertinet ad quartum, ideo uſq; illuc differatur. Decimūnonū. Omni finito cognito poteſt itellectus aliquod maius cognoſcere.i.perfectius, non ſic intelligēdo ꝙ cognoſcat pro certo quid ſit illud maius, ſꝫ cōfuſe coniecturat aliquid eē maius, attamen neſcit aliquādo quid ſit illud. Vigeſimum. Oīs actio creature cuiuſcunq; ſit uirtute dei.i.nulla creatura pōt operari aliquid niſi deus conſeruet ipſam et potentias opatiuas et inſtrumenta per que operatur, et cū hoc poſitiue coagat et ſpecialiter ad hāc operationem ita ꝙ nō ſolū conſeruat operantem ſed etiā agit. Vigeſimūprimū. Nullus reſpectus pōt cognoſci niſi cointelligant extrema ut exerema illius relationis, ſed non opꝫ ipſa intelligi ſub omnibus aliis rōnibus. Vigeſimum ſecundū. Imago dicit reſpectū nature intellectualis create ad deū trinū et unum, et ille reſpectus nō pōt cognoſci ſine noticia dei trini et unius et nature intellectualis create inquantū creata eſt (quia imago dicit imitationē paſſiuā, ideo opꝫ ꝙ intelligatur imago eē creata uel ad minus producta in filio dei qui nō eſt creatus). Similiter opꝫ intelligere intellectū et uoluntatē et productionem memorie et actū intelligendi et uolendi inquantum producta, ut infra patebit. diſ.3. Vigeſimūtertium. Cū non poſſit deus inquantū trinus naturaliter cognoſci, ſequit ꝙ non pōt naturaliter cognoſci ꝙ imago dei ſit in nobis, ſed credimus per reuelationem et ſcripturā ſacrā. Vigeſimūquartum. Licet ita ſit de facto ꝙ idem deus numero ſit cā efficiens omnium et cauſa finalis omniū et finis ultimus omniū, nō tñ poteſt hoc haberi per locū intrinſecum quia multe ſunt cauſe efficientes que nec ſunt cauſe finales nec fines illoꝝ que efficiunt, ut cum ſtudeo pp deum ego ſum cauſa efficiens ſtudii, ſed cauſa finalis ē deus et ultimus finis, licet ego ſim finis ſub fine.i.proximus finis nō ultimus. Vigeſimumquintum. Non eſt idē dicere, cā finalis, et finis proprie loquendo. Nā illud eſt cā finalis qđ mouet efficiens ad efficiēdū, ſed finis eſt illud in qđ res ex natura rei ordinatur, nā non ſemper naturalis finis rei mouet efficiētē ad efficiendū. Vigeſimumſextū. Propter infinitatem potentie diuine ꝙ unica ē numero, infert ꝙ deus ē efficiēs omniū et finis oīuꝫ qa nihil pōt efficere oīa niſi infinitū, nec aliquid pōt ſufficiēter finire oīa niſi ſit infinitū, et quia tantū unū ē infinitū, ideo unus eſt finis et effieiens omniū. Nam ſi per impoſſibile plura eſſent infinita in perfectione tunc dato ꝙ unū illoꝝ nō effeciſſet creaturam intellectualem adhuc poſſet ſufficienter finire et quietare eam. Exquo patet, ꝙ non ſequitur per locū intrinſecum, illud efficit ergo finit. Vigeſimūſeptimū. Aīa dr̄ capax dei.i. habens deū in ſe per repreſentationē imaginis repreſentātis totam trinitatem et diuinā unitatē in qua imagine includitur intellectio et uolitio, quibus dr̄ homo deū apprehendere et capere que idē ſunt in propoſito. Similiter aīa dicitur particeps dei.i.nata capere deū per intelligere et uelle, et in hoc perpetuo beatificabilis eſſe, per quod aliquo mō participat diuinitatem. Vigeſimum octauum. ꝙ aīa immediate creatur a deo non eſt naturaliter notū ut pꝫ in opi. Auicenne qui fuit accutiſſimus phūs, et tñ nō potuit naturaliter cognoſcere hāc ueritatē, ſed oppoſitū dixit. Vigeſimūnonum. Nihil quietat intellectū et uoluntatē inquantum cauſat ea, ſed inquantū eſt cognoſcibile et uolibile perfectiſſimū, dato ꝙ nihil oīno efficeret. Trigeſimum. Aīa uegetatiua et ſenſitiua in homine ſecundū aliquos ſunt ideꝫ realiter aīe intellectiue.i.una aīa numero eſt qua uegetamur, ſentimus, et intelligimus, ideo illa aīa ſenſitiua et uegetatiua immediate a deo creatur.i.a ſolo deo, ſine actione cuiuſcunq; creature. Trigeſimumprimū. Licet ſenſitiua noſtra creatur a deo, nō tamen deus eſt ultimus finis obiectiuus aīe ſenſitiue inquantum ſenſitiua eſt, ſed obiectū aliquod ſenſibile uel plura ſenſibilia. Dixi finis obiectiuus. Nā deus eſt ultimus finis naturaliter omnium eo ꝙ omnia ordinantur in ipſum, et eſt cā finalis pp quam oīa ſunt et fiunt ultimate, ſed non eſt obiectū omniū in qđ appetendum et cognoſcendum oīs res ordinetur. Nā nulla res non intellectualis poteſt eū cognoſcere et appetere, nec ſenſus ut ſenſus, ſꝫ id qđ ē ſenſus ī hoīe.ſ.aīa intellectiua, poſſit deū appetere et cognoſcere. Et capēido ſēſū pro eo qđ ē ex pte aīe nō ex pte corporis uł toti⁹ orgāi ꝯpoſiti. Nā ſēſus ē quoddā ꝯpoſitū ex corpe et aīa ut patebit diſ.3. Trigeſimūſecūdū. Rō finis pōt accipi uel ꝓ relatione uel fundamento ut ſepe ſupra dictū eſt. Trigeſimū tertium. Vltimus finis in propoſito formaliter nō eſt cā finalis propter quā ultimate oīa ſunt facta, ſꝫ formaliter dicitur aliquod infinitū cognoſcibile et uolibile qđ perfecte quietat intellectum et uoluntatem. Trigeſimūquartū. Fruitio ordinata tantum bebet eſſe reſpectu dei qui eſt ultimus finis. Trigeſimum quintū. Due ſunt potentie in homine que reſpiciūt hunc finem.ſ. intellectus qui naturaliter agit et uolūtas que libere agit. Trigeſimūſextū. Veꝝ eſt duplex, ſcꝫ primū et ſecundū. Primū ueꝝ capitur dupliciter, uno mō incōplexe, alio modo complexe, primo modo deus eſt primū uerū.i.primū cognoſcibile incomplexum, nā uerū idē eſt qđ cognoſcibile, ſecundo modo primū principiū de quo quarto methaphyſice, eſt primū uerū. Similiter ſecundum uerum capitur dupliciter, uno modo incomplexe, et ſic quelibet creatura eſt ſecundum uerū, alio modo complexe, et ſic omnis propoſitio uera eſt ſecundū ueꝝ. Poteſt tamē oīs propoſitio per ſe nota et oīs premiſſa demonſtrationis dici primū uerum reſpectu aliarū propoſitionū ueraꝝ que dicerentur tūc ſecundū uerū. Trigeſimūſeptimū. Ideo dicitur deus primum uerum incōplexe, quia intellectione ſui methaforice productiuus eſt oīum ideaꝝ et obiectoꝝ eo modo quo dicetur diſ.3.q.4. et per hoc fit exemplar omniū rerum conformans ſibi oīa. Nā ueritas idē eſt qđ conformitas, que eſt duplex, ſcꝫ actiua in deo, et paſſiua in creatura in propoſito noſtro. Similiter ideo dicit deus primū uerum, quia ueritas omniū propoſitionū neceſſariarū dependet ab entitate extremorū.i.ſubiecti et predicati que primū eſſe habent a deo dante eis tale eſſe cognitum ut patebit diſ.3.q.4. et diſ.36. Tertio dicitur deus primū ueꝝ quia ab eterno intelligit et format oēs propoſitiones ueras. Trigeſimūoctauum. Ideo dicitur creatuta ſecundū uerū, quia oīs ueritas creature dependet a diuina ueritate. Trigeſimūnonū. Bonū eſt dūplex, ſcꝫ primū et ſecūdū. Primū bonū dicitur infinitū bonuꝫ in entitate extra genus et qđ eſt a ſeipſo bonū. Secundum bonum eſt bonū finitum et ab alio bonū. Quadrageſimum. Aſſenſus in intellectu capitur duplicitur, uno mō proprie, illo modo eſt adheſio propoſitionis uere uel tanq; uere ſi non eſt realiter uera. Nā adherere hic idē eſt qđ tenere pro uera, alio modo improprie pro intellectiōe alicuius incōplexi. Similiter aſſenſus in uoluntate capitur dupliciter, uno modo proprie pro dilectiōe alicuius incōplexi, aliomodo pro uoluntaria credulitate alicuius propoſitionis non euidētis, ſꝫm ꝙ dicit augu. nemo credit niſi uolens. Quadrageſimūprimū. Per intellectū debet tm̄ primo pricipio aſſentiri propter ſe ultimate, ſed mediate pp ſe aſſentiri debet omnibus propoſitionibus per ſe notis et imediatis que aliquo mō ultimate reſoluunt in primū principium, ſed cōcluſionibus debet aſſentiri propter principiū. Quāuis aūt omne principium et oīs propoſitio per ſe nota reſoluatur ultimate in primum principium, et ſit aliquo mō deducibilis ex primo principio, non tamen eſt demōſtrabilis per primū principiū, alias nō eſſet per ſe nota nec immediata. Quadrageſimūſecundū. Ordinate uolendo debet ultimate oīs noſter aſſenſus.i.dilectio in deum tendere quē ſolum debemus propter ſe diligere et alia propter ipſum, non tamen oportet ſemp actu cogitare de deo nec actu ipſuꝫ diligere, ſꝫ ſufficit habitu ut patebit.q.ſequēti ar.4.

Quadrageſimumtertium. Non eſt ſimpliciter euidens nobis ſed cōiecturamus ꝙ aliquis ſit ultimus finis alius a nobis ꝓpter quē debeam⁹ omnia opera noſtra facere. Nec eſt ſimpliciter nobis euidens ꝙ bonum cōmune ſit magis diligendum ꝙ̄ bonum particulare niſi quando bonū particulare includitur in bono cōmuni quia nullus homo plus debet optare bonum cōmunitatis cuius ipſe non eſt pars ꝙ̄ proprium ſuum bonū. ¶ Sed circa tertium dictum doctoris in articulo primo inſurgit difficultas. Vtrum frui utendis ſit peius ꝙ̄ uti fruendis .i. utrum plus peccet uel peius agat ille qui fruitur creatura ꝙ̄ ille ꝙ utitur deo. Pro cuius ſolutione. Notandum primo ꝙ quattuor ſunt genera uirtutum in nobis. Quedam ad regulandum intellectum et uoluntatem et alias potentias ut logica dirigit intellectū in ſtudendo, prudentia uoluntatem in uirtuoſe operando, et rem publicā gubernando, ars potentias exteriores in faciendo et exequendo et uoluntatem in imperando. Quedam ad temperandos et remittendos actus, et inclinationes et preueniendo actus malos et exceſſiuos, ut temperantia reſpectu appetitus gule, caſtitas reſpectu appetitus uenerei, et humilitas reſpectu appetitus honoris. Quedam ad intendendum actum et augendum, ut eſt fortitudo reſpectu aggreſſus difficilium. Quedam ad utrumq;. Non ꝙ una ſpecies uirtutum remittat et intendat actum ſed aliqua uirtus generalis eſt ut eſt iuſticia illa habet ſub ſe plures ſpecies, quarū una actum intendit ut iuſticia diſtributiua, et alia remittit, ut iuſticia punitiua que delectabilia ſubtrahit et cōcupiſcentias minuit de q̄bus iuſticijs patebit infra diſt. 17. q. i. et in quarto libro in materia de penitentia. Secūdo notādum quando aliqua uirtus eſt ad remittendū, intenſio actus eſt maius uicium ꝙ̄ remiſſio, ſicut temperantia eſt uirtus et medium inter duo extrema .ſ. gulam et indiſcretam abſtinentiā, gula eſt peior ꝙ̄ abſtinentia indiſcreta quia temperantia declinat aliqualiter ad abſtinentiam et fugit gulam. Ecōuerſo eſt in fortitudine que ē ad actum intendendum, habet enim audaciam et timiditatem ꝓ extremis. Audacia excedit, timiditas deficit. ideo peior eſt timiditas ꝙ̄ audacia, quia fortitudo eſt ad intendendū actum et declinat ad audaciā et ↄclinat a timiditate et recedit ab ea. Hoc dixerim in genere moris quia nolo nunc loqui de merito et demerito. Similiter loquor ceteris paribus quia in caſu poteſt eē ecōuerſo propter diuerſas circūſtantias, etiam in genere moris. Ad propoſitum. Amicitia ſiue ſit uirtus ſiue uirtutis de quo. 8. ethicoꝝ, datur ad intendendum actum, ideo nimis diligere eſt minus malum ꝙ̄ minus diligere. Sequitur ergo ꝙ qui diligunt creaturam propter ſe et ſic fruūtur ea nimis diligunt eam. Sed qui diligūt deum propter creaturas minus diligunt deum ꝙ̄ deberent, ideo ſunt peiores primis. Ex dictis ſequitur cōcluſio reſpōſalis ꝙ uti fruendis eſt peius ꝙ̄ frui utendis. Similiter deordinatio circa deum eſt peior ꝙ̄ deordinatio circa creaturā, ergo uti fruendis eſt peius ꝙ̄ frui utendis, quia primū eſt circa deum ſecūdum circa creaturam. Notandum tamē ꝙ ſicut dilectio dei eſt ſumme bona et meritoria in genere ſuo, ſic odiū dei eſt ſūme demeritorium et malum. Vti tamen aliquo contingit ſextupliciter, primo ut inſtrumento ſicut eſt cultellus, ſecūdo ut organo ſicut eſt oculus, tertio, ut habitu ad dirigendū ſicut eſt ars ſcribendi, quarto ut actu ad attingendum obiectum ut eſt intellectio et uolitio, quinto ut potentia ad producendum actum et ad operandum per actum ut eſt intellectus, ſexto ut obiecto ad fruendum et delectandum ſicut eſt deus, quinto modo contingit deo uti ſine peccato, quia idem eſt illo modo uti ſicut deum concurſare nobiſcū. Sic ſexto° poſſumus deo uti meritorie.

¶ DE TERTIO Articulo dico ꝙ obiectum fruitionis ī cōmuni eſt finis ultimus uel uerus q. ſ. eſt finis ultimus ex natura rei uel apparens q. ſ. oſtendit a ratione errante tanq̄ finis ultimus uel finis preſtitus uł ꝓſtitutus hoc eſt prefixus quem .ſ. uoluntas ex libertate ſua uult tanq̄ etc. Ex illo textu eliciuntur quindecim dicta. Primū. Vltimus finis capitur tripliciter, primo pro illo qui ex propria natura eſt talis ꝙ ad ipſum reducūtur uel ordinātur alia ultimate, ſicut omne graue ad centrum. Secundo pro illo quod apparet eſſe tale ſed nō eſt, ſicut cum diabolus apparet in ſpecie chriſti aſſerens ſe eſſe chriſtum et creditur ſic eſſe. Tertio ꝓ illo in quod uolūtas libere ordinat oīa ultimate, et tamen intellectus nouit illud non eſſe ultimū, uerum et naturalem finem, ſicut quando uoluntas ſibi libere eligit diuitias, honores, uoluptates et cetera huiuſmodi que nō ſunt fines ex propria natura nec ex natura rei ſ3 uolūtas ex ſua libertate ſibi ordinat et ea elligit pro fine ultimo. Secūdum. Voluntas eſt libera tam ad contradictoria ꝙ̄ ad contraria. Contradictoria illā ſunt uelle et non uelle, contraria autem ſunt uelle et nolle, diligere et odire, remiſſe et intenſe diligere, et propter ſe et propter aliud diligere, et illa doctor nominat in littera eē modos uolendi. Tertium. In propoſito ſunt tres modi uolendi, ſcilicet propter ſeipſum tantum, propter aliud tantum, et propter utrūq;. Quartum. Velle capitur tripliciter, uno modo cōmuniſſime ut predicatur de omni actu uoluntatis tam de odio ꝙ̄ dilectione, tam de uſu ꝙ̄ fruitione, tam de productione actuum ꝙ̄ de actibus ꝓductis, illo modo illa eſt uera, nolle eſt uelle, ideſt nolitio eſt actus uolūtatis. Secūdo capitur cōmuniter pro actu producendi. Tertio proprie pro dilectione. Quintum. Nō uelle capitur dupliciter uno modo poſitiue pro ut idem eſt quod nolle, ideſt odire. Alio modo negatiue prout negat omnem actum uoluntatis, et ſic capitur in ſecūdo dicto. Sextum. Omnis uolūtas tam diuina ꝙ̄ creata eſt libera ad cōtradictoria, ſed diuerſimode, quia uoluntas diuina reſpectu omnium que ſunt realiter deus eſt determinata ad uelle, ita ꝙ non poteſt non uelle ſe uel nolle, tamen reſpectu omnis creature factibilis ſic eſt libera ꝙ poteſt uelle et non uelle et nolle. Voluntas autem creata reſpectu quorūcūq; etiam reſpectu dei et beatitudinis eſt ſic libera. Septimum. Non omnis uolūtas eſt libera ad contraria intelligendo de modis uolendi ſupra in ſecūdo et tertio dictis expreſſis. Nam uoluntas diuina non poteſt frui creatura, nec deo uti. Voluntas autem creata poteſt utrumq;. Octauum. Voluntas diuina eſt libera ad cōtraria dupliciter, primo, quia indifferenter poteſt uelle utrūq; contrarium poſitiuum ſimul, et de facto ſimul uult utrumq;, licet non uelit ipa ſimul ineſſe uni et eidem, ſm idem. Secūdo, quia poteſt uelle propter ſe et propter aliud, capiendo proprie ut ſunt diſpata et includunt contradictionem, inquantum .ſ. uelle propter ſe infert non uelle propter aliud, nec reſpectu eiuſdem ſed reſpectu diuerſorum. Nam uult ſe propter ſe, et creaturam propter aliud a creatura. Nonum. Voluntas creata dupliciter eſt libera ad contraria, uno modo quia poteſt uelle indifferenter contraria ut album et nigrum ſimul eſſe et copulatiue in eodem, ſed non ſm idem, licet diuiſim etiam ſm idem. alio modo, quia poteſt ſimul et ſemel aliqd uelle et aliud nolle. Similiter poteſt ſimul et ſemel eodem actu numero aliquid uelle propter ſe, et aliquid propter aliud. Decimum. Naturalis appetitus creature intellectualis tendit in proprium bonum ſuum ſicut in naturalem finem ſuum, ſed liber appetitus et rationalis debet ordinare ſe et omnia in deum ut ultimum finem ſuum. Vndecimum. Nullus diſtincte appetit ueram beatitudinem niſi cognoſcat quid ſit, tamen unuſquiſq; tam ſentiens ꝙ̄ intelligens naturaliter appetit beatitudinem confuſe, quia appetit ſibi bene eſſe et ſine defectu eſſe, etiam paratus eſt ſemper appetere aliquid maius omni eo quod appetit, et ſit, niſi de facto appeteret et cognoſceret aliquod infinitum. Duodecimum. Sepe tā naturali ꝙ̄ libero appetitu appetit hō ſibi īpoſſibilia, ut ꝙ

nõ poſſit triſtari in ſtatu iſto. Non tamen liber appetitus hoc ſic appetit ꝙ credat eſſe poſſibile, niſi ratio erret. Tredecimuꝫ. Referre capitur dupliciter, uno modo actiue, alio modo formaliter uel neutraliter inquãtum idem eſt quod relationẽ eſſe, qa referre eſt cõcretum relationis, primo modo capitur dupliciter uno mõ ut eſt actus intellectus quo comparat unuꝫ alteri, alio modo ut eſt actus uoluntatis uolentis unuꝫ in ordine ad alterũ. Decimũquartum. Habens in poteſtate ſua aliquod principale, habet etiã acceſſoriũ ideſt illud quod depẽdet a principali et ad quod non requiritur maior facultas q̃ȝ ad principale. Decimũquintũ. Velle et nolle ſunt principales actus uoluntatis, ſed uelle ꝑpter ſe et ꝑpter aliud ſiue referre et ñ referre uel frui et uti ſunt modi agendi et uolendi, et ſunt in poteſtate uoluntatis ſicut uelle et nolle.

¶DE QVARTO Articulo dico etc. Littera iſtius quarti articuli conſiſtit in quindecim dictis. Primum. Hoc nomen finis duo dicit. ſ. reſpectuꝫ et fundamentum ut ſupra ſepe in q̃ſtione de praxi. Secũdum. Relatio iſta non eſt ratio obiecti ideſt nõ eſt illa quidditas ad quam ultimate ordinatur tota creatura. Tertiũ. Nulla relatio eſt ꝑpria ratio finiens fruitionẽ, ideſt ñ eſt ꝑprium et debitũ obiectum fruitionis ordinate, qa ſolum illud eſt obiectum ordinate fruitionis quod eſt obiectũ beatificũ inquãtum beatificum, cuiuſmodi eſt ſolum abſolutum aliquod. Quartuꝫ. Sola eſſentia et eſſentialia ſunt rationes beatificãdi uel ſunt ꝑprie obiecta fruitionis et nõ ꝑſone ut patuit in queſtione de praxi ĩ ſolutione prime queſtionis. Quintũ. Differentia eſt ĩter ratõeꝫ fruitionis et terminũ fruitionis, naꝫ omne infinitum formaliter eſt rõ fruitionis, cuiuſmodi eſt eſſentia et eſſentialia que ſimiliter ſunt ratõnes fruitiõis et termini ideſt obiẽta quibus debemus frui, ſed illud eſt teminus fruitionis et nõ ratio, quod realiter eſt diuina ẽentia et non ex ſe formalit̃ infinitũ, cuiuſmodi ſunt perſone, perſonalia, et reſpectus diuini. Sextum. Ratio beatitudinis uel fruitionis neceſſario eſt ĩfinita formaliter et non ſolum realiter, ſed terminus non reqrit ꝙ ſit ex ſe formaliter ĩfinitus, ſed requiritur ꝙ ſit realiter infinitus. Septimũ. Si eſſent duo infinita formaliter, realiter diſtincta, ita ꝙ ambo eſſent entitatiue extra genus ĩfinita, utrũqȝ eſſet ex natura rei obiectum fruitionis, et quolibet ſeorſum eſſem beatus ſi uiderẽ et fruerer eo. Octauum. Relatio quaꝫ dicit finis eſt eſſe illud ad quod ordinatur aliquid ut quietatiuum eius ſimpliciter ſicut eſſe obiectum uel obiici eſt eſſe illud quod attingitur uel attingibile eſt a potentia et ſic obiici actu uel potentia idem eſt quod attingi uel attingibile eſſe a potentia. Nonũ. Illi reſpectus in propoſito nihil reale dicunt ſed ſolum reſpectus rationis, de aptitudinali patet cum non habeat terminum realem de actuali patet, quia nullus reſpectus realis eſt dei ad creaturas, ſed finire creaturã uel eſſe finem creature eſt reſpectus dei ad creaturam ſicut et obiici, ergo tantũ eſt reſpectus rationis, Maior ꝓbatur infra diſt. 30. Minor eſt nota, uerum tamẽ eſt ꝙ in cognitione intuitiua creature reſpectu creature obiectum habet reſpectum realem ad potentiam et econuerſo, ſed in uiſione intuitiua creature reſpectu dei potentia habet reſpectuꝫ realem ad obiectum, non econuerſo. Decimum. Si per impoſſibile eſſent duo dij qui creaſſent duos mũdos et unus quiſqȝ mũdus ordinaretur ad deum qui ipm creauit et non ad alium, et ꝑ conſequens ipſe ſolus eſſet finis illius mundi, adhuc tamen ſi alius deus intuitiue uideretur ab ĩtellectibus iſtius mũdi et frueretur a uoluntatibus ipe quietaret illas potentias. Poteſt ergo dupl'r intelligi aliquid eſſe finem alterius, uno modo ex natura rei quietatiuũ, illo modo omne infinitum intenſiue extra genus eſt finis cuiuſlibet intellctus et uolũtatis, alio modo uoluntarie ordinatum ad illud ut ad propriuꝫ finem ſuum ut diſtinguitur ab alio. ut ſi eſſent duo dij uterqȝ eſſet ſuis ex natura rei, ſed ſi non omne creatum ordinaretur uoluntarie ad utrũqȝ (nam ordinare illo modo naturam intellectualem ad finẽ eſt diſponere ꝙ in illo, quietetur nõ ĩ altero lȝ etiã qetari poſſit in alio) nõ eẽt uterqȝ finis ſecũdo modo. Vndecimũ, Relatio finis, ideſt quietare uoluntatem cõcomitatur uere ideſt uere eſt et ex natura rei in fruitione ordinata, quia deus qui eſt obiectuꝫ ordinate fruitionis uere quietat fruentẽ, ideo ſimul tempore quãdo quis fruitur deo fruitionẽ patrie uere quietatur licet poſterius natura quia fruitio eſt actus et qualitas abſoluta in nobis, ſed quietatio eſt paſſio ꝯñs fruitionem, modo paſſio eſt poſterior natura q̃ȝ ſuum ſubiectum, uerũtamen fruitio uie non quietat ex natura rei ſed uoluntas põt ſeipſam quietare uel uoluntas diuina poteſt eam quietare. Similiter quietatiuum eſt prius tempore et natura q̃ȝ fruitio creata, quia diuina eſſentia ab eterno ẽ quietatiua, ſed fruitio creata ſoluꝫ eſt in tempore. Dixi, q̃ȝ fruitio creata quia fruitio diuina eſt ſimul duratione cum quietatiuitate et prior natura, quia quietatiuitas ẽ reſpectus et fruitio abſolutum. Duodecimũ. In perfecta cognitione diuine eſſentie que habetur ante actuꝫ fruitionis qui eſt a uolũtate cognoſcitur diuina eſſentia eſſe quietatiua et per cõſequens ratio qetatiui. i. relatio finis in aptitudine prius percipitur q̃ȝ fruitione actu quietetur, tamen hoc nõ ſemper eſt prius tempore ſed aliquando ſiml'. Tredecimũ. Cum actu quis fruitur deo fruitione p̃rie adhuc prius natura cognoſcitur relatio finis q̃ȝ actu quietetur, quia ſicut intellectus eſt prior natura uolũtate, ſic cognitio prior natura quietatione. Decimũquartũ. Fruitio inordinata eſt duplex, prima quãdo qs fruitur obiecto quod ñ ẽ ex natura rei fruibile, tamen creditur eſſe tale propter errorem rationis, ſecunda quãdo fruens nouit aliquid non eſſe fruibile ex natura rei tamen ex libertate uolũtatis fruitur eo cõtra cõſciẽtiam. In prima licet relatio finis ideſt quietatio non ſit ex natura rei tamen uel cõcomitatur uel precedit uel ſequitur apparenter ꝭm formam qua dictum eſt de fruitione ordinata ĩ dictõ. ii. 12, et. 13. In ſecũda, relatio finis ſequitur actum fruẽdi, qa uoluntas nõ quietatur in obiecto ſed ſuo proprio actu quietat ſeipſam et uult cõtẽta ĩ illo obiecto. Decimũquintũ. Illa ultima quietatio eſt principaliter modus actus fruendi ideſt ẽ ãnexa actui tali eo ꝙ tali actu uoluntas contentatur, ſed ſecundario eſt modus obiecti non ex natura rei ſed ex ordinatione uoluntatis qua uult ſe eſſe contentam in illo obiecto ſicut uolũtarie pauper modicis ſe cõtentat licet illa nõ cõtentẽt ex natura rei.

¶AD PRIMVM Principale argumẽtuꝫ etc. Hec eſt cauda queſtionis iungenda capiti. Cum ergo queritur. Vtrum per ſe obiectum fruitionis ſit ultimus finis, arguitur ꝙ non. Primo ſic. Bona inuiſibilia ſunt plura, ſed ꝭm Auguſtinum fruendum eſt bonis inuiſibilibus, ergo non ſolum uno deo eſt fruendum ſȝ pluribus bonis inuiſibilibus. Doc. cõcedit maiorem et diſtinguit minorem dupliciter ꝭm duos terminos eius primus eſt frui, qui capitur dupliciter, uno modo large pro amore rei boneſte ideſt rei ſp̃ualis que aliquo modo propter ſe eſt amabilis de hoc amplius ſtatim dicetur, alio modo proprie ut ſupra dictum ẽ. Primo modo intelligit Auguſtinus nõ ſecũdo modo, ſed de ſecũdo eſt ad propoſitum nõ primo modo, ſic eſt fallacia equiuocationis. Secũdus terminus eſt bona inuiſibilia que p̃nt capi quadrupliciter. Primo pro omnibus bonis inſenſibilibus, et ſic non ẽ fruendum omnibus bonis inuiſibilibus capiẽdo frui proprie ſed bene large capiendo. Secũdo modo pro pluralitate eſſentiarum frui bilium, et ſic implicat cõtradictionẽm ſicut pluralitas deorum, de quo infra diſt. 2. Tertio modo pro pluralitate perfectionum eẽntialiũ ĩ diuinis diſtinctarum formalit̃ ñ realr nec eẽntialr, et ſic pluribus eſt fruẽdũ et eã ſunt rationes fruitionis et cũ hoc

termini, ideſt fruibiles. Quarto modo pro pl̃alitate perſonaꝝ realiter et nõ eſſentialiter diſtinctaꝝ, et ſic fruendũ eſt pluribus, ſed illa plura non ſunt rões fruitionis. Notandus tamen ꝙ bonũ ſm Tulliũ eſt triplex. ſ. honeſtum ideſt propter ſe uolibile, et utile. i. tm̃ propter aliud uolibile, et delectabile. i. propter ſe aliqualiter uolibile et proprie propter aliud. Primũ eſt pure ſpũale, ſecũdũ pure corporale, tertiũ mixtũ, quia delectatio cõſequit̃ actu3 cognitionis qui eſt ſpũalis in corpore, et ſub primo actus ſenſuũ cõprehenduntur et ſpẽs ſenſibiles. Augu. autẽ uidetur accipere frui pro amore rei honeſte. i. ꝓpter ſe uolibilis, licet ultimate in deum referatur, ſicut ſunt ſcientie et uirtutes. ¶ Secũdo ſic arguit̃. Capacitas finita ſaciatur aliquo finito, ſed capacitas fruentis creati eſt finita, ergo obiectũ ſue fruitionis eſt aliquod finitum, ergo non ſolus deus eſt obiectũ fruitionis. Pro ſolutione huius argumenti notant̃ nouem dicta. Primũ. Relatio eſt duplex. ſ. finita et ĩfinita. Illa relatio in propoſito dicit̃ infinita que neceſſario requirit infinitũ fundamentum ut ẽ creatõ actiua et beatificatiuitas et hui⁹ modi. Illa aũt dicitur finita que neceſſario requirit fundamentũ finitu3 ut creari dependere etc. põt tamen large omnis relatio uocari infinita q̃ habet fundamentũ infinitũ ſiue neceſſario ſiue cõtingenter, proportionaliter dicat̃ de relatione finita. Secũdũ. Aliqua relatio põt dupliciter dici finita uel infinita, primo modo extrinſeca denominatione. ſ. a fundamento, alio modo intrinſeca denominatione, illo modo omnis relatio diuina que realiter eſt idem deo dicitur infinita, licet nõ ſit infinita formaliter, ideſt ex propria ſua quidditate ſed ex idemptitate reali cũ eſſentia, proportionabiliter dicatur de relatiõe finita, quia nulla relatio proprie nec eſt finita nec infinita. Tertium. Relatio iteꝝ eſt duplex, q̃dam eſt ſimilium, ideſt equiperãtie, quedã diſſimiliũ, ideſt diſquiperantie, et ſub illis diſſimilibus comprehenditur relatio ꝓportionãlitatis et proportionis. Quartum, Proportio differt a proportionalitate, nam proportio eſt habitudo quantitatum ꝓprie et principaliter, et aliaꝝ reꝝ trãſumptiue, et cõiter ponit̃ ĩ primo modo relatiuoꝝ, ut duplũ, dimidium, triplum etc. ſed proportionalitas proprie eſt habitudo proportionum, ut ſicut ſe habent octo ad ſedecim ſic ſex ad duodecim, quia utrobiq; eſt duplum et dimidiu3, et ſic proportionalitas eſt relatio equipantie fundata in fundamentis remotis diſſimilibus que ſunt quantitates, et in proximis ſimilibus que ſunt proportiões. Proportio autẽ eſt relatio diſquipantie. Quintũ. Proportionalitas ad ꝓpoſitũ capitur dupliciter, uno modo proprie ut dictum eſt, alio modo large pro ꝓportione, et hoc dupliciter. Primo ꝓ proportione quantitatum. Alio modo pro ꝓportione aliaꝝ reꝝ, et ſic capitur in lr̃a et non alijs modis. Sextum. Extrema proportionis dicũtur proportionãlia. Septimum. Proportio in ꝓpoſito eſt mutuus ordo duoꝝ uel plurium adinuicẽ ſm relatiões et rões ſpecifice diſtinctas ita ꝙ nec fundaméta ſunt eiuſdem ſpẽi nec relationes et tamen ex natura rei utrũq; ad aliud ordinatur, licet aliquãdo aliqd idẽ poſſit eſſe utrũq; extremũ, ut qñ intellectus intelligit ſeipm̃, et uoluntas uult ſeipam uel aliã uoluntatẽ. Exẽplũ, obiectũ ĩtelligibile et potẽtia ĩtellectiua ꝓportionãt̃, qa obiectũ ut cõiter ẽ alteri⁹ ſpeciei q̃; potẽtia, et ipm̃ obijci uel intelligibilitas q̃ſunt rlones ĩ obiecto ſunt alterius ſpẽi q̃; intellectiuitas et attingentia q̃ ſunt relationes in poñ, ſimiliter relatio finiti et finis ſiue finientis ultimate proportionant̃, et rlo finientis tm̃ fundat̃ in fundamẽto infinito. De proportione uideatur. 29. dictum in ſolutione tertii articuli tertie q̃ſtionis ꝓlogi. Octauũ. Aliquod finitũ ſm aliq; relationem neceſſario ꝓportionat̃ infinito et nulli alteri, ſicut beatificabilitas neceſſario ẽ ad infinitu3 deum. Nonũ. Satiare aliqd eſt dupliciter, uno modo receptiue intra, illo mõ omne finitũ ſatiat̃ aliquo finito in ſe receпto ut recepto actu uiſionis uel fruitionis finito. Alio mõ obiectiue extra, illo mõ nulla natura ĩtellectualis, ſatiatur aliq⁰ finito ſed ſolũ infinito. Ad formã igit̃ argumenti, cũ arguitur. Capacitas finita ſatiatur aliquo finito, illa diſtinguit̃, qa ſatiari eſt dupliciter, uel intrinſece uel obiectiue, primo mõ maior illa eſt uera, ſecũdo mõ falſa ſi ualet ulr̃3, et uera ſi ualet idiffinitam. ꝯña aũt non ualet niſi maior intelligat̃ obiectiue quomõ eſt falſa. ¶ Tertio ſic arguitur. Quãdocũq; extrema aliqua ꝓportionãtur, etiam media eoꝝ ꝓportionãtur, ſed infinitum obiectũ ꝓportionatur infinite potentie, et minimũ obiectũ minime potẽtie, ergo aliquod mediũ quod eſt minus infinito et maius minimo ꝓportionatur intellectui et uolũtati creatis. Añs p3, nam infinita capacitas eſt in deo q ſeipſo ſatiatur, et minima capacitas eſt in loco corporali qui corpore finito ſatiatur, ſ3 media capacitas eſt nature create intellectualis q̃ ſaciatur aliq⁰ ſub deo. Pro ſolutione huius argumenti notandũ, ꝙ maius et minus capiũtur duplr̃, uno mõ ꝓprie inquãtitate corporali, uel moli, alio mõ in quãtitate uirtutis. i. pfectionis ſecundo mõ capit̃ hic. Secũdo notãdũ, ꝙ ꝓportio inter obiectum et potẽtiam eſt nãlis correſpondentia intellectiuitatis in intellectu et intelligibilitatis ĩ obiecto. Tertio notandũ ꝙ eadẽ et tot põt intelligere intellectus creatus q̃ et quot diuinus, ſimiliter uelle uolũtas creata q̃ et quot uolũtas increata ſed non in eodẽ gradu pfectiõis et actiuitatis, de quo uideatur ſolutio principalis prime q̃ſtionis ꝓlogi, et amplius uidebitur diſt. 3. q. 3. Quarto notãdũ, aliud eſt intelligere et aliud modus intelligẽdi. Nã intellectio eiuſdẽ rationis eſt in deo et creatura, ſed nõ modus eiuſdẽ rationis, quia deus infinite intelligit quicqd itelligit et creatura finite. Ex quo p3 ꝙ deus finita infinite intelligit, ſed creatura etiam beata infinitum deum finite intelligit, quia intellectio creature eſt finita et intellectio dei infinita intrinſece. Similiter patet ꝙ ſicut finitas et infinitas ſunt modi intelligendi, ſic intuitiua et abſtractiua ſunt modi intelligẽdi. Quĩto notãdũ, nõ ſolũ ĩ deo et creatura ſunt diuerſi modi ĩtelligẽdi, ſed etiã in diuerſis creaturis, qa ſemp unus alio clarius intelligit ide3, ut ſi diuerſe creature uiderint idẽ albũ totũ, tñ una clari⁹ uidet alia, ſicut aq̃la clari⁹ uidet q̃; hõ, ita ꝙ ex parte albedinis nõ ẽ diuerſitas ſed ex pte actus. Ad maiorẽ ergo argumẽti ſi uult omnimodã ſimilitudinẽ ꝓportionis, negãda eſt, et p ꝯñs etiã concluſio eſt falſa. Sed qa ſecũdum et tertiũ argumentũ in materia ꝯueniũt et doctor cõformiter ſoluit, ideo cẽſet utrũq; ꝓ uno argumento, ideo dicit in ſequẽtibus, ad tertiũ, quod tñ in littera eſt ultimũ. Et qñ in ſequentibus dicit ad ultimũ dico, in arguẽdo fuit penultimũ, ideo ſolutiones duoꝝ ultimoꝝ argumẽtoꝝ trãſponũtur. ¶ Arguit̃ igitur ultimo ſic. Firmius aſſentit intellectus alij uero q̃; primo uero, ergo a ſimili intenſius poteſt uolũtas aſſentire alij bono q̃; primo bono. Pro ſolutione huius argumẽti notanda ſunt dicta in ſecũdo articulo ubi reſoluitur mens doc. Notandũ tñ ꝙ hec differẽtia eſt inter intellectum et uolũtatem, quia intellectus ẽ naturalis potentia et neceſſario agit ſicut mouetur ab obiecto, ſi ergo obiectũ eſt multũ euidens, intellectus euidenter et clare intelligit, ſin autẽ tũc oppoſitũ cõtingit, ſed uolũtas eſt libera, iõ põt maxime bono minime aſſentire. Negatur ergo ſimilitudo et p cõſequẽs ꝯña non ualet. Hoc ergo argumentũ ultimo loco ponitur et penultimo loco ſoluitur. ¶ Vltimo arguit̃, Omnis forma naturalis ſatiat capacitatẽ materie, ergo omne obiectu3 ſatiat capacitatẽ potẽtie, ꝯña p3 a ſimili. Similitudo aũt ꝓbatur, quia ſicut materia in ſe recipit formam et per hoc ſatiatur intrinſece, ſic potentia recipit in ſe ſpeciẽ intelligibilẽ rep̃ſentantẽ obiectum illius potentie quod obiectum ſatiat extrinſece, ſicut ſpecies et actus intrinſece. Antecedens probatur, ſi una forma non ſatiaret tunc quieſceret uiolenter ſub ea. Pro ſolutione hu

ius eliciuntur ſedecim dicta. Primum. Appetitus materie nihil aliud eſt niſi ordo naturalis materie ad formã, et naturalis cõuenientia eorum reſultans ex rationibus formalibus et entitate reali utriuſq;, qui ordo nihil reale eſt ultra entitatem extremoꝝ, quia nihil poteſt ſeparare illum ordinem ab extremis ſiue ſint unita ſiue ſeparata, immo ſi nulla forma eſſet eodem modo ineſſet materie ille appetitus. Ex quo patet ꝙ ille appetitus non eſt relatio realis quia poteſt eſſe ſine termino reali. Secundum. Appetitum ſatiare eſt illum ordinem ad actum reducere ſiue illam formam ad quam eſt appetitns naturalis realiter inducere. Tertium. Impoſſibile eſt appetitum illum ſatiari quia ille appetitus eſt cuiuſlibet materie ad omnem formam ſimul et ſemel et ſemp, ſed non pñt ſimul omnes forme induci ĩ omni materia, quia quedam forme ſunt in compoſſibiles in eodem. Quartũ. Relatio multiplicatur ſm multiplicationem cuiuſlibet extremoꝝ. i. tam fundamenti q̃; termini, ideo quot ſunt termini tot ſunt relationes dato ꝙ ſint in eodem fundamẽto, et ecõuerſo, quot ſunt fundamẽta tot ſunt relationes, dato ꝙ ſit idem terminus. Quintum. Cum ordo ille qui dicitur appetitus materie ſit relatio, ideo in eadem materia numero tot ſunt appetitus quot forme poſſibiles fieri in quacũq; parte materie que poteſt ꝑ ſe exiſtere, et non intelligitur de qualibet ꝑte proportionali, ſed de potente naturaliter per ſe exiſtere uel in alio. Sextum. Non eſt poſſibile cõtraria eſſe in eodeꝫ ſaltem ĩ ſummo nec pñt omnes relationes ſemp eſſe in eodem nec omnes forme abſolute pñt ꝑ diuinam potentiam poni in eadem materia. Septimum. Appetitus materie capitur duplicitir. Vno modo intenſiue, illo mõ idem eſt quod ordo ille in ſua rõne farmali, de quo dictum eſt ſupra, ita ꝙ quilibet illoꝝ ordinum per ſe intenſiue eſt appetitus materie, ideo quãdo forma datur materie tunc dicitur appetitus materie reductus ad actum ĩtenſiue, ideſt proprie et uere. Alio modo capitur extenſiue ꝓut idẽ eſt quod omnis appetitus materie ſimul, illo modo non poteſt proprie reduci ad actuꝫ ſed bene methaphorice ſiue ſimilitudinarie quãdo. ſ. dat̃ aliqua forma in qua quodãmodo omnes forme includuntur, ſicut in anima intellectiua que includit omnes formas eminenter ideſt ipſa eſt nobilior qualibet forma, uel etiaꝫ includit oẽs obiectiue per intellectum et uolũtatem. Octauũ. Appetitum materie ſatiari intrinſece eſt idem quod ĩtenſiue, ſed extrinſece ideꝫ eſt quod extenſiue. Nonum. Licet proprie nulla una forma ſufficienter extenſiue ſatiet omnes appetitus materie tamẽ una poteſt proprie dici ſatiare perfectiſſime. Decimũ. Quãdo materia habet actu formam non ceſſat appetitus eius, quia nõ minus ordinatur materia ad formã quãdo habet q̃; quãdo non habet. Vndecimũ. Quies eſt duplex quedam intrinſeca, quedã extrinſeca. Prima eſt illa que cõuenit ſubiecto in ſe. Secũda que cõuenit ſubiecto reſpectu terminoꝝ, ſicut appetitus materie qeſcit in ſe quãdo habet unam formã, ſed non reſpectu omniũ formaꝝ, tamen quicqd ſit, ſi appetitus capitur ut ſupra captus eſt nũq; quieſcit, ſi autẽ capiatur pro carentia forme poteſt metaphorice dici quieſcere qñ formam habet, ideo ſane intelligatur littera doctoris. Nam ut doct. alibi dicit eadeꝫ natura quieſcit lapis in centro qua tendit in illud. Ex quo patet ꝙ dupliciter capitur appetitus lapidis. Vno modo eſſentialiter, et ſic ſiue ſit in centro ſiue extra appetit centrum. Alio modo accidentaliter, illo modo tendit ad centrũ quãdo non eſt in centro. Primo modo nũq; quieſcit licet ſecũdo modo, de quo amplius infra. q. ultima circa finem. Eodem modo dicatur de materia. Duodecimũ. Non eſt ſimile de materia et potentia operatiua nature intellectualis, qa omnis materia poteſt omnẽ formã in ſe recipe licet non ſimul, ſed potentia non poteſt omne obiectum ſuum in ſe recipe nec actum equalem omni obiecto, quia habet infinitum obiectuꝫ et nullum actum infinitũ põt in ſe recipere. Tredecimũ. Nulla una forma poteſt tam perfecte includere omnes formas ſicut unum obiectum oĩa obiecta, quia materia hñs formã perfectiſſimã non propter hoc habet omnes formas etiam ſi perfectiſſime habeatur. Sed potentia põt habere unũ obiectum in rõne obiecti ita perfecte ꝙ in eo habet omne obiectum in rõne obiecti. Decimũquartũ. Anima intellectiua intrinſece quietatur recipiẽdo in ſe unum actum intelligendi qui eſt finitus, non quidem circa rem creatam ſed circa increatam, quia non appetit. i. non ordinatur niſi ad actum finitum recipiendum, tamen obiectiue et terminatiue non quietatur niſi actus in ſe receptus ſit circa obiectum infinitum. Decimũquintum. Duplicem habet anima ordinem. Vnum ad ea que in ſe ſunt receptibilia. Alium ad ea que terminãt actus tales. Secũdus eſt nobilior primo quia ẽ ad nobilius tamen ſine primo eſſet inutilis potentie. Ex hoc negatur prima ꝯña, quia non eſt ſimile. Similiter probatio conſequentie nõ ualet, quia materia ſufficienter quietatur intrinſece per formã receptam. ſed potentia non, immo requirit ſatietatem extrinſecã que maior eſt q̃; intrinſeca ſine qua intrinſeca nullo modo quietaret. Similiter conditionalis aſſumpta ad probandum añs negatur. Pro quo notandũ, ꝙ uiolentia in naturalibus eſt quãdo aliquid naturaliter ordinatur ad aliquid et determinate, cuius oppoſitum contradictorium uel cõtrarium uel aliud incompoſſibile naturaliter repugnat, quia quãdo unum incompoſſibiliũ inquantũ diſtiuguitur ab alio determinate et ex propria natura ineſt, aliud naturaliter repugnat, et ſi ponitur in illo, uiolenter ponitur, modo non eſt ſic de materia et forma quacũq; ꝙ materia ex propria ſua natura determinate requirat unaꝫ formã inquantũ diſtinguitur a ſuo incõpoſſibili, ideo materia nullam formã uiolenter habere põt. Et tantũ de prima q̃ſtione.

## Queſtio Secunda.

SECVNDO QVERO VTRVM VLTImus finis habeat tantum unam rationem fruibilitatis etc. Hec eſt ſecunda queſtio huius diſtinctionis cui⁹ termini ſunt ſupra declarati, ly ultimus, et ly finis, q̃ſtiõe ꝓcedenti, ſimiliter et frui. Et ly rõ in tertia queſtione prologi. ¶ Dimiſſo capite queſtionis. ſ. argumentis pro. et cõtra, ad corpus queſtionis accedo. Quod diuiditur in duas partes. ſ. in promiſſiuam et executiuam. In prima parte promittit ſe quattuor articulos expeditur, que pars conſiſtit in octo dictis. Primum dictuꝫ. Diſtinctio in diuinis eſt quadruplex, prima eſt eſſentie a perſonis, ſecũda perſone unius ab alia, tertia eſſentie ab attributis, quarta eſſentie ab ydeis. Secũdum. Non eſt oſtenſum quomodo diſtinguantur hec omnia ſed oſtendetur infra diſt. 2. parte. 2. q. 1. tamen due prime diſtinctiones ex fide catholica patent et ex ſimbolis apl'oꝝ. Niceno, et Athanaſy. Tertiũ. Diſtintiones, tertia et quarta nihil pertinẽt ad fruitionem ideo merito tranſit doc. hic ſicco pede. Quartum. Quattuor ſunt tractãda in corpore huius queſtionis. Primũ eſt, utrũ uiator ſi uellet poſſet propria ſua poteſtate ſine ſpeciali dei influẽtia pro ſtatu uie frui eſſentia diuina, et nulla perſona, uel una perſona, et alia nõ. Secũdũ eſt, utruꝫ deus poſſet ſua abſoluta potentia facere ꝙ beatus ut beatus clare uidens diuinam eſſentiã et tres perſonas, frueret tm̃ eſſentia et non perſonis, uel una perſona ſine alia. Tertium, utrum beatus manens beatus, ſi uellet poſſet propria ſua potentia frui eẽntia et nulla perſona, uel una ꝑſona ſine alia. Quartũ. Quomodo de facto ſe habeat beatus et uiator in ſua fruitione, utrum. ſ. tm̃ fruantur eſſentia, uel etiam perſonis, uel omnibus ꝑſonis ſiue aliqbus. Quintũ. Viator capit̃ duplr̃, uno mõ ꝓprie ꝑ eo q nõ eſt in patria et nõ quieſcit notabiliter ĩ aliquo uno loco ultimate intendens reuerti ad patriã. Alio mõ ſimili-

tudinarie pro homine qui non eſt in patria celeſti confirmatus,
et uere perpetuo beatus, ſed eſt in continua pugna, et transffert
ſe quotidie uel de malo in bonum uel ecõuerſo uel de minus bo
no in maius uel econuerſo (bene intelligendo quia charitas nõ
minuitur nec meritum, licet aliquando omnino tollatur tã cha
ritas q̃ meritum effectiue per deum, demeritorie per peccatũ
mortale, de quo infra diſt. 17.) uel de minus malo trãsfert ad
maius uel econuerſo, et ille proprie eſt creatura intellectual
exiſtens in ſtatu merendi uitam eternam et demerendi penas
tam eternam q̃ tẽporalem. Et eſt triplex, quia quidam ẽ ſimul
uiator et cõprehenſor. i. beatus, ut xp̃s, quidem habet aliquam
ſpeciem beatitudinis, ut qui tranſeunter uiderũt diuinam eſſen
tiam, ut tenetur de ſancto Paulo et Moyſe, quidam nullo mo
do ſed eſt purus uiator. Sextum dictum. Comprehẽdere capi
tur multipliciter. Primo pro charitate adherere, et ſic uiator
dicitur cõphẽdere qui eſt in charitate, ſecũdo modo pro ap
prehẽdere. i. pro rem intelligere, tertio modo pro intuitiue ui
dere cum reſpectu ad rem quaſi habitam. i. iam actu adeptam
et nunc quieſcere appetitu, ut quãdo quis pfecte rem poſſidet
dicitur comprehendiſſe, quarto modo pro cõtentatione uolũta
tis et delectatione in aliqua re, quinto pro clare uidere et per
fecte amare et cum hoc eſſe perfecte beatum, et illo modo ca
pitur in littera, ſexto pro terminos rei claudere, et hoc duplici
ter, ſcilicet corporaliter ut omne totale cõtinens dicitur comp
hendere cõtentum ſicut uas uinum, ſecũdo ſpũaliter pro intelli
gere et uelle aliquam rem, ita q̃ illa intellectio, et uolitio ſit tã
te perfectionis et entitatis ſicut res cognita et amata, et ſic di
ſtinguitur ab apprehendere dupliciter, quia quocũq; res capia
tur ſiue pro parte ſiue pro toto dicitur apprehendi, ut cũ quis
tenetur per ueſtem uel per manum dicitur apprehendi ſed ſi p
totum tenetur dicitur comprehendi. Secũdo differt q̃a non opor
tet in apprehenſione actum eſſe tante perfectionis quãte eſt ob
iectum, ſed in comprehenſione oportet. Poteſt tertio dari diffe
rentia, perfecta apprehenſio ſufficienter habetur quando res
quidditatiue cognoſcitur, ſed perfecta comprehenſio requirit
rem cognoſci omni modo quo eſt cognoſcibilis actu adequato
uel perfectiore, illo modo nullus intelligens poteſt rem compre
hendere eo q̃ nullus poteſt cognoſcere rem ſub omni modo quo
eſt cognoſcibilis. Nam nec deus poteſt abſtractiue cognoſcere,
nec creatura infinite. Patet ergo q̃ capiendo proprie cõprehen
ſionem pro totam rem intelligere actu adequato in entitate uel
perfectiore, omittendo illam particulam, omni modo quo eſt co
gnoſcibilis, q̃ ſolus deus eſt a ſeipſo comprehenſibilis. Septimũ.
Poſſibilitas in primo articulo capitur pro potentia actiua inte
tionali nõ reali reſpectu fruitionis, ut ſit ſenſus, utrum uiator
habeat potentiam actiuam intentionalem qua poſſet frui eſſen
tia non fruendo perſona. Octauum. Potentia dei eſt duplex,
non q̃ ſint due uel due rões formales, ſed duplici modo exit in
actum. Vna uocatur abſoluta alia ordinata. Pontentia abſo
luta ſimiliter et ordinata capiuntur tripliciter. Vno modo for
maliter pro reſpectu fundato in diuina uoluntate ut factiua ẽ
ad res factibiles, et illo modo nihil ad propoſitum de ea. Alio
modo fundamentaliter, illo modo potentia abſoluta eſt ipa di
uina omnipotentia, ideſt diuina uoluntas. Similiter potentia or
dinata omnino eſt eadem uoluntas ita q̃ penes fundamentum
non differunt. Tertio modo capiuntur ut ſimul ꝯplectuntur et
fundamentum et reſpectum, et ſic abſoluta potentia dei eſt di
uina uoluntas inquantũ potens eſt facere omne quod non inclu
dit cõtradictionem. Sed ordinata potentia dei eſt eadem diui
na uoluntas inquantum conformat ſe legibus a ſe ſtatutis, qui
bus ſtantibus et ſtante q̃ uelit ſe conformare legibus illis, tunc
tantum poteſt illa, que per huiuſmodi leges ordinata ſunt de
berẽ fieri et non alia, quãuis poſſibilia eſſent fieri. De quo am
plius uideantur dicta in prolo. q. 4. in corpore queſtionis.

¶ DE PRIMO DICO q̃ poſſibile etc. Hec eſt pars execu
tiua, et diuiditur in quattuor articulos. Ex quoꝝ primo habẽ
tur. 21. dicta. Primum. Viator propria ſua potentia poteſt or
dinate frui eſſentia non fruẽdo pſona. Quid ſit ordinata frui
tio ſupra habitum eſt. q. 1. Secũdum. Nihil per ſe unũ in concep
tu conſtituitur ex abſoluto et reſpectiuo, cũ per ſe unum ut ta
le debeat cõſtitui ex pluribus eiuſdem generis uel eiuſdem ma
neriei ubi non eſt genus etc. ſm̃ q̃ ſupra diffinitum eſt in prolo
go. q. 3. ſed abſolutum et reſpectiuũ nõ ſunt huiuſmodi. Ex quo
patet q̃ nullum ſimplex eſt per ſe unum, ſed ſolum quod eſt cõ
ſtitutum ex pluribus. Dico in cõceptu quia perſona diuina ĩ re
eſt ſimplex res, non per ſe unum in re, quia nullum ſimplex eſt
per ſe unum, ideo oportet q̃ in cõceptu attendatur cõſtitutio di
uine perſone. Tertium. Licet perſona diuina non ſit per ſe unũ
in cõceptu ſed cõſtituatur ex pluribus cõceptibus, tamen in re
non eſt compoſitio aliqua in ea, quia ubicũq; eſt cõpoſitio in re
ibi eſt multiplicitas in re, qualis nõ eſt in pſona diuina. Quar
tum. Vltima reſolutio non poteſt eſſe in reſpectum nec ĩ re nec
in cõceptu, ergo cum ad diuinam eſſentiam ſit ultima reſolutio
omnium tam in re q̃ in conceptu perfecto, ideo neceſſario ipſa
eſſentia non eſt reſpectiua formaliter. Dixi, cõceptu perfecto,
quia in conceptibus imperfectis abſtractis ultima reſolutio fit
ad ens cuius cõceptus eſt imperfectiſſimus. Dictum illud quar
tum probatur, quia omnis reſpectus preſupponit aliquid ut fũ
damentum et terminum, ideo ſi ultima reſolutio eſſet ad reſpec
tum ſequeretur q̃ eſſet aliquis reſpectus qui nõ preſupponeret
fundamentum et terminum. Quintum. Eſſentia diuina ex quo
ad eam fit ultima reſolutio neceſſario eſt abſolutum formalit̃
non reſpectiuũ. Sextum. Perſona diuina non eſt deus formalit̃
ut probatur infra diſt. 2. parte ſecũda. q. 1. ideo dicit Auguſt. q̃
eſſentia eſt aliquid excepto relatiuo. i. eſt abſolutum formalit̃
diſtinctum a relatione. Septimum. Perſona diuina ſm̃ cõmunẽ
opinionem conſtituitur relatione, et illa relatio includitur quid
ditatiue in perſona et predicatur de ea in quid. Ex quo patet
ſi eẽntia dicitur relatiue. i. ſi relatio predicatur de ea in quid,
tunc non eſt eſſentia, quia eſſentia eſt ultimum fundamentum
ad quod omnia reſoluũtur in re et in cõceptu perfecto, ideo nõ
poteſt eſſe relatiuum quidditatiue. Patet ſimiliter hoc dictum
eſſe ueriſſimum, ſi pater non eſt aliquid ad ſe. i. ſi nullum abſo
lutum includeret tunc nõ eſt quod relatiue dicatur, quia ſi nul
lum fundamentum eſt, nec relatio eſſe poteſt nec aliquid rela
tiuũ. attento tamen hoc q̃ aliquando proximum fundamentum
unius relationis ẽ alia relatio ut patebit ĩfra diſt. 19. q. 1. in fine,
ſemper tamen ultimatum fundamentum eſt abſolutum. Octa
uum. Omne abſolutum inquantum abſolutum poteſt concipi ſi
ne omni reſpectu, in ratione ſua formali, tamen ad perfectum
cõceptum abſoluti requiritur conceptus alicuius reſpectus, ſed
non preciſe ad quidditatiuum conceptum. Nonum. Non eſt poſ
ſibile quidditatiue concipi aliquem reſpectum ſine confuſo con
ceptu fundamenti. i. non oportet q̃ diſtincte concipiatur funda
mentum quale ens ſit ſed ſufficit concipere confuſe aliquid in
cõmuni inquantum relatum illo reſpectu. Sequitur correlarie
q̃ diuina eſſentia poteſt concipi ſine perſona et ſine relationi
bus diuinis, licet non poſſit eſſe ſine eis, quia bene poteſt concipi
ſubiectum ſine paſſionibus, et tamen non poteſt eſſe ſine eis. ſm̃
cõmunem opinionẽ, ſaltem impoſſibile eſt q̃ illa ꝓpoſitio ſit ue
ra q̃ paſſio non ſit predicabilis de ſuo ſubiecto. Decimuꝫ. Eſſen
tia diuina in ꝓpria ſua rõe formali ꝯcepta ſine pſonis et rela
tõibus ꝯcipit ĩfinita entitatiue extra genus, ita q̃ nõ majorẽ p
fectionẽ ꝯcipet ĩtellectus ſi cũ hoc ꝯcipet pſonas et oẽs relatões

diuinas,ſicut nec in re maiorem perfectionem ponunt. Vndecimum. Omne illud eſt obiectum fruibile quod eſt intenſiue infinitum in entitate extra genus. Sequitur correlarie,ꝙ diuina eſſentia concepta ſine perſonis eſt uere et ex natura rei fruibilis,et ea ſic cōcepta poteſt uoluntas noſtra ordinate frui dato ꝙ non cum hoc frueretur perſona,quia ubicunque eſt talis infinitas ibi eſt ſufficienter obiectum fruibile. Duodecimum De facto contingit ſic aliquem uiatorem frui deo, quia poteſt concipere aliquod ſummum bonum eſſe in entibus, et omnino neſcire de perſonis uel non cogitare de perſonis, ille diligens ſummū illud bonum propter ſe,nequaq̄; male facit cuꝫ habeat debitum obiectum ex natura rei. Tredecimum. Licet qnis non ſemper cogitet de ꝑſonis cum cogitat de eſſentia uel de deo, et poſſit deū illo modo diligere,q̄uis explicite non diligat perſonas,tamen implicite diligit, quia illud quod diligit eſt deus et cum hoc eſt perſone tres realiter licet non concipiat tres ꝑſonas. Decimūquartū. Naturaliter cognoſcens ſummū bonum cōcipit ꝑſonam,ſed non eo modo quo nos cōcipimus, quia cogitat deū eſſe unam ꝑſonam abſolutam ſed nos credimus eſſe tres ꝑſonas relatiuas. Decimūquintum. Omnes philoſophi cōceperūt deum eo modo quo iam dictum eſt et uere fruebantur deo ſic cōcepto. Decimūſextū. Nō ē poſsbile ꝑſona ſine eēntia ordinate frui,quia perſona inquantū diſtinguitur ab eſſentia non eſt infinita formaliter ex ſe intēſiue extra genus,que infinitas requiritur ad fruibilitatem ordinatam. Decimūſeptimū. Cum doc. dicit ꝙ ꝑſona in rōne ſua includat eſſentiam,nō capit ibi rōneꝫ pro quidditate,quia nihil includit ꝑſona quidditetiue niſi reſpectus, ſ̄m cōmunē opinioneꝫ,tamen eſſentialiter et realiter includit eſſentiam.i.eſt eſſentia et illud quo ꝑſona eſt deus,eſt eſſentia,nec pōt ꝑfecte concipi ꝑſona niſi concipiatur eſſentia, includit ergo ꝑſona eſſentiam ſicut totum cōſtitutum includit partes, ſicut homo corpus et animam et tamen nec eſt corpus nec anima. Decimūoctauum. Viator pōt ordinate frui una ꝑſona ſine alia,quia pōt cogitare patrem in diuinis eſſe quandam ꝑſonā in uniuerſali et non cogitare eam eſſe abſolutam uel reſpectiuam et tamen cogitare ip̄m eſſe uerum deum. Decimūnonū. Non oportet cōcipiendo unū relatiuū concipe aliud niſi confuſe,ut ſi quis intelligit patrem ſufficit cogitare ipſum genuiſſe filium aliquem non determinādo quem,ideo ſunt tres articuli fidei diſtincti, cōceptibiles diſtincte de tribus ꝑſonis diuinis, quia pn̄t concipi quedam ꝑ ſe ſubſiſtentia nō determinādo nec ad ſubſiſtentiam abſolutam nec reſpectiuam, Vigeſimuꝫ. Dato caſu ꝙ perſone ut relatiue neceſſario ſimul cōciperentur,tamē non oporteret ꝙ ſimul diligerentur,quia ſepe unum relatiuum diligitur,alterum oditur,etiam fruimur creatore non creatura,licet ſint correlatiua. Vigeſimū. Fruitio primo terminatur ad eſſentiam.i.principale obiectū fruitionis eſt eſſentia,ſecūdo ad eſſentialia que ſunt ſecūdaria obiecta,licet ſint ratōes fruitionis ex infinitate ſua,non tamen ſunt radicalis ratio ſicut eſſentia,tertio terminatur ad ꝑſonas eo ꝙ nō ſunt rationes fruitionis ſed ſolum obiecta et termini.

in deo autem perſone uerbi, ſed uoluntas eſt principium amoris.i.i creaturis ē principiū ꝓductiuū actus uolendi,in deo aūt perſone ſpūſſancti.Tertiū.Oīs pluralitas reducitur ad unitatem.i.ad tantā paucitatē ad quātam poteſt. Seqtur correlariū pluralitas principioꝝ ꝓductiuoꝝ debet reduci ad tantā paucitatem quātam pōt. Quartū. Memoria fecūda eſt principium per modū nature.i.nō liberꝝ,et uolūtas fecūda eſt principiū liberꝝ,q̄ includūt ꝯdictionem,illā.ſ.liberꝝ et nō liberꝝ.Cū ergo nulla ꝯdictio pōt reduci ad unitatē ſeqtur ꝙ ad minus duplex eſt ꝓductiuū principiū i diuinis.ſ.naturale et liberꝝ, ſiue memoria fecūda et uolūtas fecūda.Sextū.Natura et uoluntas oppoſita ſunt,nō i eſſe ſed i opari et ꝓducere quia natura ex ſe iclinat ad agendū et ſemp ſeqtur hanc iclinationē,ſed uoluntas etiā ſi ex ſe inclinatur ad aliqd opandū uel ꝓducēdum tn̄ libera ē ut faciat hoc uel oppoſitū.Septimū.Si omne principiū ꝓductiuum ad unū reduceretur oporteret nece° uel tm̄ eē naturale uel tm̄ liberꝝ.Octauū.Perſona filii nō poſſet ꝓduci p principiū liberꝝ, nec pſona ſpūſſancti p principiū naturale.Sequitur ſi in diuinis principia ꝓductiua reducerētur ad unum ꝙ uel tm̄ eſſet filius uel tm̄ ſpūſſctūs,qa ſi illud eſſet naturale tunc tm̄ ꝓduceretur filius et nō ſpi.ſan.Si autē eſſet liberꝝ tunc tm̄ ſpi.ſan.ꝓduceretur nō filius.Nonum.Libere ꝓducere diſtinguitur eſſentialiter a naturaliter ꝓducere capiēdo eēntialiter large ꝑ formaliter. Dixi large, qa eēntia apud theologos ꝓprie capitur ꝑ natura cōicabili inquātum icludit oīa cōicabilia realiter ſibi idēptificata,qa cōmuniter dr̄ pſone diuine diſtinguuntur et realit̄ et formalit̄,nō eēntialit̄.Nā nō repugnat diuine eēntie ad itra diſtinctio formalis ut citius ifra patebit. Memoria autē fecūda et uoluntas fecunda nō ſunt alicuius ꝓductiua ad extra.Decimū.Illa duo pricipia nullius cōicabilis ſunt ꝓductiua,qa omne ꝓducibile ad itra eſt incōicabile ſed ſunt bene cōicatiua cuiuſlibet cōicabilis i diuinis,qa p memoriā fecundā cōmunicat̄ filio eſſentia cum oībus eſſentialibus et p uoluntatē fecundā cōicat̄ ſpūi ſancto diuina eēntia cum oībus eēntialibus. Vndecimum. Intellectus pfectus.i.memoria fecunda h₃ duplicē actum,unum ꝓductiuū,alterꝝ opatiuum. Actus ꝓductiuus ē ꝓducere uerbū. Actus operatiuus eſt ipm uerbum uel ipa intellectio i diuinis. Actus opatiuus.i.itellectio nō eſt actus ꝓductus ſed loco eius eſt pſona filii ibi ꝓducta.Sed actus ꝓductiu⁹ ē ipa generatio. Duodecimum. Intellectus eſt duplex.ſ.pfectus et impfectus. Intellectus impfectus eſt itellectus impeditus et finitus. Sed intellectus pfectus eſt duplex.ſ.ifinitus,et ſue naturali pfectiōi dimiſſus.Tredecimū.Intellectus uterq; pfectus pōt eē ens totaliter et penes oē cognoſcibile cognoſcere.Solus ifinitus itellectus natus ē itelligere oē obiectū tanto actu quātuꝫ obiectum ē ideſt ſi obiectum ē infinitum ꝙ etiā actus ſit ifinitus. Sequitur correlarie ſolus ifinitus itellectus pōt cōphēdere diuinā eſſentiam:quia ſola itellectio ifiniti itellectus eſt entitatiue ifinita. Intellectio tn̄ finiti intellectus pōt eſſe ifinita obiectiue. Decimūquartum.Differt dicere itellectio ē ifinita entitatiue et obiectue,Nā primum.i.entitatiue eē ifinitum ē habere ifinitatem intra ſe formalit̄ ut modum itrinſecum.Sed eē ifinitum obiectiue ē habere obiectum ifinitum.Decimūquintum.Intellectus ifinitus h₃ opationē.i.ingenitā itellectionē formaliter ifinitaꝫ, ſed habet ꝓductionē nō formalit̄ ſed idēptice ifinitā.Decimūſextū Omne impfectū reducit̄ ad pfectū prius ſe.Seqtur correlarie, quod nō h₃ prius ſe et qdditatiue nō icludit limitationem eſt ifinitū,et nullo° eſt iperfectū. Seqtur ſecūdo cū intellectus dei nō habeat priorē ſe ꝙ ſit ifinitus.Decimūſeptimū.Intellectus infinitus cū de rōne ſua ſit opatiuus et ꝓductiuus ſeqtur operationē ſuā.i.itellectionē igenitā eē ifinitā ſimilit̄ et ꝓductionem eſſe ifinitā idēptice,qa oīs operatio et ꝓductio ab itra i diuinis eſt tanti perfectiōis q̄ maioris eē nō poſſit.Idem dicatur de uoluntate diuina.Seqtur correlariū nō oportet ꝓductionē dei ad extra eſſe ifinitā obiectiue.i.ꝓductuꝫ ad extra nō eſt ifinitum licet ꝓductio.i.creatio.i.uolitio diuina ſit ifinita.Generatio autem et ſpiratio i diuinis tā realit̄ q̄ obiectiue ſunt ifinita.Decimūoctauū.Principia ꝓductiua i diuinis et ꝓductiones ſunt adequata itenſiue et extēſiue.i.ſicut pricipia ſunt ifinita ſic et ꝓductiōes,et ſicut pricipia ſunt tm̄ duo numero ſic etiam ꝓductiōes,et ſicut pricipia ſunt eterna,ſic et ꝓductiōes,quod eſt triplicit̄ eſſe adequata.ſ.i entitate,numero, et duratiōe.

¶ OBIICITVR CONTRA ISTAM Dedutionem etc. Hec ē ſecūda ps determinatiōis doctoris i qua ſibi obiicit ut melius materiā aperiat.Et obiicit ſibi quintuplicit̄. ¶ Primo ſic. Eſſentia diuina eſt naturale pricipium ꝓductiuū,ergo nō ſolū intellectus ꝓducit uerbū ſed etiā eſſentia.Rn̄det doc.ꝯcedēdo, et dicit ꝙ utrūq; ē unum totale principium ꝓductiuum ſicut dictum fuit q̄ſtione p̄cedente i diffinitiōe memorie fecunde,itellectus i rōne potētie,eēntia i rōne obiecti. ¶ Secundo ſic obiicit. Actus diſtinguūt potētias,ſed actus eēntiales ſunt diſtincti a notionalibus,ergo nō ſunt ab eiſdē potētiis a qbus ſunt eſſentiales.Ad hoc rn̄det doc.triplicit̄.Primo ad maiorē ꝙ maior intelligitur uel de operatiuis actibus ſolis.i.eēntialibus ſolis,uel notionalibus ſolis,et actibus adequatis,ita ꝙ una potētia h₃ tātum unum actum operatiuū adequatū,et tm̄ unum notionalem adequatum,ita ꝙ utrūq; habet,et qlibet eſt adequatus i ſuo genere,et hoc nece^m eſt i creaturis,qa ſicut itellectus creatus h₃ operationem adequatā ſic ēt neceſſe ē habere ꝓductionē illius actus q̄ ēt eſt adequata in ſuo genere ſicut operatio i ſuo genere.Hāc ſolutionē doc.ponit diſt.6.Secundo rn̄det.Producere et quaſi ꝓducere ſunt eiuſdē rōnis et ſic noticia igenita et genita habentur loco unius adequate noticie. Tertio dicit.ꝙ intellectus agens habet actū notionalē.i.productionem,et poſſibilis operationem.i.intellectus agens habet ꝓductionē ꝑ actu adequato,ſed poſſibilis actū ꝓductū,et ſic illi actus diſtinguūt potentiam. ¶ Tertio ſic obiicit.Principialitas nece° et cōtingent ſunt oppoſiti modi principiādi,et tn̄ uni diuine uolūtati conueniūt.Nā pricipiat nece° ſpm̄ſctm̄,et ꝯtingenter creaturā,ergo et principiare libere et naturaliter ꝯuenire pn̄t eidem. Rn̄det doc.Oppoſitio ſola nō facit ꝙ nō pn̄t ꝯuenire eideꝫ,ſed qn̄ ſunt oppoſiti et cū hoc ſic ambo ſunt pfecti ꝙ nullus habet pfectius ad quod reduceretur,ſed illud deficit i principiādo ꝯtingenter quod eſt impfectū.Ideo ſi naturalit̄ et libere reducerentur ad idē,illud ad quod reducerētur hr̄et ſimpliciter unū illoꝝ modorum principiādi. ¶ Cōtra dicta arguitur quadruplr̄. Primo ſic.In patre ꝓprie eſt itelligētia,et uerbū eſt ꝓpria pfectio intelligentie,ergo uerbū eſt itellectio patris.Rn̄det ꝙ uerbū ē formaliter memoria intelligētia et uolūtas,nec uerbū eſt itelligentia formaliter.i.qdditatiue licet ſit formaliter.i.uere et in propria forma habeat eā,Nā uerbū eſt genitū,itelligētia nō ē genita,Secūdo arguitur. Auguſtinus dicit uerbū eſt uiſio de uiſione,ergo uerbū eſt genitū de noticia,qa uiſio eſt ituitiua noticia.Rn̄det ꝙ ille eſt itellectus Auguſtini,uerbū eſt noticia de memoria uel de obiecto i memoria,qa uiſio in ſubiecto capitur pro noticia,et in p̄dicato ꝑ obiecto i memoria ut p₃ p Auguſ. Tertio ſic.Nō dn̄t memoria et itelligētia,ergo idem eſt dicere uerbū de memoria ſicut de itelligētia et ecōuerſo. Rn̄det ꝙ nō eſt realis dr̄ia ſed formalis et illa ſufficit.Quarto ſic arguitur.Nulla uidetur rō quare pater p gn̄ationem ꝓducat uerbū et nō p itellectionē cū ambo ſunt actus ſecundi.Rn̄det doc.ꝙ ē illa rō,qa gn̄atio eſt gn̄atio,iō p ipam gn̄atur filius,et qa itellectio ē itellectio iō p eā nō generat̄ filius. ¶ Alie due principales obiectiones non ſoluūtur hic,ſ₃ diſt.7.iō ibi formabo eas.

In hac littera ſunt quedam uirtualiter contenta, Primum. Intellectus ſolus non eſt principiū productiuum uerbi nec natura ſola, ſed intellectus habens diuinam eſſentiam ut obiectum preſens ut proximo intelligibile ſine omni impedimento conſtituunt memoriam que eſt principiū productiuū uerbi. Secūdum. Memoria eſt actus primus.i.forma productiua, ſed noticia genita eſt actus ſecundus.i.forma producta. Tertius forma capitur ad propoſitum dupliciter uno mō reſpectiue et pro ſignificato, et ſic idē eſt qđ informans, et hoc dupliciter uel reſpectu materie, uel reſpectu perfectibilis generaliſſime, ſicut homo dicitur perficere uniuerſum nō q ſit forma uniuerſi ſed una ualde nobilis pars uniuerſi, Secundo capitur forma cōiſſime prout diſtiguitur contra ſuppoſitū, et ſic omne quod nō eſt ſuppoſitum dicitur forma. Seqtur memoria in diuinis et oīs relatio diuina dicuntur forme, ſimiliter natura diuina. Quartū. Non debet dici intellectuз eē partiale principiū nec eſſentiā eſſe participale principium, quia oīs partialitas dicit īperfectionē, ſed debet dici incompletum principium nō tamen imperfectum. Quintum. Capiendo totū pro compoſito ex partibus nulla eſt totalitas in diuinis, ſed capiēdo totū pro completo et perfecto ente, in deo poteſt poni totalitas, et ideo nulla partialitas eſt ī deo, quia oē quod eſt in deo eſt infinitū. In deo quidem poteſt ꝯcedi quaſi partialitas in rationibus formalibus, quia licet idemptitas infinita ad idem ens numero infinitū ſufficiat pro omni perfectione nō tamen ſufficit una ratio formalis, quia licet intellectus infinitus ſit in re pfectiſſimus tamen ſine rōne formali uoluntatis nihil ualeret. Similiter eſt de intellectione et uolitione etc. Sextū. Ratio nature.i.natura ſiue conceptus nature capitur dupliciť, uno modo proprie prout capitur.2.phyſicoꝝ, et ſic idem eſt qđ inclinari ex quidditate ad aliquid agendū uel patiendū, et ſic ē cōe ad eſſentiam et intellectuз et per ꝯñs conuenit memorie, qa memoria fecunda inclinatur naturaliter ex ſua quidditate ad generandū uerbū. Secundo capitur natura pro entitate cōicabili principali in ſuppoſito quocunqз. Sequitur correlariū, illa ē concedenda, natura diuina eſt in naturali agente.i.in memoria fecunda. Per hoc patet quid ſit ꝑducere per modū nature.i.ꝑducere preciſe ſm inclinationem reſultantē ex quidditate alicuius. Septimum. Memoria patris eſt principium operatiuū et productiuū.i.ipſa eſt illud quo producitur elicitiue uerbū uel actiue, et ex ipſa reſultat noticia ingenita naturaliť, que uocatur operatio, quia neceº intrinſece noticia ingenita requirit intellectū et obiectum ſibi eſſe pñtia et ipſa opatur.i.intelligit intellectus ac ſi produxiſſet eā. Octauū. Intellectionē reſultare a memoria eſt dupliciter, uno mō ex actiuitate memorie ut ē ī creaturis, et iſta ē uera efficientia et realis terminatiue.i.terminus productus eſt ens reale. Alio mō ex naturali perfectione ſine oī efficentia ſicut ē in diuinis. Nonum. In creaturis memoriā operari eſt intellectionem in ſe hr̄e et p ipām obiectum attingere, et producere eſt illā intellectionē generare. Sequitur correlarie q eſt eadē memoria nūero que producit et opatur, uel qua ſuppoſitū producit et opatur, qđ dico pp diuerſam denominationem, ſed in diuinis opari memoriam eſt noticiā ingenitā habere, et producere ē realem perſonam diuinam producere. Decimum. In hoc differt memoria diuina a creata, quia diuina memoria tantum producit.i.habet actum producēdi reſpectu perſone realis et non reſpectu noticie, ſed in creaturis habet tantum actum productiuum reſpectu noticie non perſone. Vndecimum. Memoria in creaturis realiter precedit tam ꝑducere qз operari ſuum. Similiter precedit origine ſicut producens ipſum productum uel productionem. In diuinis autem non precedit realiter.i.duratione uel efficientia reali ipſam productionē, ſed tm̄ origine et naturali intelligentia. Duodecimū. Actus ꝑductiuus.i.ꝑductio nō fundať ſup noticia ꝑducta, nec in deo nec in creaturis, quāuis in deo illa ꝑductio ꝑcedat natura ipāз ꝑductionē et in creaturis equať, imo nulla noticia eſt principiū ꝑductiuū alicuius ut actus ſecūdi. Tredecimum. Per idē pricipiū deus pr̄ eſt opatiuꝰ naturaliter nō ꝑductiue.i.oīus cognoſcitiuus, et ſimiliter pſone filii productiuus, tamen prius naturaliter pater per memoriam eſt operatiuus ideſt omnium cognoſcitiuus qз ſit per eandem memoriam uerbi productiuus. Decimumquartum. Sicut aliquando ab eadem cauſa ſunt plures effectus, unus prior, alius poſterior, ita q primus nō eſt cā ſecundi ſed ambo ſunt ab eadem cā tamen ſecundus preſupponit primū, ſicut obiectū cauſat ſpeciē et intellectionē et naturaliter prexigitur ſpēs intellectioni, et tamen ſpecies non cauſat intellectionem ſed ambo ideſt ſpecies et intellectio ſunt ab obiecto eodem, ſic ab eadem memoria eſt opari et producere, et tamen operari non eſt principium productiuuз ipſius producere. Exemplum primi, ſol lucet et illuminat, lucet primo, ſecundo illuminat, ita q lucere non eſt propria cauſa illuminationis ſed ſol, et tamen non poſſet ſol illuminare quin prius luceret. Quo modo diſtinguantur potentie et obiecta uide in littere formatione. Decimumquintum. Noticia qua deus omnia cognoſcit dicitur quaſi genita, quia ſine memoria (que in creaturis eſt uera cauſa noticie) nullo modo poſſet eſſe noticia ī deo ſed reſultat ex memoria naturaliter ac ſi eſſet ab ea producta elicitiue. Decimumſextum. Cum dicit doctor in textu, q producere et quaſi producere ſunt actus eiuſdem rationis non debet intelligi ut iacet, quia quaſi producere eſt non producere ut patet ꝑ exponentes, modo non producere nec actus eſt, nec cum aliquo ente eiuſdem perfectionis, ſed debet intelligi q noticia ingenita in diuinis, et noticia genita in creaturis ſunt eiuſdem rationis ideſt ingeneratio et generatio non uariant rationes formales actuum illorum. Decimumſeptimum. Noticia ingenita ideo dicitur quaſi producta, quia memoria patris poſſet eam producere ſi nō naturaliter haberet et nō eēt realiter ſibi idē. Decimū octauū. Diſtinctio realis aliquoꝝ neceſſario reqritur ad hoc q uere dicať unū ꝑducens et aliud ꝑductū. Decimūnonū. Oppoſiti modi principiandi ſunt duplices, primi ſunt ſimpʳ pfectionis nullā icludētes īpfectionē ſicut ē generare ī diuinis et ſpirare, et dicuntur ſimpʳ perfectionis non q ſint pfectiones ſimpliciter in ſe, ſed quia neceſſario preſupponunt memoriam et uoluntatem que ſunt perfectiones ſimpliciter. Secundi modi ſic ſe habent q ad minus unus illorum includit imperfectiones, ſicut eſt ſpirare et creare. Spirare eſt neceſſarium et perfectum prīcipiare, ſed creare eſt cōtingens et imperfectuз principiare ex parte termini ideſt creature. Vigeſimum. Primi oppoſiti modi principiandi non poſſunt reduci ad unum eo q neuter includit imperfectionem, ſed ſecundi reducuntur ad unum.i.diuinā uoluntatem eo q contingenter principiare includit neceſſario impfectionē. Vigeſimūprimum. Voluntas in diuinis reducitur ad memoriā ut ad prius origine et natura, capiēdo prius natura pro naturali ordie, qa abſoluta neceſſitas ē q prius ꝑducať memoria qз uoluntas, ideo dr̄ memoria prior origine uolūtate, et nālis ordo ē potētiaꝝ q priꝰ opetur memoria qз uolūtas, iō dr̄ prior nā. Si aūt intelligeret prius nā.i.eēntia, falſus eēt, qa ſūt eēntialiter unū ſine oī ordine.i. ſūt una eēntia numero lз nō una qdditas uel formalitas. Seqtur correlariū. Ex quo nō ſunt diuerſe eēntie, ꝑprie nō pt̄ reduci unū ad alterū. Licet in rōne formali uoluntas ſit nobilior intellectu. Sequitur, ſecundo qз qз uolūtas ſit nobilior forʳ intellectu, non tn̄ ē pfectior, qa intellectꝰ eque infinitus eſt ſicut uoluntas. Vigeſimūſecūdum. In patre formaliter eſt memoria et ītelligētia et uolūtas, imo pater formaliter eſt memoria, ītelligētia et uolūtas. Et capitur ibi uo

luntas theologicaliter pro potentia et obiecto actu uolibili. Vigeſimũtertium. Quelibet pſona diuina intelligit ſe et omnez aliã perſonã et omne ens, et quelibꝫ memoratur ſui et cuiuſlibꝫ alterius.i.quelibet perſona hꝫ memoriã rõne cuius oĩa intelligit .i.hꝫ intellectũ et omne obiectũ preſens et uirtute obiectoruꝫ et intellectus oĩa intelligit, et intelligitur reſpectu creatorum obiectorũ tantũ termininatiue, quia ſola eſſentia diuina mouet pſonas ad intelligendũ creaturas. Vigeſimumquartũ. Falſuꝫ eſt ꝙ ipſe filius ſit intellectio qua pr̃ et ſpũſſanctus intelligant ſe et omnia, ſic intelligendo ꝙ perſona filii ſit ipſa intellectio inquantum diſtĩguitur a patre et ſpũſancto et ꝙ nulla alia intellectio ſit in diuinis niſi perſona filii. Similiter falſum eſt ꝙ perſona ſpũſſancti ſit amor quo perſone diuine amant omnia ita ꝙ nullus alius amor ſit ibi. Vigeſimumquintum. Intelligentia conſtituitur per uerbũ.i.formalis pars intelligentie eſt uerbum. Nã intelligentia eſt intellectus cum uerbo in creaturis. Vigeſimum ſextum. Illud dictuꝫ falſum eſt uniuerſaliter, ꝙ uerbũ ſit pars intelligentie, et tñ partialiter uerum eſt.i.in creaturis. Nam in creaturis noticia omnis eſt producta. In diuinis aũt non eſt ꝓducta noticia, nulla autem noticia niſi producta uocatur uerbum. Sequitur correlarie ꝙ de rõne uerbi eſt ꝙ ſit genitũ. Vigeſimũſeptimum. Noticia eſt duplex, quedã recta, quedã reflexa ſiue declaratiua.i.declaratiua illius recte noticie. Noticia recta eſt prima noticia qua intellectus primo fertur in obiectuꝫ intellectum uel intelligendum. Sed noticia declaratiua eſt illa noticia qua intellectus fertur in actũ intelligendi cognoſcendũ ut obiectũ cũ intellectu in quo eſt. Vigeſimũoctauũ. Declarare obiectũ eſt relatio rationis.i.oſtendere hoc eſſe cognitũ ut ſit ĩ actu reflexo. Probatur. Illa relatio eſt rationis cuius terminꝰ eſt ens rationis, ſed omne cognitũ inquantũ cognituꝫ eſt ens rationis, ergo declaratio qua declaratur hoc eſſe cognitũ eſt relatio rationis. Vigeſimũnonũ. Declaratio fit intellectui per actũ intelligendi de obiecto cognito et ſic eſt duplex terminus declarationis, unus eſt intellectus cui fit declaratio, et alius obiectũ qd̄ declaratur. Trigeſimum. Quicquid in patre eſt, eſt nõ genitum. Sequitur ꝙ in patre non eſt uerbum, quia uerbũ eſt genitum. Trigeſimũprimũ. Aliquid eſſe in patre eſt dupliciter. Vno mõ formaliter.i.ratione eſſentie uel perſonalitatis ſue in propria ſua quidditate et natura. Alio mõ circũinceſſiue de quo poſtea patebit diſ.19. Dictũ precedens intelligitur primo modo nõ ſecundo mõ, quia filius eſt in patre circũinceſſiue. Trigeſimumſecundũ. Cũ dicitur uiſio cogitationis et plura alia ſimilia, ibi eſt cõſtructio intranſitiua.i.tota oratio ſolũ ualet nominatiuũ genitiui et habentur pro eodem ambe partes orationis, et ſic uiſio cogitationis idem eſt qd̄ cogitatõ, uiſio ſcientie.i. ſcientia. Trigeſimũtertium. De ſcientia naſci cogitatiõeꝫ eſt de obiecto in memoria produci actum intelligendi uel uerbũ. Sequitur, ſcientia apud Auguſtinum idem ẽ qd̄ ipſum obiectũ inquãtũ ẽ in memoria et ita ĩ intellectiõe abſtractiua ſcientia dicitur obiectum inquantũ per ſpeciem preſentatꝛ intellectui ſm̃ Scotum et Auguſtinũ obiectũ in ſpecie eſt habitus ut pꝫ in textu. Trigeſimũquartũ. Non poſſũt omnino memoria et uoluntas eẽ idem ex natura rei, quia realiter cõuenit memorie ex ſua quidditate producere uerbũ, et realiter repugnat uoluntati ex ſua quidditate. Et ecõuerſo eſt de uoluntate. Et capiatur ſemp uoluntas theologicaliter. Tregeſimũquintũ. Differũt memoria et intelligentia realiter non ſic intelligendo ꝙ abſolute poſſet negari unum de altero ut una perſona de altera, quia illa eſt uera, pater non eſt filius, et illa eſt falſa, memoria nõ eſt intelligentia ſed addendo formaliter uel aliquid aliud poteſt uerificari, ut dicendo memoria nõ eſt formaliter intelligentia. Trigeſimumſextum. Propoſitio ĩmediata eſt duplex penes quartum modum dicendi per ſe, ſcilicet contingens et neceſſaria (qui modus eſt cauſandi proprie non dicendi uel predicandi, dicitur tamen predicandi quia exprimitur per propoſitiones.) Exemplum de contingente ut calor calefacit, quia nulla cauſa mediat inter calorem et calefactionem. Exemplũ ſecundi, calor eſt calefactiuus, quia inter calorem et aptitudinem illã nihil mediat qd̄ ſit ratio aptitudinis illius niſi propria ſua quidditas. Trigeſimumſeptimum, Iſla eſt ĩmediata negatiua, operatio ñ eſt productiua.i.intellectio non eſt cauſatiua habitus nec alterius quia ex intrinſeca natura operationis repugnat ſibi aptitudo producendi. Trigeſimũoctauũ. Operatio eſt perfectio operantis.i.intellectio uel uolitio eſt perfectio intelligentis uel uolẽtis.i.formaliter in eo eſt, in creaturis quidem inheſiue et accidẽtaliter, in deo autem idemptice in propria ſua forma, ſed productio ut productio non eſt perfectio producentis, quia productio abſolute capta paſſiue ĩtelligitur non actiue. Sequitur correlarie, Intellectioni patris repugnat ꝙ ſit productiua filii, quia omni operationi repugnat productio actiua, intellectio eſt operatio, ergo etc. Trigeſimũnonum. Dictio differt a ſpiratione. Nam dicere eſt intellectualiter producere ſed ſpirare eſt uoluntarie producere. Quadrageſimum. Efficere generare, dicere, et producere, differunt. Nã efficere ẽ phyſice et realiter aliquid facere per motum uel mutationẽ, accidẽtaliter uel ſubſtãtialiter, intentionaliter uel realiter, Dicere autem eſt tm̃ intellectualiter producere. Generare autẽ eſt productio naturalis et inſtantanea ſubſtãtie, capiendo inſtans tã pro inſtanti eternitatis, eui, q̃ꝫ temporis, preſuppoſito aliquo materiali. Sed productio eſt generalis cõceptus ad omnia iſta. Quadrageſimum primũ. Plene perfectionis eſt aliquid ideꝫ poſſe ꝓducere et operari ſimul reſpectu diuerſorum ſicut eſt intelligere aſinum et cum hoc facere ciſtam. Quadrageſimumſecundũ. Multum differt dicere actus intellectus et actus intelligendi. Nam ſola intellectio uocatur actus intelligendi, ſed omne quod eſt ab ĩtellectu uocatur actus intellectus. Sequitur correlarie. Dicere.i.ꝓductio intellectionis eſt actus intellectus ſed non eſt actus intelligendi. Quadrageſimumtertium. Aliquid eſſe productiuũ poteſt intelligi dupliciter. uel quod ſit principium.i.forma cuiꝰ actiuitate mediante productione producatur aliquid ut eſt intellectus qui mediante intellectificatione.i.intellectionis productiõe cauſat ĩtellectiõẽ, uel ꝙ ſit ipã ꝓductio, qa hoc cõplexũ actꝰ ꝓductiuꝰ idẽ ualꝫ qd̄ ipã ꝓductio illo ſecũdo mõ etc.

¶ AD PRIMVM ARGVMENtum pricipale dico etc. Hec eſt cauda queſtionis. Cum ergo queritur. Vtrum in diuinis ſint tantum due productiones intrinſece. ¶ Pro parte negatiua arguitur ſic. Vnius nature eſt tantum unus modus communicandi, ſecundum Auer. ſed diuina natura eſt tantum una, ergo tantum una productio eſt in ea. Maior ꝓbatur quadrupliciter, tribus rationibus Auerrois, et una alia ratione. prima ratio Auerrois eſt iſta. Vbicunq; eſt diuerſitas agentium ibi eſt diuerſitas materiarum et formarum, ſed in generatione uniuoca et equiuoca eſt diuerſitas agentium, ergo impoſsibile eſt ꝙ eiuſdem rationis aliqd̄ poſſit produci uniuoce et equiuoce. Maior probatur, quia diuerſa agentia ſpecifice diſtĩcta, materias ideſt receptiua diuerſa diſponũt, et ubi ſunt diuerſa receptiua etiam forme recepte diſtinguuntur et ſunt diuerſe. Secundo ſic. Si poſſet homo equiuoce et uniuoce generari poſſet a caſu generari, ſed hominem a caſu generari ẽ ĩpoſsibile, ergo hõ nõ põt equiuoce generari. Maior pꝫ. Quicqd̄ poteſt indeterminate ex quolibꝫ generari, a caſu põt generari, ſed ſi homo poſſet equiuoce generari, ergo ex quolibet poſſet generari. Tertio ſic. Generari equiuoce eſt generari non ex ſemine, aut ergo ſemper uel frequenter uel raro, non ſemper

quia nunq̄ uniuoce ideſt ex ſemine generaret. Si frequenter ergo raro ex ſemine generatur et per conſequens a caſu quod eſt impoſsibile. Quarto ſic. Diuerſorum motuum ſpecie ſunt termini diſtincti ſpecie, ſed generatio et ſpiratio ſunt motus diſtincti ſpecie. ergo perſone producte ſunt diſtincte ſpecie et eſſentialiter, conſequens eſt falſum, ergo aliquã premiſſarum, nõ maior ergo minor ſcilicet ꝙ in deo ſint due productiones ſcilicet generatio et ſpiratio. ¶ Pro euidentia illorum argumentorum ſunt plura notanda. Primum. Rationes Auerro. procedunt contra auicẽnam cui imponit ꝙ dicat hominem poſſe generari uniuoce.i.ex ſemine uiri et mulieris ſecundum conſuetum modũ generandi. Similiter ꝙ poſsit generari equiuoce.i. ex ſemine hominis ſine muliere ſcilicet per applicationem actiuorũ et paſsiuorum nature uniuerſalis cuius modos non neceſſe eſt hic ponere et ideo rationes Auer. nihil ad propoſitum nr̄m. Secundum. Auer. dicit id fieri a caſu quod non eſt conſuetum et omnino principalis et naturalis modus ut quando aliquid poſſz generari ex ſemine et ſine ſemine, ſi conſuetum eſt generari ex ſemine tũc generari non ex ſemine dicit eſſe a caſu, dato ꝙ ex ĩtentione nature fieret. Tertium. Productio eſt duplex ſcilicet uniuoca et equiuoca. Equiuoca productio eſt cuz producens et productum ſunt alterius ſpeciei, ut eſt ſol et uermis. Productio autem uniuoca eſt cum producens et productum ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsime ut eſt pater et filius et generatio filii a patre eſt uniuoca. Quartũ. Generatio fit dupliciter .ſ. per propagationem.i. naturalem ordinem quo parentes conſueuerunt filios generare, et per putrefactionẽ.i. per corruptionẽ unius corporis per celeſtem influentiam et alterius forme inductionẽ in eãdem materiam ab eadem celeſti influentia, ut quãdo ex corruptione ſtercoꝝ aliquorum animalium fiũt ueſpe et cinices et huiuſmodi. Quintum. Perfectiora animalia tantuz poſſunt generari per propagationem et non per putrefactiõem. Sequitur ꝙ cum homo ſit perfectiſsimum animal non poterit uerus homo generari niſi per propagationem uel creationem. Sextum. Multa monſtra ſunt animalium que habent ueram figurã hominum et poſſunt loqui ſicut homines que per putrefactionem generari poſſunt ſicut per propagationem ut uult Auicenna, et multa talia ſunt in uniuerſo ut notuz eſt expertis. Septimũ. Imperfecta animalia quando ſunt genita per putrefactionem poſſunt poſtea per propagationẽ alia generare ut ueſpe et rane et huiuſmodi genite ex celeſti influentia propagant poſtea alia eiuſdem ſpeciei. Octauum. Nullum idem ens numero poteſt propagari per putrefactionem et propagationem ſed bene duo eiuſdem ſpeciei poſſunt ſic ſe habere ꝙ unum ſit genituz per putrefactionem et aliud per propagationem. Nonum. Plãte generantur uniuoce et equiuoce.i. per propagationem et putrefactionem, quando generantur per putrefactionem tunc generantur ſine ſemine, ſi autem per propagationem tunc cum ſemine, et intelliguntur ſurculi abſciſi etiam ſemen. Decimum. Auer. nitebatur improbare opinionem iſtam.ſ.ꝙ aliquid eiuſdẽ ſpeciei poſſet generari equiuoce et uniuoce, et nitebatur aſſerere ꝙ nihil eiuſdem ſpeciei poſſet generari uniuoce et equiuoce, hoc autem falſum eſt ſecundum Ariſtotilem, Auguſtinum et ſe ipſum. Vndecimum. Ignis poteſt generari uniuoce et equiuoce. Vniuoce ab igne. Equiuoce autem uno modo per fortem motum, uel fortem colliſionem corporum ut cũ excutitur ignis de lapide uel ferro. Alio modo per concurſum radiorum, ut cum quis habet concauum ſpeculum ſi opponitur ſoli, et radii colliguntur in fundo illius ſpeculi, uerus ignis generatur et purus unde candele poſſunt accendi. Tertio per influentiam celi. Quarto per deum. Duodecimũ. Si quis digitũ haberet in igne genito per concurſum radioꝝ non tam grauiter combureretur digitus iſte, quia puriſsimus ignis eſt. Sequitur correlarium, ꝙ calor non neceſſarium accñs eſt igni ſed aliunde ineſt ſibi, quia quanto purior tanto minus calidus. Tredecimum. Calor etiã equiuoce generatur et uniuoce proportionabiliter ſicut ignis. Decimumquartum. Capitulum tranſlationis et capitulũ alteratiõis eſt tractatus de tranſmutatione.i. ſubſtantiali generatione per formarum tranſmutationem, et tractatus de alteratione.i. per qualitatum mutationem, generationem, et corruptionem. Similiter capitulum tranſlationis dicitur tractatus de motu locali. Cum ergo dicit Auer. exitus ignis a lapide non eſt de capitulo tranſlationis ſed de capitulo alterationis ſenſus eſt, non eſt per motum localẽ ſed alterationẽ. Decimũquintum. Veſpe generantur de carnibus putrefactis equorum per celeſtem ĩpreſſionem. Sed apes generantur de carnibus putrefactis uaccarũ. Decimumſextum. Quecunq̄ habent eaſdem operationes, circa eadem obiecta, eoſdem motus naturales, eadez organa, et circa eadem obiecta collectiue.i. ſi omnia hec ſimul iungantur et cuz hoc oĩa conſeruantur ab eiſdem et corrumpantur ab eiſdem, illa ſunt eiuſdem ſpeciei. Decimũſeptimũ. Hec auctoritas ſecundo de aĩa, membra leonis nõ differunt a membris cerui niſi quia anima differt ab anima ſic intelligitur, tota cauſa et principalis quare diuerſa aĩalia habent diuerſitatem mẽbrorum et organorum eſt. quia anima illius eſt alterius rõnis ab anima alterius, et ideo aĩa illius requirit talia membra, et aliud aĩal requirit alia. Seqtur correlarie, ꝓpter animas et formas ut cauſas finales aptantur oẽs materie. Decimumoctauũ. Inter conditiones ſupra nominatas de ſpecifica unitate ſi oẽs ſimul ſunt eiuſdem rõnis in pluribus, tunc illa uere indicantur eſſe eiuſdẽ ſpeciei, ſi aũt non ſunt omnes ſimul, non poteſt certũ dari iudicium an illa ſint eiuſdem uel alterius ſpeciei. Decimumnonum. Per artem põt ſimile fieri ei qđ per naturam fit. Quod põt dupliciter intelligi, uel ꝙ ex ingenio artis aliquid producatur ſimile ei qđ natura ſine ingenio artis producit ſicut ſilueſtres arbores et plantate domeſtice arbores ſunt eiuſdẽ ſpeciei et utrobique natura operatur, et in domeſticis arboribus cuz natura cõcurrit ingeniũ artis applicantis actiua paſsiuis et impedimenta remouentis, uel ꝙ ſola ars operetur ex una parte et natura ſola ex altera parte ut ẽ de hoĩe uiuo et picto. Vigeſimũ. Ariſt. 7. metha. primo mõ intelligit, quia quãdo materia eſt ſimilis, ſimiliter diſpoſita per ingeniũ artis, et ita ſimiliter eſt diſpoſita per naturam, tũc poſſunt eadem fieri.i. ſi applicat ars materias ſuis actiuis et paſsiuis ita bene producuntur naturalia ſicut ſi natura faceret. Vigeſimũprimum. Secũdũ Ariſt. eadẽ poſſunt fieri ab arte.i. intentione et a caſu.i. preter intentionẽ quãdo materia.i. reliqua cõcurrentia ſunt ſimilia. Vigeſimumſecundum. Non oĩa a natura poſſunt fieri a caſu ſicut eſt homo et perfecta animalia. Trigeſimũtertium. Illa poſſunt per putrefactionem uel equiuoce generari in quoꝝ materias celeſtis uirtus põt formas imprimere. Vigeſimũquartum. Vita miniſtratur multis animalibus poſt ſui enixionẽ.i. parturitionem, a celeſti uirtute, quia plurima animalia generant̃ ſine uita et poſt aliquos dies uiuificantur. Vigeſimũquintum. Materia capitur dupliciť. Vno° ꝓ materia prima.i.ꝓ illo ultimo qđ ſp remanet quacunq̄ mutatiõe facta, ut cũ ex terra fit lignũ, poſtea ꝯburit lignũ et fit cinis ex cinere fit uitꝝ, ex uitro fit cibus ſalamãdre, ex ſalamãdra fit aer ĩmediate, ex aere fit ignis, ibi multe forme abiiciunt̃ et ſp idẽ aliqđ manet et illud manẽs ẽ materia prima. Secũdo° ꝓ materia ſecũda.i. et ẽ unũ cõpoſitũ ex materia illa prima et aliqua forma, ut eſt aqua, ignis, uel lignũ, et illa eſt duplex. quedam tranſiens, et quedam manens. Manens ut ferrum in cultello. Trãſiẽs ut aq̃ et farina in pane, et iſta materia uocat̃ oppoſitum in textu. Vigeſimumſextum. Materia prima uocatur

proprie materia et materia ſecunda manens non dicitur ĩpro-
prie materia nec omnino proprie, ſed materia tranſiens equi-
uoce uocatur materia. Vigeſimumſeptimum. Materia prima et
ſecunda manens eſt cauſa intrinſeca ex qua fit res ſubiectiue,
ſicut forma eſt cauſa intrinſeca ex qua fit res informatiue. In
genitis per propagationẽ et putrefactionem eſt materia prima
eiuſdem rationis ſed non ſemꝑ materia ſecunda nec manens nec
tranſiens. Vigeſimumoctauũ. Illa diuiſio ſecundi phyſicorum ꝙ
alia fiant ſemper, alia frequẽter, alia raro, nõ facit tria ſꝫ duo
membra, quia cum dicitur aliqua ſemper uel frequẽter fieri ly
uel capitur expoſitiue ſic intelligẽdo ſemper .i. frequẽter, et fre
quenter idẽ ẽ qđ ex determĩata naturali intentione agentis ſi ẽ
naturale agens, uel ex determinata libera intentione ſi eſt libe
rum agens, ſed raro idem eſt qđ preter intentionẽ agentis pro-
ximi, non remoti. Exemplũ primi. Cum ignis cõburit, ex intentio
ne nature ſue comburit, quia determinate eſt conditus ut cõbu-
rat. Exemplũ ſecũdi, ut cũ ſcriptor uult ſcribere ſcribit. Exẽplũ
tertii, ut medicus dat potionẽ aliquã flegmatico q̄ debet coleri
co ex illa potiõe morit flegmatic9 ſꝫ colericus ſanaretur ſi fu
iſſet data ei. Ecce intentũ medici fruſtratum eſt, quia ille mor-
tuus eſt, et tamen non p̄ter intentionẽ nature quia determinate
iſta potio et iſta natura cõuenientia .i. ſibi inuicẽ applicata, ex
intentione ſua ſe deſtruũt et tñ a caſu fit ex pte medici, et iſte
modus in omni caſuali eſt, quia oẽ caſuale hꝫ determinatã ca-
ſuam ꝑ ſe ĩtendentẽ effectũ caſualẽ, q tñ ſolũ dicit caſualis re
ſpectu unius ꝓximarũ cauſaꝝ, cõtradictoriũ hui9 effectus ca-
ſualis ꝑ ſe ĩtendẽtis, iõ in textu habetur, ibi accipit etiã raro, qa
raro et ut in pluribus intelligũtur diſiunctiue in diuiſiõe phi ſe
cundo phyſicoꝝ, que talis eſt, oĩs effectus uel fit ut raro, uel ut
in pluribus, et dicit doc. ꝙ membra diuidẽtia ſunt ꝯdictoria nõ
diſpata nec cõtraria .i. hec dictio ut in pluribus tm̃ ualet ſicut
ex determinata intẽtione, et hoc uocabulũ ut raro ualet tantuꝫ
ſicut nõ ex determinata intentiõe ita ꝙ ꝑ ly raro nihil poſitiuũ
intelligit, quia quicqd poſitiuũ ẽ in effectu caſuali eſt ex deter
minata intentione nature qđ eſt idẽ cũ altero mẽbro diuiſionis
.ſ. ut in pluribus, et ſic nõ eſſent diſparata illa mẽbra, raro et
ut in pluribus. Vigeſimumnonum. Quãdo queritur, omne quod
fit aut fit ex neceſſitate aut ut ĩ plurib9 aut raro, ex hoc ego q̄
ro utrũ genitũ per putrefactionẽ et ꝓpagationẽ fiat ex neceſſi
tate, uel ut in pluribus, uel raro. Primo datur negatiua .ſ. non
ex neceſſitate et ſi fit ex intentione cõceditur ſibi ut in plurib9,
et ſemꝑ negetur neceſſitas. Trigeſimũ. Aliquid raro fieri intel
ligit dupliciter, uel ꝙ raritas cõparetur ad agens non intendẽs,
uel ad numeꝝ actionũ. Nullo mõ debet intelligi ſecundo modo,
quia illud nõ dicit raro fieri a philoſopho qđ in numero raro
fit, ſed illud qđ p̄ter intentionẽ fit, quia lapidem a caſu frange-
re caput hominis p̄ter intentum ſepius cõtingit q̄ꝫ ꝙ ſol eclipſet,
et tñ eclipſis ſolis naturalis eſt et aliud caſuale. Trigeſimũpri
mum. Cũ doc. dicit ꝙ raro uel ut in pluribus, diſiungit inter cõ
tradictoria nõ diſparata ibi ly raro puram negationem dicit
.i. non ex determinata intentione, et ly in pluribus .i. ex determi
nata intentione. Diſparata ſunt ille cauſe ſcilicet naturalis et
libera ꝑ ſe intendẽs, et cã caſualis inquantum intendit aliquid ꝑ
ſe, ſed dicitur contradictorium inquantum aliquid preter inten
tum eius euenit. Trigeſimumſecundũ. Cum poſtea doctor dicit,
ꝯparãdo effectuꝫ equiuocũ ad cãꝫ equiuocã ſub diſiunctiõe ad
cõtradictoria. Illa ꝯdictoria ſunt ſemen et non ſemen, effectus
equiuocus eſt naturaliter producibilis ex ſemine et non ex ſe-
mine, diſparata ſunt uniuoca generatio et equoca, quia ut ĩ plu
ribus et naturaliter fit apis tam uniuoce generata q̄ꝫ equiuoce
tamẽ uniuoce fit ex ſemine et equiuoce nõ ex ſemine. Ecce utra
que cauſa eſt determinata ſed ſub diſiunctione ad contradicto

ria, ita ꝙ una ex ſemine, alia non ex ſemine, et tamen ſunt di-
ſparata et ambo poſitiue agunt. Trigeſimumtertium. Illa pro
poſitio motuuꝫ differentium ſpecie ſunt termini differentes ſpe
cie, eſt indeffinita et non uniuerſalis, et ſufficit eam uerificari
tantũ in uno ſuppoſito, licet ſubiectũ eius ſupponat pro omnib9
diſiunctiue. Exemplum, homo currit, ly hõ ſupponit pro oĩbus
hoĩb9 diſiũctiue ut ille hõ currit uel ille hõ currit etc. et ſi ſolus
unus hõ reperitur qui currat ſufficienter uerificatur illa ꝓpo
ſitio, dicendo hoc curri demonſtrando currentẽ, ſic etiam ẽ hic,
Tregeſimumquartũ. Motus capitur dupliciter. Primo pro for
ma que acquiritur ſucceſſiue. Secũdo pro fluxu illo .i. ſucceſſi
ua acquiſitione illius forme. Exemplum, in calefactione poteſt
calefactio capi pro calore, uel pro caloris ſucceſſiua acquiſitio
ne, que duo non ſunt idem quia calor acquiſitus remanet tran-
ſeunte ſucceſſiua acquiſitione. Trigeſimũquintum. Quãdo una
acquiſitio .i. ipſa productio eſt eiuſdem rationis cũ forma que
acquiritur et forma que acq̄ritur dum acquiritur eſt eiuſdeꝫ
rationis cum forma remanente poſt acquiſitionẽ .i. illud qđ ſuc
ceſſiue acquiritur nõ eſt aliud q̄ꝫ illud quod remanet poſt mo
tum, tũc illa indeffinita eſt uera. Exemplum ſint due calefa-
ctiones, fluxus utriuſq; eſt eiuſdem rationis et calor qui acqui
ritur ſutceſſiue et calor qui remanet poſt calefactionem ſunt
eiuſdem rationis, ideo etiam ille calefactiones ſunt eiuſdem ra-
tionis, ſed frigefactio et calefactio non ſunt eiuſdem rationis,
quia fluxus illi ſunt diuerſarũ rationum ſimiliter forme acqui
ſite .ſ. calor et frigus. Trigeſimumſextũ. Productio in diuinis q̄
uocatur generatio non eſt eiuſdem rõnis cum illa que uocatur
ſpiratio, nec etiam ipſa productio nec aliquid productionis eſt
eiuſdem rationis cũ forma terminãte .i. cum eſſentia, quia eſſen-
tia eſt abſoluta, productio aũt reſpectiua. Sequitur, ꝙ illa idef
finita in diuinis eſt falſa. Trigeſimumſeptimũ. Falſitas huius
indefinite poteſt etiam alia uia doceri, quia idẽ locus poteſt ac
quiri per motum rectum et circularem, qui tamen uidentur mo
tus diſtincti ſpẽ, et tamen eſt idem terminus ſpecie. Dixi uide-
tur, quia in rei ueritate falſum eſt, quia q̄ꝫuis rectum et circula
re diſtinguãtur ſpecie, motus tamen ſuper lineã rectam et cir
cularem ſunt idem ſpecie. Trigeſimũoctauũ. Rectitudo et circu
laritas ſunt accidentia quantitatis, ergo cũ dicitur .7. phyſico-
rum motũ rectũ et circularem eſſe incompabiles propter ſpeci-
ficam diſtinctionẽ ĩtelligitur accidentaliter incompabiles .i. illi
motus facti ſunt ſuꝑ lineas que nõ ſunt cõparabiles et ille sũt
accidentia in ſubiecto motus .i. rectitudo et circularitas ſunt ĩ
compabilia. Sed melius exemplum de motuũ ĩcompabilitate da
retur ſi graue deorſum moueretur naturaliter ad eundem lo
cum ad quem leue ſurſuꝫ ferretur, tũc illi motus differrẽt ſpe
cie, et tamen eſt idem terminus acquiſitus per utrunq; motum.
Trigeſimumnonuꝫ. Natura eſt duplex, creata et increata. No
biliſſimum producens in natura creata eſt ipſa ſubſtantia na
ture, quia uolitio per quam uoluntas producit eſt accidens. Se-
quitur correlarie, ꝙ in natura creata nulla eſt perfecta pro-
ductio niſi per ſubſtantiam nature. Sequitur ſecundo, ꝙ in cre
aturis productio uoluntatis eſt omnino imperfecta. Sequitur
tertio ꝙ uoluntas creata non poteſt naturam communicare. Se
quitur quarto, cum natura ſolum uno modo agat, non poteſt na
tura creata niſi uno modo communicare ſe ideſt naturaliter ñ
libere propter accidentalitatem productionis. Sequitur quinto,
cum uolitio diuina et uoluntas diuina et intellectus diuinus et
intellectio diuina ſunt eque perfecta cum diuina eſſentia, ſe-
quitur ꝙ diuina natura cum intellectu poſſit eſſe principium ꝓ
ductiuum unius perſone diuine cui perſone ſe ipſam commu-
nicat, et cum uoluntate productiua et communicatiua alteri-
us perſone cui etiam ſe ipſam communicet. Sequitur corre-

ſarium,ꝙ diuina natura pōt cōmunicari per duo pricipia pro-
ductiua.ſ.per naturā et uoluntatē, ſed in creaturis non pōt ni-
ſi uno principio cōicari.ſ.natura. Quadrageſimum.In creatu-
ris eſt duplex principiū operatiuū perfectū operationū perfe-
ctaꝝ et adequataꝝ in opari et nō in eſſe ſicut eſt intellectus et
uolūtas. Quadrageſimūprimū. Adequari alicui eſt duplex.ſ.
in eſſe et in opari. Adequari in eē eſt habere tā perfectū eē ſi-
cut aliud cui adequatur,ut filius pr̄i adequatur. Sed adequari
in operari eſt h̄re opationē tā perfectā q̄tā alteꝝ pōt habere,
ut ſi intellectus intelligat q̄tū pōt d̄r illa intellectio ſibi adequa
ri in operari, non aūt in eſſe,quia intellectus ē ſubſtātia et itel-
lectio accidens.Sequit̄ correlarie, in hoc differt itellectus crea
tus et uoluntas creata ab intellectu diuino,et uolūtate diuina,
quia opationes et productiones diuine adequātur ſuis princi-
piis tā in eſſe q̄ in operari,ſed in creaturis alique adequantur
in opari et alique nō.Nulle aūt adequātur in eſſe.Et qa opatio
nes et productiones intellect⁹ creati et uoluntatis create non
ſunt adequate in eē,ideo intellectus et uoluntas ibi nō ſunt com-
municatiua nature.i.productiua ſubſtantie eiuſdem rationis
cum ipſis.¶ Nunc ad formā argumentorum. Maior primi eſt
falſa,ſimiliter probatio eius,quia idem calor ſpecie pōt produ
ci a pluribus ſpecie diſtinctis que tamen materias eodem mō di
ſponunt.Similiter maior ſecundi eſt falſa, quia generās equi-
uoce non generat a caſu ut pꝫ in .29.et.30.dictis. Ad tertiuꝫ de
tur,ꝙ non neceſſario nec raro.i.a caſu ſed frequenter.i.a cau-
ſa determinata ut patet in.30.dicto. Ad quartum argumentuꝫ
patet per.31.32.33.dicta.

¶ AD ARGVMENTA que probant ꝙ non ſint tantū etc.
Poſtq̄ argutū eſt ꝙ tātū una ſit productio,hic arguitur ꝙ ſint
plures q̄ due.Hoc dupliciter.Primo ſic.Vna eſt productio uo
luntatis,et due alie,prima nature,alia intellectus ſecundo phy
ſicoꝝ g° tres ſunt ꝓductiones ad intra.Secūdo ſic. Voluntas ē
libera,ergo pōt tot quot placet producere et per ꝯñs nō eſt de
terminate unius.¶ Pro ſolutione hoꝝ notanda ſunt aliqua di
cta. Primū. Quotiens ph̄us loqtur de intellectu coincludit uo-
luntatem et econuerſo,quia nihil pōt efficere ad extra ipſa uo-
luntas ſine intellectu nec ecōuerſo, quia neceſſe eſt intellectuꝫ
dirigere uoluntatē.Secūdum. Quādo diſtinguitur agens in na
turale et liberꝝ tunc ille eſt ſenſus,aliquod agens eſt qd̄ ſine oī
cognitione intellectiua et libertate ex naturali iclinatiōe agit,
et aliud agens eſt qd̄ agit ex appetitu alicui⁹ preuia cognitio-
ne eiuſdem que cognitio dirigit ipſum in agendo. Et ideo uideri
debēt ſynonyma in.1.q.prolo.poſita.Tertium.Cum philoſophus
dicit intellectum eſſe principiū artificialium ipſe coincludit uo
luntatem. Quartum.Intellectus dupliciter operatur.Vno mo-
do producendo proprias ſuas operationes. Secundo dirigendo
alias potentias.Primo modo intellectus ē mere naturale agens
et non includitur a philoſopho cum uoluntate,ſed eſt illo modo
diſtinctum agens a uoluntate, quia oppoſito modo ideſt natura
liter mere et uoluntas libere ita ꝙ producere eius eſt mere na-
turale. Similiter operari eius eſt mere naturale, et producere
et operari uoluntatis eſt mere liberum. Quintum. Intellectus
inquantum directiuus aliarum potentiarum includitur ſub uo
luntate a philoſopho .Sextum .Potentia eſt duplex ſcilicet ra
tionalis et irrationalis. Rationalis eſt duplex,quedā proprie,
quedam determinatiua, prima eſt intellectus,ſecūda uoluntas
Septimum . Potentia rationalis eſt nata ſimul exire in actum
reſpectu omnium obiectorum interiorum quod pro ſtatu iſto ē
impoſſibile,ideo non poteſt exire in actum niſi determinetur a
uoluntate immo non poteſt ex ſe exire in actum .i. ſine alio.i.
ſine uoluntate . Sequitur ꝙ neceſſario coniungat philoſophus
intellectum uoluntati in agendo .Octauum.Potentiam eſſe op
poſitorum contrarie uel contradictorie eſt dupliciter,uel ꝑ mo
dum nature,uel per modum libertatis.Primo modo intellectus
eſt ad oppoſita,ſecundo modo uoluntas,quia intellectus poteſt
intelligere et non intelligere,recte uel eronee operari,ſed ꝑ mo
dum nature nō libertatis, immo quicquid operatur intellectus,
neceſſario quātum eſt de ſe operatur,nō tñ neceſſario quantuꝫ
ad uoluntatē precipientem uel prohibentē.Nonum.Voluntatem
determinare intellectū eſt ipſum determinare ad unā uel plu-
res certas intellectiones.Nam intellectus hꝫ multas ſpēs et quā
tum eſt de ſe ſimul et eque indifferenter oīa itelligeret uel ſal
tem laboraret ad omnia intelligenda ſimul , niſi ex parte obie-
ctorum ſit differētia ita ꝙ unum fortius moueat q̄ reliquū et
impediat mouere alia qd̄ tm̄ fit in intellectu finito īpfecto,qa
in perfecto potente oīa ſimul intelligere oīa ſimul intelligeret
quātūcunq̄ modicū mouerent,quia ſufficit ꝙ moueretur,qa au
tem intellectus nō pōt ſimul in omnia,ſaltem noſter intellectus
pro ſtatu iſto ideo ſolū fortius mouens intelligit,nec tñ poſſet
ſe auertere ex oībus,ex quo oīa mouent niſi uoluntas prohibe-
ret aliqua et preciperet alia aſſumi.Siʳ ſi aliquādo unum alio
fortius mouet uolūtas pōt impedire illud et aliud minus mouēs
ꝑcipere intelligi.Decimum Quādo ph̄us.9. metaphyſice diuidit
potentiā rōnalē indeterminatam et determinātē, determinata ē
ipſe itellectus et determinatiua ē ipſa uoluntas.Vndecimū.Nō
eſt incōueniens idem naturale agens duo oppoſita opari ſimul
et ſemel ut ſol liquefacit et coagulat ſimul diuerſis obiectis ſi-
bi appoſitis,et tñ ſol eſt naturale agens.Duodecimum . Si idem
eſſet capax oppoſitoꝝ,naturale agens poſſet utrunq̄ oppoſitum
in eodem ꝓducere.Tredecimū.Intellectus ſic eſt naturale agēs
ꝙ nullo° pōt ſe ſiſtere et retrahere ab actione reſpectu quorū-
cūque ſi obiecta ſunt ꝑſentia,ſed uoluntas bñ pōt. Decimūquar
tum.Voluntas dei eſt principium dupliciū entium.ſ.ſpiritus ſā
cti et creaturaꝝ.Spiritusſanctus aūt quia infinitus iō per pri⁹
eſt productus a uoluntate diuina q̄ creatura. Decimūquintuꝫ.
Spiritusſanctus eſt adequatū productū uolūtatis diuine et pri
mum,ſed creatura eſt inadequatū et ſecūdariū. Decimūſextū.
Licet nō poſſit eſſe unius potētie niſi unū adequatū productū,
pn̄t tñ eſſe plura inadequata.Seqtur correlarie,merito tantum
una pſona infinita ꝓducitur a uoluntate et plures creature.
Decimumſeptimū. Cum arguitur potentiā liberā nō determina
ri ad unū,nō debet intelligi ad unū obiectū,ſed ad unū modū ꝓ-
ducendi,quia potentia libera diuina nece° producit ſpm̄ſanctū
et contingenter producit creaturā,et ſic hēt duplicē modū pro
ducendi.ſ.neceſſario et contingenter. ¶ Ad primū g° argumē
tum dicendū,ꝙ uoluntatis productio ꝑm mentē philoſophi nō dī
ſtinguitur ab intellectus productione,ideo ex ſecūdo phyſico-
rum non pōt h̄ri ꝙ ſint plures q̄ due productiones, ideo negari
debꝫ aſſumptū,quia nihil ad propoſitū. ¶ Ad ſecūdū r̄ndetur
ꝑ quattuor dicta ꝓximo poſita.

Queſtio Quinta

AD SECVNDAM QVESTIONEM CVM
queritur de trinitate pſonaꝝ in diuinis etc. Hec
eſt ſecūda queſtio cuius corpus in duas partes di
uiditur,quia primo doc.probat ꝑm propriā men-
tē ptem affirmatiuā queſtionis.Secūdo opinionē inducit et im-
probat,ibi,ubi dicit unus doc. ¶ Quātum ad primū.Mēs doc.
in toto corpore cōſiſtit in tredecim dictis.Primum.Tātum ſunt
tres perſone in diuina eſſentia,quia tm̄ eſt una improducta et
due producte.Secundū.Filius eſt productus per memoriam, et
ſpūſſanctus eſt product⁹ ꝑ uoluntatē.Tertiū. Cū filius ſit ꝓdu-
ctus a pr̄e realiter,ſeqtur ipſum diſtingui a pr̄e realiter, et qa
habet eandē naturā numero cum patre et oīa eſſentialia eadēꝫ
numero cū patre,ſeqtur filium eſſentialiter eſſe idem cum pr̄e.
Quartū.Diuina eſſentia et omne eſſentiale abſolutum et reſpe

ctiuum intrinſecum ex propria ſua quidditate eſt hoc et ſingulare et ſimpliciter indiuiſibile. Quintū. Ex quo ſunt due productiones in diuinis et ſufficientes neceſſe eſt eſſe duas perſonas productas. Sextū. Vnitas dei non ſufficienter oſtendit tantū unam perſonam improductam in diuinis, nec rationes probantes unitatem dei ſufficienter oſtendunt unitatem perſone ĩproducte. Septimum. Vnitas dei probatur ex infinitate eo ꝙ infinitas dei non poteſt eſſe plurificabilis. Octauum. Innaſcibilitas nullam perfectionem ſimpliciter dicit capiendo proprie innaſcibilitatem. Quid autem ſit innaſcibilitas uidebitur diſt. 28. Nonum. Non eſt per ſe manifeſtum perſonas diuinas conſtitui per relationes. Decimum. Quicquid poteſt eſſe in pluribus ſuppoſitis et per nihil aliud a ſe determinatur ad certuꝫ numerum ſuppoſitorum, quantum eſt de ſe poteſt eſſe in ĩfinitis, et ſi eſt infinituꝫ uel neceſſariū, neceſſario eſt in infinitis actu, ut ex quo homo poteſt eſſe in duobus ſuppoſitis niſi per aliud ab homine limitetur ad certum numerum ſuppoſitorum poteſt eſſe in infinitis quantū eſt de ſe. Vndecimum. Ingenitum non poteſt eſſe in infinitis ſuppoſitis ergo ex ſua natura intrinſeca limitatur tantū ad unum. Duodecimum. Vna eſſentia actu exiſtens non uidetur ex ſe immediate habere plures modos eſſendi immediate .i. ſine productione. Tredecimū. Diuina eſſentia ĩmediate .i. ſine productione habet eſſe tantū in uno ſuppoſito .i. patre, et mediantibus duabus productionibus eſt in duabus aliis productis. Decimūquartū. ꝙ nihil idẽ põt ꝓduci duabus productionibus totalibus patet ſupra. q. 3. in prima parte huius diſtinctionis. Reliqua aũt que eſſent hic dicenda oĩa ſunt ſupra dicta.

¶ VBI DICIT VNVS DOCtor etc. Iſte eſt Hen. quoli. 6. q. i. qui uult ꝓbare ꝙ tm̃ ſit una perſona nõ producta, et primo uult ꝙ probetur ſicut dei unitas et allegat Hylariū dicentẽ, qui dicit duos innaſcibiles confitetur duos deos. Secũdo arguit ſic. Non poſſunt eẽ plura ſuppoſita in una natura niſi diuidat natura, ergo in diuinis non ſunt plura ſuppoſita abſoluta ſed reſpectiua. Aut ergo mutua relatione inter ſe, aut ad aliqua alia, ſed ſi eſſent plura ſuppoſita non producta nõ diſtinguerẽtur relatiue ad alia ſuppoſita, non. n. ad producentia cuꝫ nõ habeant, nec ad producta quia haberent unam relationem ad illa ſicut mõ pater et filius habent ad ſpiritūſanctū qđ eſt impoſſibile, ergo diſtinguūtur relatiue inter ſe, et non niſi origine, gº unus originat alium. ¶ Contra hãc ꝓbationẽ arguit doc. Dei unitas probatur ex hoc ꝙ deus eſt infinitus iõ nõ põt deitas diuidi in plures ſed hoc non ẽ de rõne ingeniti ita notū cũ non ſit formaliter infinita, ergo aſſumptū Hen. eſt falſum. ſ. ꝙ eodem mõ ꝓbetur ſicut dei unitas. Similiter. Hylarius dicit ꝙ ita ſit ſꝫ nõ probat. ꝙ aũt dicit non poſſe eſſe plura ſuppoſita abſoluta, hoc non eſt notius cõ͞one ſꝫ petit principiū. Siʳ nõ ualet ultima ꝯña, diſtinguūtur relatiõe ergo realatiõe originis ĩter ſe.

ſancto Paulo naturaliter cauſauit ſpeciem ſui in intellectu utriuſq; quia huius uiſionis poſtea recordabātur et p ꝯſequēs ſpēm habebant. Secundo falſum eſt quia illa ſpēs poſtq̄ habita eſt ſiue per eſſentiā ſiue uoluntatē naturaliter agit obiectū in ea relucens et non uoluntarie. Si tertio mō intelligatur patet ſupra.q.i.prolo. Sexageſimūſeptimū. Nulla creatura ſufficienter oſtendit deū nec uniuoce nec imitatorie uel equiuoce, tamen omnis creatura poſſibilis ſimul iuncta ſatis prope oſtendit, alique tamen uniuoce alique equiuoce. Sexageſimūoctauū. Creatura imperfecte imitatur deū. Sequitur correlarie. Ex quo imitatio creature eſt imperfecta et uniuocatio eſt tm̄ generalis ſequitur deum non poſſe cognoſci perfectiſſime ex creaturis. Sexageſimūnonum. Ex creaturis poſſumus multa cognoſcere ſoli deo propria tali modo ſcilicet ſumendo aliqua attributa ideſt conceptus aliquos ex creaturis qui de ſe non includūt imperfectionem et addendo eis ly ſummum ut ſummum ens, ſummum bonum etc. Septuageſimum. Omnis conceptus communis deo et creature qui de ſe non dicit imperfectionem dicitur perfectio ſimpliciter. Et ideo ſi quis uellet deum deſcribere perfectiſſime eo modo quo uiator ex naturalibus ſuis poteſt deum cognoſcere ille debet accipere omnes tales perfectiones ſimpliciter et debet eis addere ly ſummū ut ſic dicendo deus eſt ſummum ens, ſummum bonum, ſummum uerum etc. Septuageſimū primum. Nullus conceptus uniuocus deo et creaturis eſt perfectior et ſimplicior q̄ conceptus entis infiniti. Septuageſimū ſecundum. Nullus conceptus ex creaturis formatus per modū in ſexageſimonono dicto expreſſum ē ſimpliciter ſimplex. Septuageſimumtertium. Conceptum eſſe ſimplicem poteſt intelligi dupliciter uel ꝙ res correſpondens ſit ſimplex uel ꝙ intellectus non poſſet reſoluere hanc rem in plura conceptibilia uel obiecta. Septuageſimūquartū. Simplicitas capitur dupliciter. uno mō ut excludit pluralitatē. Et illo modo idē eſt qd̄ unū, pluralitas aūt eſt duplex, uno mō eſſentialis et realis, et iſto mō deꝰ non eſt ſimplex quia diuina eſſentia cōpatitur pluralitatem perſonarum que ſunt tres res nihilominus tn̄ ille tres res perſonales ſunt una res eſſentialis. Preterea illo mō perſona eſt ſimplicior q̄ eſſentia quia nulla perſona cōpatitur ſecū tres res realiter diſtinctas ſicut eſſentia. Similiter illo mō eſſe ſimplex nō eſt perfectio ſimpʳ. Alio mō eſt pluralitas eēntialis tm̄ illo mō ſolus deus eſt ſimpliciter ſimplex, qua oīs creatura uel ē eſſentialiter plures eēntie uel hʒ, ut hō hʒ corpus et aīaʒ, uel accidentaliter ut hō albus. Secundo mō capitur ſimplicitas ut excludit ꝯpoſitionē et ſic oē ñ cōpoſitū ex rebꝰ realiter diſtinctis, nec cū alio cōponibile dicitur ſimplex. Primo mō non eſt ſolus deus ſimplex quia aīa et angelus nō ſunt cōpoſita ex rebꝰ realiter diſtinctis lʒ cōponātur ex cōceptibus ut ſupra patuit in.i.q.prolo. Deus tn̄ eſt uere ſimplex ſecūdo mō quia nō eſt cōponibilis cū aliquo alio et nihil aliud eſt ſic ſimplex niſi ſolus deus et illo mō eſt uere ſimplex. Septuageſimūquintū. Simplicitas.i. non cōpoſitio ex partibus etherogeneis nō eſt pfectio ſimpʳ qa quātitas ꝯtinua eſt ſic ſimplex et tn̄ ñ ē pfectio ſimpʳ. Septuageſimūſextū. Oīs cōceptus de deo eſt in re ſimplex.i.res correſpondens eſt ſimplex nō tn̄ cōceptus ſunt ſimplices.i. plēs conceptus pn̄t formari de deo qui pn̄t reſolui in plēs cōceptus ſicut eſt cōceptus deitatis qui reſoluitur in cōceptū itellectus et uolūtatis et huiuſmōi, nihilominus tn̄ ſi eēnt infinite perſone in deo uel infiniti cōceptus, adhuc in re eſt ſumma ibi ſimplicitas ut patebit diſ.8.q.i. Septuageſimūſeptimū. Cōceptus in deo ſunt duplices, quidā proprii et quidā cōmunes. Cōmunes ut unū uerū bonū, quoꝝ multi ſunt ſimplices non oēs. Proprii ſunt duplices, quidā ſunt ſumpti ex creaturis ut ſummū bonū, ens infinitū etc. Et oēs tales cōplexi ſunt per intellectum reſolubiles, in re tā ſimplices. Quidam nō ſummūtur ex creaturis quoꝝ aliqui ſunt ſimplices et aliqui non. Nam proprius conceptus deitatis non eſt ſimplex aliqui tn̄ alii ſunt ſimplices ut intellectus uoluntatis et infinitatis qui tres ſumuntur ex creaturis ſed perſonaliū proprietatū cōceptus proprii ſunt ſimplices in re et in conceptu. Septuageſimūoctauum. Ideo dicitur ens infinitū ſimpliciſſimus conceptus ſumptus ex creaturis quia quādo concipitur infinitas ipſa concipitur ut idētificatiua oīum ſecū compoſſibilium.i.facit oīa eſſe idem realiter que cum ea ſunt. Eſt enim infinitas rō quare omnia que ſunt in deo ſunt idem realiter eſſentialiter licet non faciat identitatem realem perſonalem. Septuageſimumnonum. Duplicia ſunt in diuinis realiter identificatiua ſcilicet eſſentia cum eſſentialibus et eſſentia cū perſonalibus. Infinitas eſſentie ut eſſentie non eſt preciſa ratio quare eſſentialia ſunt idem eſſentialiter eſſentie quia eſſentialia etiā ſunt infinita ex ſe formaliter, ut doctor uult ubiq;, ideo eſſentialia ratione infinitatis ſue ſunt ita bene ratio identitatis eorum ad eſſentiam ſicut econuerſo non ſic intelligendo ꝙ in re ſint plures infinitates ſed ſolum in cōceptu ita ꝙ perfecte concipiendo deitatem neceſſario intelligitur eſſe infinita et intelligendo intellectum diuinum neceſſario intelligitur eſſe infinitus et ſic conſequenter de aliis eſſentialibus non ſic eſt de perſonalibus. Nam licet in eis ſit eadem infinitas que eſt in diuina eſſentia realiter non tamen ineſt eis illa infinitas ex rationibus formalibus eorum quia poteſt perfecte intelligi diuina paternitas abſq; hoc ꝙ intelligatur infinitas ineſſe paternitati ex propria ſua ratione. Octuageſimum. Infinitas eſt modus intrinſecus diuine eſſentie et omniū eſſentialium abſolutorum tā in re q̄ in conceptu (et dicitur abſolutorum quia forte nullum reſpectiuū eſſentiale ſiue ſit ad intra cuiuſmodi eſt idētitas ſimilitudo et equalitas perſonarū, de quibus diſt. trigeſima prima, ſiue ſit ad extra ut creator gubernator etc. Eſt infinitū ex ratione ſua formali) quia in re oīa illa una infinitate ſunt infinita ſic ꝙ ſi ſolum unum illorum eſſet per impoſſibile in deo ipſum eſſet realiter infinitū quodcunq; fuerit. Nec dr̄ p impoſſibile quaſi abſolute ſit impoſſibile quodlibet eorum.i.eſſentialium ſolum realiter exiſtere in diuinis quia de facto tātum unum exiſtit in diuinis quod eſt hec eſſentia. Sed dicitur per impoſſibile quia de illa unica re poſſunt formari multa milia conceptuū et abſolute impoſſibile eſt ꝙ quilibet eorum ꝯceptuū.i. ſignificatū p ipſuʒ poſſet realiter exiſtere ſine aliis. Octuageſimumprimū. Modus intrinſecus eſt poſitiue in primo mō dicendi per ſe cum eo cuius eſt ideo dr̄ intrinſecus modus quidditatis quaſi intra quidditatē conſtitutus, et hec eſt mens doc. Nam ubiq; dicit ꝙ quelibet res finita ex ratione ſua formali ſit finita ſimiliter quelibet res infinita ex ratione ſua formali ſit infinita. Nec pōt intelligi quaſi ſit effectus quidditatis, quia ubiq; negat ꝙ ſit accidens uel realiter diſtinctū ab eo cuius eſt nec pōt itelligi quaſi ſit demōſtrabilis de quidditate, qa doc. ubiq; dicit ubi loqtur de hac materia ꝙ modus intrinſecus eſt intimior q̄ paſſio qd̄ impoſſibile eſt niſi ſit ideʒ quidditati quidditatiue quia ſi non tūc ex uerbis Scoti illa ꝓpō ubi predicatur paſſio de quidditate uel diffinitiōe nō eēt immediata ſʒ mediata, qa ſi ꝑʒ Sco. modus ītrinſecus intimior ſit q̄ paſſio, ſeqtur ꝙ ꝓpō in qua p̄dicaretur modus ītrinſecus de qdditate eēt īmediatior illa in qua paſſio p̄dicatur de qdditate. Cum ergo dicit doc. ꝙ īfinitas que ē modus intrīſecus ex rōe ſua formali īeſt deitati ītelligitur ꝙ ſit de qdditate poſitiue. Octuageſimū ſecūdu. Modꝰ ītrinſecꝰ nō ē ītra qdditatē q̄ſi una ps diffiniens ſʒ ē modus cuiuſlibʒ ptis diffiniētis nec ē ps rei cuiꝰ modꝰ ē ſed cuiuſlibʒ eēntialis ptis ē modus ſicut et totius, ſicut oīs ps creature eſt eſſentialiter finita. Octuageſimumtertium. Alia eſt

finitas ſpecifica et alia indiuidualis ſicut alia eſt entitas. Nã intelligendo albedinem in cõmuni intelligitur finita et itelligendo hanc albedinem intelligitur finita ſed nõ eſt eadẽ finitas albedinis et huius albedinis loquendo adequate ſicut non eſt una entitas eadem adequate. Octuageſimũquartũ. Cũ dico ens bonum, habeo quidem ens per ſe unum.i.ſignificatuʒ et res eſt una de qua predicatur ens bonum ſed non eſt cõceptus per ſe unus qui ↄſtituitur ex entitate et bonitate ſed eſt per accidens unus quia neutrum predicatur de altero in primo modo dicẽdi per ſe. Omne autem tale dicitur logicum per accidens. Octuageſimumquintum. Intenſio qualitatis eſt intrinſecus modus qualitatis quia dicit eſſentialem perfectionem eius ſine qua perfecte intelligi non põt. Ex oĩbus dictis ſequitur correlariũ. ꝙ nihil põt proximius deo cõcipi ꝙ̃ quidditatiua ſua et infinitas entitatiua eſt proximius qđ põt cõcipi de deo ex creaturis. Nã lʒ intellectus et uoluntas et exiſtentia ſint quidditatiue diuina eſſentia et poſsint concipi ex creaturis de deo hoc tñ ſolũ eſt in conceptu generali et non ut proprii deo ſunt. Infinitas autẽ proprie eſt in deo. Octuageſimũſextum. Infinitas eſt intimior deo ꝙ̃ intellectus uolũtas et exiſtentia actualis quo ad hoc quia impoſsibile eſt perfecte concipere infinitatẽ ſine diuinitate ꝑfecte concepta tñ poſsibile eſt ꝙ cõcipiatur intellectus uoluntas et exñtia ſine diuina eſſentia. Quadrageſimũſeptimũ. Ens infinitũ uirtualiter includit ens uerũ, ens bonum, ens ſapiẽs etc. de deo.i. ex cognitione eius pñt illa cognoſci et non ecõuerſo. Octuageſimũoctauũ. Omne ſubiectum ut eſt ens includit uirtualiter ſuas paſsiones et hoc debet itelligi icognoſcendo nõ in realiter producendo.i.quidditas ſubiecti poteſt eſſe medium per quod demonſtretur intellectui illã propoſitionẽ eſſe uerã in qua predicatur paſsio de ſuo ſubiecto. Octuageſimũnonuʒ. Demonſtratione quia, ex creaturis ultimo probatur de deo infinitas, ex quo ſequitur infinitatẽ eſſe nobiliſsimũ cõceptum de deo. Sequitur correlarie cuʒ cõceptus nõ quidditatiuus de deo non ſit perfectior quidditatiuo cõceptu et poſsimus habere aliquos quidditatiuos preter infinitũ et cum infinitas ſit perfectior illis, indubitatũ eſt eſſe infinitatẽ de quidditate dei. Nonageſimum. Quanto remotiora aliqua ſunt a creaturis tanto difficilius cognoſcũtur ex creaturis et illa ſunt perfectiora oĩbus aliis cognitis de deo ꝑ creaturas. Nonageſimũprimũ. Ly ſummũ põt dupliciter accipi.ſ. abſolute et reſpectiue. Sũmũ abſolute idẽ ẽ qđ ĩfinitũ, ſʒ reſpectiue idẽ ẽ qđ nihil maiꝰ eo uł īter cetera maiꝰ ſʒ ꝙ exponit affirmatiue uł negatiue. Licet aũt ſint idẽ abſolute ſummũ et infinitum tñ expreſsius uocabulũ eſt ly infinitum ꝙ̃ ſummũ quia aliquid poteſt eſſe ſummum licet non ſit infinitum ut eſt ſummus angelus uel ſummus homo. Nonageſimumſecundum. Hen. falſum dixit ꝙ cognitio attributorum in ordine ad diuinam eſſentiam propter eius ſimplicitatem ſit nobiliſsima cognitio de deo quia cognitio infinitatis eſt nobilior in ordine ad diuinam exiſtentiam et tamen diuinitas non ẽ diuinum attributum. Sequitur ꝙ ſimplicitas in ratione ſua formali eſt minor in perfectione ꝙ̃ infinitas. Etiam quia infinitas non communicatur creature ſed ſimplicitas cõmunicatur creaturis. Nonageſimumtertium. Infinitas eſt duplex ſcilicet uirtutis et molis, et utraqꝫ eſt duplex, quia quedam eſt actualis, quedam potentialis ſecundum ꝙ dicetur infra. Infinitas uirtutis actualis ſoli deo conuenit, ſed infinitas uirtutis potentialis etiam conuenit creature. Infinitas uirtutis capitur dupliciter, uno modo extra genus alio modo in genere. De prima intelligitur cum dicitur ſoli deo conuenire infinitas uirtutis actualis. Nam deus põt creare unã albedinem infinitoꝝ graduum et ſic illa albedo eſſet infinita uirtute et actu ſed in genere. Nonageſimumquartũ. Cũ dicitur in textu infinitas non communicatur creature ſecundũ modũ quo conuenit deo intelligitur ille modus actualis extra genus.i.infinitas uirtutis actualis extra genus ſoli deo conuenit. Nonageſimumquintum. Quando ſunt duo obiecta unũ uniuerſale alterum uniuerſalius in reſpectu adinuicem (quod dico pp ſubſtantiam et albedinem, quia licet ſubſtãtia ſit cõmunior albedine, non tñ eſt albedinis uniuerſale) tunc illa duo poſſunt per duas ſpecies intelligi uel per unã tantũ ſpẽm minus uniuerſalis. Nonageſimumſextũ. Omne inferius poteſt cauſare ſpẽm ſui adequatam etiam põt cauſare ſeperatim ſpẽm cuiuſcunqꝫ ſuperioris, ſicut cum aliquid a remotis uidetur imprimit ſpeciẽ ſubſtãtie uel corporis et nõ aĩalis uel arboris uel huiuſmodi. Nonageſimũſeptimum. Oĩs creatura põt imprimere ſpẽs tranſcendentiuʒ ſaltem unicorũ quod dico propter diſiuncta trãſcẽdentia ut eſt abſolutũ uel reſpectiuum, neceſſariũ uel contingens etc. Nonageſimũoctauũ. Vnica trãſcendentia ſunt duplicia quedã cõueniũt omnibus et predicantur de oĩbus, ut eſt ens, unũ, uerum, bonum, quedã nõ conueniunt oĩbus ut eſt ſapientia et euũ et huiuſmõi, de primis intelligatur dictum precedens non de ſecundis. Et dicuntur tranſcẽdẽtia que in nullo certo predicamento per ſe cõtinẽtur. Nonageſimũnonũ. Intellectus uiatoris põt propria uirtute cauſare ſpẽs tranſcendentiũ ex creaturis cõcurrente obiecto. Similiter et ex oĩ ĩferiori põt producere ſpẽm ſuperioris et põt propria uirtute quoſlibet cõceptus cõponere uel diuidere propoſitionaliter, ita ꝙ qñ cauſauit ſpẽs diuerſas ex diuerſis creaturis põt propoſitiones formare ex quibuſcunqꝫ obiectis conceptis, ut qñ abſtrahit neceſsitatẽ per uiã proportionis et oppoſitionis a rebus cõtingentibus, et infinitatem a rebus finitis, et independentiã a rebus dependentibus et ens a quolibet, põt formare hanc propoſitionẽ ut quoddã ens eſt neceſſariũ, infinitum et independens, que ꝓpõ de ſolo deo uerificatur, lʒ termini ſint ſumpti ab aliis rebus. Centeſimumdictũ. Cũ dicitur, Intellectus noſtrum nihil poſſe intelligere niſi ea que ex ſenſibilibus poſsit haberi, hoc poteſt ſaluari multis modis. Nã oĩa que cognoſcũtur a nobis, uel per ſe continentur in ſenſibilibus, et hoc uel per ſe primo mõ predicantur de eis ut color de albedine, uel per ſe ſecundo mõ ut paſsiones ſenſibiliũ, uel per partes ſuas ut mons aureus, nã in terris nr̃is non uidimus aureũ montẽ tñ aurũ et montẽ uidimus, uel in ſuo remiſſo ut albedo intẽſa. Nam cũ uideo remiſſam albedinẽ ex hoc poſſuʒ imaginari intenſam, immo et medios colores poſſuʒ imaginari per extremos, uel in ſuo ſimili ut antixp̃m per aliũ hominẽ ſimilem, uel in ſuo effectu ut in minerabilibus in uiſceribus terre genitis et aliis ſenſibilibus effectibus põt hõ cognoſcere influentias celeſtes que non ſunt ſenſibiles, et ex ſenſibili mutatione faciei hoĩs põt hõ cognoſcere cogitationes hoĩs mutati, ſicut doctores cõiter ponunt demones poſſe cognoſcere nr̃as cogitationes ſi effectus aliqui exteriores cõſequũtur tales cogitationes, uel ſupius in inferiori ſicut per dictũ nonageſimũſextũ patet, uel ut priuatio in ſuo habitu ſicut ſilentium in uoce, tenebra in luce, quies in motu, uel ut negatio in ſua affirmatione per quẽ modũ cognoſcitur primũ principium, nam pars negatiua intelligitur per affirmatiuam, uel ut in ſua origine et radice ut ſecunde intentiones per primas, uel ut in ſuo fundamento, ut relationes cognoſcuntur per extrema, uel ut in ſuo oppoſito uel diſperato ut infinitũ per finitũ etc, ut ſupra ſepius dictũ eſt. Et ſic pʒ falſiſsimũ dictũ cõe ꝙ nihil cognoſcitur ꝑ ſuũ oppoſitũ. Nã ꝑ cõditiones creaturarũ impfectas, oppoſite cõditiones dei et ꝑfecte cognoſcuntur. Centeſimũprimum, imaginatiua noſtra et omnis ſenſus interior ſʒ ꝓbabilẽ opinionẽ ſunt una potentia, tñ pp diuerſas actiões ſortitur diuerſa noĩa ꝑ reſpectũ ad diuerſa officia, ſic̃ diuia ſcia una numero habet diuerſa nomina de quibus patebit infra cuʒ

agetur de diuina ſcientia. Centeſimumſecundum. Senſus interior uocatur imaginatiua potentia eo ꝙ natus eſt componere ea que nunquam in re ſunt compoſita, ſed ſeorſum ſenſata et ſeperatim natus eſt ſimul phantaſiari in uno ſingulari ut uiſus aliqñ uidit aurũ aliquãdo montẽ tũc ſenſus interior imaginatur unũ indiuiduũ qđ ſit mons aureus. Centeſimũtertium. Impoſſibile eſt imaginatiuã potentiã imaginari aliqua q̃ nullo decẽ modorũ in cẽteſimo dicto expreſſorũ ſunt ſenſata tamen põt imaginari eo mõ quo nõ ſunt prius ſenſata. Centeſimũ quartũ. Oẽs paſſiones per imaginatiuã uirtutẽ poſſunt notabiliter intendi uel remitti. Nam uirtus imaginatiua habet uim regendi corporis et imutãdi. Nam res obiectiue in aĩa proportionabiliter eſt actiua et alteratiua ſicut res cuius eſt ſiue res realis. Dicitur proportionabiliter .i. nõ in equali gradu. Nã aliquando res obiectiua in aĩa plus mouet q̃ res realis moueret. Aliquãdo ecõuerſo. Preterea, ſpũs aĩalis defert ſpẽs in anima ſicut aer ſpẽs coloris ita ꝙ imaginatio turpis figure recipitur in ſpiritibus et in ſemine deciſo tpe talis imaginatiõis facit notabilẽ turpitudinem in prole ut imaginatio ethiopis etc. Preterea delatio ſpecierũ põt dupliciter fieri uel realiter et localiter .i. ꝙ ſpũs cũ forma deferatur uel uadat de loco ad locum in cerebro. Vel ꝙ alia ſpẽs in alia parte ſpũs generetur manente priore ſpecie in priori loco et ſpiritu. Preterea illa delatio poteſt fieri uſq; ad ſenſus exteriores, et ſic poſſũt moueri ad act⁹ ſicut ſi ab obiecto extrinſecus mouerentur. Hinc dormiẽtes exercent actus uigilantium et maniaci et melancolici credunt ſe aliqua uidere que non uident. Preterea. Aliqui in tenebris timentes credunt ſe audire ſonitus terribiles et figuras horribiles uidere. Preterea Melancolici ſemper triſtes incedũt, quia tenebroſitatem ſpirituũ que eſt cã triſtitie ſemp ſecũ deferũt. Preterea. Hec eſt cauſa ſuſpitionũ mirabiliũ quibus quis credit ſe interficiendũ, ſuſpendendum etc. Ideo aliqui credunt ſe gallos et cantant ut galli. Aliqui uaccã cornutã et tangũt capita ad deponẽdũ cornua, ideo aliqui efficiuntur leproſi et ptiſici quia credunt ſe notari de lepra, uel credunt ſe debiles uel deficere. Inde aliqui credunt ſe habere ferreos pedes ideo fortiſſime calcant. Aliqui non audẽt ambulare credentes ſe habere uitreos pedes. Inde Nabucodonoſor credẽs ſe bouẽ comedit fenũ. Et ſic medici cõcludũt imaginationẽ facere caſum, et mortem et ſepius uitã et ſanitatem. Preterea. Auicen. uult ꝙ imaginatio põt mutare res extrinſecas quia dicit ꝙ ad imaginationem hoĩs põt cadere camelus. Et ſic infiniti effectus eueniunt ex diuerſis ſpeciebus melancolie, ideo periculoſum eſt ſe nimis ꝓfundare in phãtaſias in moralibus. Caueatur potiſſime multiplex reflexio in imaginationibus et phantaſmatibus. Vtrum aũt intellectus et uoluntas poſſint in effectus tales, et utrum in beatitudine immortalitas corporis et cetere dotes corporis ſint ab intellectu et uolũtate, uidebitur in ſecundo diſ. 8. uel. 9. et in quarto in materia de btitudine. Centeſimũquintũ. Agnus uidẽs lupũ uenientẽ non imaginatur inimiciciã non ſenſatã ex ſpecie lupi ſenſata, ſed naturale eſt agno quia poſtq̃ ſpẽs lupi uidet natura eius naturaliter horret ĩ potentia tactiua et currit ſanguis ad cor et timet, ſicut cum quis de nocte in tenebris appropinquat parieti q̃q̃ non uideat parietẽ tñ tactu reflexionẽ uel quietem aeris percipit et horret et timet et tamen nihil ſentit quod timorem incutiat. Nam ſi mater agni eſſet ſimilis in omni accidente ipſi lupo agnus uiſam matrem fugeret ſicut lupũ et tamen non eliceret inimiciciam ex ſpeciebus matris quia nulla eſt ibi inimicicia. Exquo patet ꝙ agnus non ſuffodit ideſt ex accidentibus uiſibilibus non elicit eſſe inimiciciam in illo qđ uidet. Vltimum dictum. Intentio nociui idem eſt quod nociuum. Dicitur tamen intentio eo ꝙ eſt intendibilis ideſt perceptibilis ab imaginatiua.

AD ARGVMENTA principalia illius queſtionis etc. Expedito ergo corpore queſtionis reſtat modo ſoluere argumẽta. Cum ergo queritur utrũ deus ſit naturaliter cognoſcibilis ab intellectu uiatoris. Pro parte negatiua arguitur quadrupliciter Primo ſic. Phantaſmata ſe habent ad ĩtellectum ſicut ſenſibilia ad ſenſum, ſed deus non hẽt phantaſma ergo non eſt cognoſcibilis a nobis. Pro ſolutione huius argumẽti notanda ſunt quedam dicta. Primũ. Intellectus dupliciter mouetur ad intelligendum aliquid .ſ. prima motione et ſecunda, prima motio eſt ad producendã ſpẽm intelligibilem, ſecunda eſt ad producendum actum intelligendi. Ad producendũ ſpẽm intelligibilẽ phantaſma .i. obiectũ relucens in ſpẽ phantaſie mouet intellectũ agentẽ ad producendã ſpẽm intelligibilẽ in intellectu poſſibili .i. tale obiectũ cum intellectu agente producit talem ſpẽm. Ad producendũ actum intelligendi mouet obiectũ in ſpecie intelligibili .i. ipſum obiectũ in tali ſpecie cum intellectu agente ꝓducunt talem actũ. Secundũ dictũ. Anthonomaſice attribuitur obiecto mouere intellectũ licet plus faciat intellectus ad actum uel ſpẽm q̃ obiectũ propter hoc ꝙ obiectũ dat occaſionẽ et incitat et allicit intellectũ in hoc ꝙ ſe pñtat et oſtendit intellectui. Tertium. Illa comparatio tertii de aĩa .ſ. phantaſmata ſe hñt ad intellectũ ſicut ſenſibilia ad ſenſuȝ, debet ĩtelligi quo ad primam motionem, non quo ad ſecundã .i. ſicut ſenſus non põt ſentire ſine ſenſibili obiecto preſente, ſic intellectus agens non põt producere ſpẽm intelligibilem ſine obiecto in phantaſmate, ita ꝙ ſicut ſenſibile actiue cõcurrit cũ ſenſu ad productionẽ act⁹ ſentiendi, ſic obiectũ in phantaſmate actiue concurrit cum intellectu ad productionẽ ſpeciei que ſpẽs põt ipſum totuȝ indiuiduum repreſentare uel aliqua ut patet fo. 9. co. 3. Quartum. Cum primitus phantaſma cũ intellectu agente ad ſpẽm intelligibilẽ producendam cõcurrit neceſſario producitur ſpẽs ĩtelligibilis totum repreſentatum repreſentans, cum ſint cauſe pure naturales, et ideo ſecundũ regulã Scoti ſupra poſitam perfectiſſimũ effectũ producunt quẽ poſſunt ſed poſſunt producere ſpẽm repreſentatiuã totius, et talis uocatur prima motio in littera, ſed poſtq̃ illa ſpẽs eſt producta intellectus uirtute obiecti ibi relucentis poteſt hoc totuȝ obiectuȝ reſoluere in omnes uel aliquos ſuos conceptus et ſic format ſpecies illorum partialium conceptuum repreſentatiuas et non totius. In illa ſecunda motione nihil habet phantaſma agere ſed intellectus abſtrahit cõceptus communes deo et creature et attribuit deo, et ſic patet ꝙ ualde a longe phantaſma concurrit ad cognitionẽ dei ex creaturis. Quintum. Cognitio dei ſic fit ex creaturis. Intellectus format multas ſpecies talium communiũ, et a multis rebus aliqua obiecta ſiƚ colligit que ĩ nulla creatura ſimul ſunt ut ens, primum, infinitum, neceſſarium, independens, incauſatum etc. Et illa ſimul iuncta ſunt propria deo. Ex his patet quomodo maior argumenti ſit uera, ſimiliter minor, et conſequentia non ualet, quia non phantaſma dei ſed creaturarum concurrit ad cognitionem dei. Secundo arguitur ſic. Sicut ſe habet oculus noctue ad lucem ſolis ſic intellectus noſter ſe habet ad ea que ſunt manifeſtiſſima nature, ſȝ impoſſibile eſt ꝙ oculus noctue aſpiciat lucem ſolis, ergo impoſſibile eſt ꝙ nos cognoſcamus deum qui eſt manifeſtiſſimus in natura ideſt optimum intelligibile et facillimum. Nam quanto obiectum eſt perfectius tanto á potentia diſpoſita eſt cognoſcibile facilius. Secus de indiſpoſita. Pro ſolutione huius argumenti notanda ſunt pauca. Primum, Noctuam intueri ſolem ĩtelligitur dupliciter, uno modo penes totam ſuam claritatem, alio modo nõ penes totam. Primo modo noctua non intuetur ſolẽ ſed ſecundo modo, tamẽ poſſibile eſſet deum dare noctue talem uiſum ꝙ aſpicere poſſȝ

et de facto dedit aquile talem uiſuȝ naturaliter que multo fa
cilius et delectabilius aſpicit rotam ſolis q̄ quecunq; alia ui-
ſibilia. Secundo modo de facto uidet lucem ſolis, quia nihil ali
ud habet quo uideat obiectiue et ut medio illuminante niſi lu-
men ſolis. Niſi dicatur ꝙ in nocte lux ſtellarum illuminat ſibi
medium. Sed hoc eſt lumen ſolis cum ſtelle lumen ſuum habe-
ant a ſole. Videt ergo noctua lumen ſolis ſed non penes totaȝ
ſuam claritatem, quia hoc naturaliter eſt ſibi impoſſibile. Se-
cundum dictum. Sicut noctue impoſſibile eſt naturaliter per-
fecte uidere rotaȝ ſolis ſic omni intellectui creato naturaliter
impoſſibile eſt intuitiue deum uidere. Et ſicut noctua natu-
raliter poteſt aliquod paruum lumē ſolis uidere, ſic intellect⁹
creatus aliq̄d de deo naturaliter cognoſcere ut patuit ſepi⁹ ſu
pra. Tertium. Intellectus noſter poteſt intuitiue et natura-
liter (licet non pro ſtatu iſto) uidere omnes creaturas, ſed eti
am pro ſtatu iſto aliquas ut qualitates ſenſibiles et actus ani
mi interiores, aliqui tamen homines uident facilius, aliqui dif-
ficilius. Sic ergo patet ſimilitudo quam exprimit maior argu
menti. Quartum. Deus creauit angelos ſecundario et nō pri
cipaliter ut intelligantur ab animabus noſtris et a ſe inuicem
ſed dato ꝙ a nullo intelligeretur non ideo eſſent ocioſe creati,
quia repreſentarent aliquid de diuina perfectione et eſſent no
bilis pars uniuerſi. Quītū. Principl'r angeli ſunt creati pp de-
um amandum et diligendum, et ſi nullus homo nec anima co-
gnoſceret ipſos adhuc non eſſent fruſtra creati. Sextum. Cuȝ
doctor dicit noctuam non poſſe intuitiue uidere lucem ſolis ce
pit lucem proprie pro illa qualitate que eſt intra corpus ſolis
et non pro radiis deriuatis a ſole. Nam illos radios uidet no-
ctua naturaliter intuitiue. Septimū. Non eſt impoſſibile ab-
ſolute noctuam uidere intuitiue lucem ſolis naturaliter, ſed ta
men debiliter uideret et uiſus eius ſtatim deſtrueretur et pro
pter hoc dicitur impoſſibile uidere ſcilicet ſine deſtructione re
ali. Octauum. Sic debet intelligi commentator. Sicut noctua nō
poteſt naturaliter et perfecte et ſine corruptione organi uide
re intuitiue lucem ſolis, ſic intellectus creatus non poteſt natu-
raliter uidere et perfecte diuinam eſſentiam nec angelos pro
ſtatu iſto. Nonum. Nullus ſenſus exterior habet noticiam ni
ſi intuitiuā, ſed ſenſus interior et intellectus poſſunt habere ab
ſtractiuam noticiam et intuitiuam. Decimum. Intellectus in
ſe eſt facilimus ad cognoſcendum omne uerum. Sed intellectus
noſter pro ſtatu iſto habet difficultatem ex eo ꝙ neceſſario ē
colligatus ſenſui in cognoſcendo. Abilitas autem et inabilitas
ſenſus poteſt prouenire uel propter exceſſum alicui⁹ qualita
tis ut caloris uel humiditatis in cerebro, uel cōplexionis, uel cō
poſitionis, uel figure cerebri uel partis eius, uel propter diſpoſi
ſionem ſpirituū in multitudine, paucitate, turbulentia, et clari-
tate, ſubtilitate, groſſicie, mobilitate, fiſcoſitate etc. Vndecimuȝ.
Ille intellectus dicitur facillime ītelligere cui optime correſpō
dent omnia inſtrumenta eius per ſe requiſita. Cui autem non
correſpōdent eſt difficultas ſecūdum ꝙ magis et minus corre-
ſpondent. Duodecimum. Difficultas in agendo propter duo ē.
Primo propter reſiſtentiam paſſi, et illa in nullo actu intentio
nali eſt, quia ſibi optime conſentiūt potentia et obiectum. Secū-
do propter diſtantiā potentie et obiecti, quia .ſ. obiectuȝ requi-
rit uigoroſam potētiaȝ, et potentia illa eſt debilis et illo modo
nobis eſt difficultas pro ſtatu iſto. Tredecimum. Gradus no-
ticie ſunt duplices ſcilicet noticie ſenſitiue et intellectiue. No-
ticia ſenſitiua habet ſex gradus. Primus eſt quando res in ſe
eſt preſens localiter, et per ſe mouet ad actuȝ, et ſpecies eſt in
ſenſu illius rei ut cū uidetur color. Secundus eſt quando ſpeci
es propria rei eſt in ſenſu et res non eſt in ſe preſens, ut ima-
ginando colorem per propriam ſpeciem. Tertius quando nec
res eſt preſens nec ſpecies eius ſed oppoſitum, et tunc illud op-
poſitū uidetur per ſuum oppoſitum intuitiue ut quando per ui
trum album res nigra uidetur tunc alterius coloris uidetur q̄
profunde nigra. Quartus, quando res nō eſt in ſe preſens ſed
oppoſitum per qđ illa cognoſcitur abſtractiue, ut quando ſen-
ſus interior imaginatur unū per aliud ut quid ſit blauium per
nigrum et album. Quintus, quādo ex ſimplicibus ſenſus imagi-
natur compoſitū ut dictum eſt ſupra de monte aureo. Sextus
quando per accidēs, et hoc dupliciter uel priuatiue uel poſiti-
ue, priuatiue quando ſilentium per uocē cognoſcitur, et cecitas
per uiſum, et nō roſa per roſam. Nā phantaſia ex entitate ob
iecti ſui imaginatur non tale. Poſitiue ut quādo ſubſtātia per
accn̄tia ſua dicitur ſentiri. Noticia intellectiua ſimiliter ha-
bet ſex gradus. Primus eſt intuitiue cognoſcere ſine ſpecie. Se
cundus abſtractiue cognoſcere per propriā ſpēm. Tertius per
oppoſitionem, uel cōtrariā, ut album per nigrū, uel relatiuā, ut
patrem per filiuȝ uel priuatiuā, ut cecitatem per uiſum, uel cō
tradictoriā, ut non animal per animal. Quartus gradus eſt p
diſperationem abſtractiue cognoſcere ut diuerſa genera po-
morū per alia. Quintus eſt ex conceptibus aggregatis cogno
ſcere, ut ens infinitū, neceſſariū, uerum etc. Sextus eſt per acci-
dens cognoſcere ſubſtātiam per ſpēs accidentiū. ¶ Tertio ar
guitur ſic, primo phyſico. infinitū inquantū īfinitum eſt ignotū,
et .2. meta. infinita non contingit cognoſcere, ergo nec infinitum
cum eadē ſit proportio intellectus ad unū infinitū ſicut ad plu
ra, quia unum infinitū ita bene excedit oīa finita improportio-
nabiliter ſicut plura. ¶ Pro ſolutione huius argumenti notan
da ſunt quedā dicta. Primuȝ. Infinitum eſt duplex .ſ. actuale,
et potentiale. Actuale infinitū eſt quod excedit omne finitū im
proportionabiliter. Sed infinitū potentiale eſt cui ſemp poteſt
fieri additio uel ablatio uel diuiſio ita ꝙ ſi cōtinuaretur in īfi
nitū talis additio uel ablatio uel diuiſio impoſſibile eſſet ueni
re ad finem. Secundum. Quod nō eſt nō poteſt intelligi et p con
ſequens infinitum potētiale nō pōt intelligi, et capitur hic quod
non eſt pro eo qđ includit contradictionē, ſed hoc complexum
infinitum potentiale includit cōtradictionē. Nam ly potentiale
repugnat infinitati, quia bn̄ ſequitur, eſt in potentia ad diuidi,
ergo nō eſt in īfinitū diuiſum. Tertiū. Infinitū potentiale non ē
poſſibile fieri a deo cuȝ includat cōtradictionē, ſed bene poteſt
numerus infinitus actu poni in eſſe, ſimiliter quātitas continua
infinita quod eſt de mente Scoti in lr̄a. quia dicit ꝙ deus actu
intelligat infinitum et per conſequens eſt poſſibile fieri. Quar
tum. Impoſſibile eſt deo et creature intelligere infinitum poten
tiale ſm̄ modum ſue infinitatis qui modus eſt accipere parteȝ,
poſt partem, et omne acceptū et acceptibile eſſe finitum qui mo
dus repugnat infinitati. Intelligens ergo tale infinitū non intelli
git infinitū ſed ſemp finitū. Quintū. Non eſt eadem facultas
poſſe intelligere unum infinituȝ et plura infinita, quia intellect⁹
finitus pōt intelligere unum infinitum ſed non plura. Sed ſolus
infinitus intellectus poteſt intelligere plura infinita. Sextum.
Infinitū eſt duplex, quoddā in genere, quoddā extra genus. In
finitū in genere eſt illud qđ non includit omne ens eo mō quo ē
poſſibile oīa in uno includi ſed tm̄ aliqua unius generis, ut nu-
merus infinitus non includit hoīem nec formaliter nec eminen-
ter nec uirtualiter ſed ſolum numeros qui ſm̄ cōem opinionem
ſunt in genere quātitatis. Et talia plura infinita poteſt intelle
ctus finitus cognoſcere. Infinitū extra gen⁹ eſt illud qđ inclu-
dit omne ens eo mō quo eſt poſſibile omnia in uno includi .ſ. uel
uirtualiter, uel eminēter, uel for^r, et tale ſolū unū pōt ītellect⁹
finitus cognoſcere, nec poſſunt plura eſſe. Septimū. Omnia que
pōt deus intelligere poteſt intellectus quilibet ītelligere per di
uinam potentiam lȝ non tanto actu. Octauum. Propter quinq;

dicitur maior uirtus in diuino intellectu q̃ in noſtro, primo quia diuinus intellectus comprehendit deum ſed noſter ſolum apprehendit, ſecundo quia intellectio dei eſt deus, creature autem intellectio eſt accidens, tertio quia intellectus diuinus neceſſario nouit ea que nec ſunt nec erũt ſed noſter lʒ poſſet noſſe oĩa non tñ neceſſario cognoſcit, quarto quia intuitiue oĩa uidet intellectus diuinus lʒ nõ ſint realiter exñtia, intellectus autem nr̃ non, quinto qa intellectus diuinus dat oĩbus rebus intelligibilibus primũ eẽ eo mõ quo exponetur ĩfra.q.4.ſed nr̃ non. Vltimũ dictũ. Non eſt neceſſe actũ intelligendi et obiectũ hr̃e eundẽ modũ uel ſimilẽ modũ eẽndi, quia ſepe obiectũ ẽ materiale ſʒ act⁹ ĩmaterialis, ſepe obiectũ ñ exiſtit et act⁹ exiſtit, ſepe obiectũ per ſe ſubſiſtit et actus in alio exiſtit, aliquãdo eſt obiectũ infinitũ et actus finitus, et ecõuerſo. Et ſic pʒ quid ſit dicẽdũ ad argumẽtũ quia auctoritas.i.phy. intelligitur de infinito potẽtiali, ſed deus eſt ĩfinitũ actuale. ¶ Quarto ſic arguitur. Gregorius uult ꝙ impoſſibile eſt deũ per intellectũ nr̃m attingi, ſed ꝙ ſemp aliquid ſub deo cõtẽplemur, ergo pars negatiua queſtionis eſt uera. ¶ Pro ſolutione huius auctoritatis notanda ſunt quedã dicta. Primũ. Nõ fuit mens bti Grego. ꝙ cõtemplator querat creaturã aliquã in ſua cõtẽplatione, qa illud qđ querit adorat et pp ſe diligit. Secũdũ. Deus multip^r põt a cõtemplatore intelligi. Primo cõtẽplator btũs intuitiue uidet eum de quo nõ intelligitur Grego. ſed contẽplator uiator de cõmuni lege cognoſcit deũ tm̃ in uli conceptu abſtracto ex creaturis, ſed contemplator priuilegiatus ẽt in uia põt plura cognoſcere. Exquo pʒ ꝙ contẽplator eſt duplex.ſ. btũs, et uiator. Viator duplex.ſ. priuilegiatus et non priuilegiatus. Eſt g° mens bti Grego. Nullus contẽplator uiator de cõi lege cognoſcit deũ in ſua eſſentia nec intuitiue nec abſtractiue ſed cõceptus aliquos cõmunes abſtractos a creaturis qui non ſunt ꝓprie deus.

¶ AD ARGVMENTA pro prima opiniõe etc. Quia argumenta Hen. ſunt multũ cõfuſa et ſolũ recitatiua, ideo obmittuntur. Vis eoꝝ tñ in hoc cõſiſtit ꝙ nitũtur ꝓbare ꝙ nihil ſit cõmune uniuocum deo et creature. Quod ſupra improbatũ eſt. ¶ Lr̃a tñ doctoris conſiſtit in quibuſdam dictis. Primũ nihil reale unicũ eſt in duobus ſingularibus realiter exiſtẽtibus nec aliqd unius eſt realiter cõicabile alteri realiter exiſtẽti, tñ cõceptus pñt abſtrahi cõicabiles.i. uniuoce cõicabiles plurib⁹ rebus. Secundũ. Quicqd eſt in diuinis eſt ex ſe ſingulare ita ꝙ nihil cõtrahitur ibi realiter ad ſingularitatẽ, nihilominus tñ pñt ab eo abſtrahi multi cõceptus ul'es uniuoce p̃dicabiles de deo et creatura, ut ens, unũ, uerũ, bonũ, etiã ſingularitas uel hecheitas. Exquo ſeqtur ꝙ qñ predicatur de deo hecheitas uel ſingularitas hoc p̃dicatũ eſt cõmune uniuocũ deo et creature et nullo mõ proprium, et per ꝯñs quãdo cõcipitur deus ut ſingularis confuſe concipitur et non diſtincte. Tertiũ. Cum arguitur, nihil eſt cõe duobus ſingularibus, g° nihil eſt deo et creature cõmune. Añs dʒ diſtingui uel intelligis de re uel de conceptu, primo modo uerũ eſt, ſecundo modo falſum.

## Queſtio Secunda.

AD SECVNDAM QVESTIONEM DICO ꝙ triplex etc. Hec eſt ſecunda queſtio ſiue iuxta queſtio prime q̃ſtionis, cuius ſolutio ſtat ĩ.22.dictis. ¶ Primum. Licet multiplex ſit ordo intelligibilium, tamen ad propoſituʒ ſufficit triplex ordo, primus eſt originis ſiue generationis, ſecundus perfectionis, tertius adeq̃tionis. Ordo originis idẽ ẽ quod ordo generationis et ẽ ille quo primo cõſideratur illud qđ cõiter prius tp̃e, uel cauſalitate ſiue productiuitate uel preſuppoſitione reali ineſt, ut in cõpoſito primũ qđ ineſt eſt materia prima, et ſic ſucceſſiue ab una forma uſq; ad aliã et uſq; ad ultimã, ut in domo primo ẽ fundamẽtũ, ſecũdo pietes, tertio tectũ. Nec reqritur ꝙ ſemp ſit prius tp̃e ſed ſufficit ꝙ p̃ſupponat unũ alteri realiter ſicut materia preſupponitur realiter ipi' forme. Talis aũt p̃ſuppoſitio aliqñ eſt ex natura rei, ſicut in exemplo p̃habito aliqñ p accñs, ſicut ex ſtatu ſuo uiator hʒ ꝙ prius ſenſibilia cognoſcat ante intelligibilia. Ordo pfectiõis eſt ille quo primo cõſideratur illud qđ eſt pfectiſſimũ in tali genere, ſicut in genere ſubſtãtie angelus eſt primũ et materia prima ultimũ, ſed in ordine generatiõis ẽ oppoſitũ quo ad nr̃am cognitionẽ. Ordo adequatiõis ẽ quo primo cõſideratꝰ totũ adequatũ potẽtie et ſecũdo ptes illius, ut in genere ĩtelligibiliũ oẽ ens ſimul ẽ primũ adequatione et q̃libʒ ptialis entitas ẽ ſecũdũ, et deus ẽ primũ pfectione, et accñs aliqđ ẽ origine primũ, ſic tñ ꝙ nõ cuiuſlibʒ potẽtie eſt unũ accñs primo cognitũ ſed illius illud, et alterius aliud. Secũdũ. Prius ꝑʒ ſubſtãtiã.9.meta. eſt prius ꝑm pfectionẽ. Intellectus illi⁹ auctoritatis qđ primũ ẽ generatiõe ẽ ultimũ pfectione et ecõuerſo, hr̃ infra diſ.12. Tertiũ. Preciſio et adequatio ſunt idẽ in ꝓpoſito, lʒ for^r nõ ſint idẽ. Nã p̃ciſio ĩcludit negationẽ illã, et nihil aliud ſed adequatio ſolũ dicit cõmẽſurationẽ aliquoꝝ et nullã includit negationẽ. Quartũ. De ordine originis eſt triplexi ĩueſtigatio neceſſaria.ſ. de generatione cognitionis actualis, habitualis et uirtualis. Cognitio actualis eſt ipſa noticia uel actus inquãtũ p̃ſentialiter ẽ. Sʒ cognitio habitualis ẽ pñtia obiecti in ſpẽ intelligibili uel alias qñ actu nõ intelligit obiectũ. Virtualis aũt noticia eſt q̃ hri põt ex obiecto actu cognito. Naʒ ex eo haberi põt noticia alterius uel ptis uel oppoſiti, ſicut ex creaturis multa poſſumus de deo cognoſcere que tñ ſunt oppoſita his que in creaturis ſunt de quo amplius ſupra fo.9. Quintũ. Nõ eſt idẽ cõceptus ſimplex et ſimp^r ſimplex, qa oẽ cõplexũ dr̃ cõceptus ſimplex, uel hr̃e conceptũ ſimplicẽ.i. incõplexũ, ſed illud qđ non põt reſolui p intellectũ in plures cõceptus qui non ſint idẽ for^r dr̃ hr̃e cõceptũ ſimp^r ſimplicẽ cuiuſmõi in re nõ eſt, quia nulla res realis eſt ſimp^r ſimplex tñ ĩ qualibʒ re reali intellectus p̃t reſoluere totã entitatẽ in ſimp^r ſimplicia ſicut declaraui in logica in tractatu de diuiſione. Sextũ. Actus ſimplicis intelligentie eſt intelligere incõplexũ, nec.n. oẽ incõplexũ ẽ ſimp^r ſimplex ſed aliqd diuiſibile in plures cõceptus ut pʒ in logica. Septimũ. Cõfuſuʒ idẽ eſt qđ totũ, cõfuſe idẽ eſt qđ ſub rõne totius indiſtincte quaſi in uno cumulo colligati. Diſtinctũ dr̃ illud qđ eſt in ptes actu diuiſum, ſed diſtincte ẽ ſub rõne ſingulaꝝ partiũ uel ſinguloꝝ cõceptuũ, lʒ non ſint in re actu diuiſi. Octauũ. Confuſio uel indiuiſibilitas eſt duplex.ſ. totius eẽntialis in partes eẽntiales, uel totius uniuerſalis in ptes ſubiectiuas. Totũ eẽntiale eſt res cõpoſita ex materia et forma ꝓprie, ſed improprie compoſita ex genere et differentia uel conceptibus pluribus partialibus. Totum uniuerſale eſt ſuperius predicabile de pluribus, et pars ſubiectiua dicitur illud ĩferius de quo predicatur tale ſuperius communius. Nonum. Confuſe concipitur res quãdo ſub ratione totius concipitur ut ſcilicet aliquis cumulus nõ perſpiciendo ſingulas partes eius. Sed confuſum concipere eſt aliquod totum concipere et illud totum poteſt diſtincte concipi ideſt. ꝙ ſingule partes eius (loquor large de partibus pro cõceptibus) concipiantur. Similiter poteſt confuſe concipi quando concipitur ut prius dictum eſt. Decimum. Doc. dicit ſe uelle loqui preciſe de intelligibilibus ſecundum communem opinionem, quia omnes concedunt uniuerſale concipi ſed non omnes concedunt ꝙ ſingulare poſſit concipi, ideo doctor nec dicit nec negat hic nec de eo intendit, et per conſequens quicquid uocat primum uel ſecundum non debet conſiderari uel credi ꝙ uelit negare indiuiduum eſſe primum uel non primum, quia dicit ſe nihil uelle loqui de indiuiduo. Vndecimum. Primum

confuſe cognoſcibile a uiatore eſt ſpecies ſpecialiſsima uia ge
nerationis.i. q̃uisprimo confuſe cognoſcam indiuiduū ſub ra-
tione totius (non enim ſingulas partes primo cognoſco) tamen
non loquendo de ſingulari, primo occurrit tempore et cauſali-
tate noticia alicuius ſpeciei ſpecialiſsime confuſa cuius ſingu-
lare fortius mouet me, et poſt hoc intellectus meus incipit re-
ſoluere in conceptus ſingulos, et cū diuiſit per ſingulos ꝯceptus
tunc diſtincte cognoſcit illam ſpēm ſpecialiſsimā, ita ꝙ in fine
totalis reſolutionis diſtincte cognoſco, ſꝫ antea intelligo partim
diſtincte et partim cōfuſe. Hāc cōcluſioneꝫ probat tripliciter.
Primo. Oīs cauſa naturalis primo cauſat perfectiſsimū effe-
ctum quē pōt cauſare qn̄.ſ. adſunt oīa requiſita et nō eſt īpe-
dita, ſed poſt ſingulare ſpecies ſpecialiſsima eſt perfectiſsimū
cognoſcibile, ergo intellectus et obiectū que ambo ſunt natura-
les cauſe et ſunt oīa requiſita et non ſunt īpedita primo ꝓdu-
cunt noticiā ſpeciei ſpecialiſsime. Secūdo ſic. Diſtincta noticia
entis eſt ultimum uia generationis, ergo cōceptus ſpēi ſpēaliſsi
me eſt primū, quia ſicut ultimū eſt cōiſsimū ſic primū debet eē
ſpēaliſsimū. Añs pꝫ per Auicen.i.meta. Tertio ſic. Oporteret
magnū tp̄us exponere anteq̃; cognoſcerē ſpēm ſpēaliſsimam ſi
oporteret incipere ab ente, ſꝫ tm̄ tp̄s nō expimur. Duodecimuꝫ.
Quāto res ul'ior et cōior tāto in ſuo cōceptu impfectior, et q̃;to
pticularior tanto pfectior, referendo ad idē. Nam indiuiduum
in genere accidentis non eſt perfectius conceptu ul'i in genere
ſubſtantie, ſed ſic debet intelligi. Oīs conceptus cōmunis eſt im
perfectior ſuo inferiori ſi ſit per ſe inferius et per ꝯn̄s intel-
lectiuitas ſuperioris eſt minor intellectiuitate īferioris. Et qa
ſpēs ſpecialiſsima poſt indiuidua eſt infimum, ideo conceptus
eius eſt perfectiſsimus in ſuo genere poſt indiuidua, de quibus
nunc non loquimur. Tredecimū. Quādo alique cāe naturales
hn̄t oīa requiſita, non impedite et nō poſſunt producere aliquē
effectū uel non producūt in aliquo certo tempore, tunc nullo tē
pore poſſunt, quia naturaliter agunt. Decimūquartum. Meta-
phyſica iō eſt ultima in ordine doctrine ſiue docendi eo ꝙ pri-
mo confuſe cognoſcimus ſpecies ſpēaliſsimas et ultimo deueni
mus ad ens per diuiſionem et reſolutionem, et quia ſola meta-
phyſica tractat de ente, et ens non poteſt cognoſci niſi per ab-
ſtractionem ab inferioribus ideo pro ſtatu illo neceſſario pri-
us inferiora confuſe cognoſcuntur et ultimo ens. Cognito autē
ente et paſsionibus ſuis tunc ſit reditus ad īferiora que poſtea
omnia diſtincte cognoſcuntur ut primo cognoſcit hō hoīem cō
fuſe tunc incipit reſoluere ipſum in animal et intellectuale.
Poſtea animal in corpus aīatū, et ſenſibile, et ſic ꝯſequēter uſq;
ad ens, tūc oībus illis cognitis intellectus iterum deſcendit et p
collationem dr̄iarū oīa inferiora diſtincte cognoſcit. Decimū
quintū. Ordo doctrine eſt duplex. Primus ex natura rei, et il-
lo mō cōiſsima eſſent priora, et ille ordo ſimiliter dicit ordo di
ſtincte cognoſcēdi. Secundus eſt ordo qui nobis cōuenit ꝓ iſto
ſtatu, illo mō ordo cōfuſe cognoſcendi ab inferiori ad ſuperiꝰ
dr̄ ordo doctrine. Quomodo per ſenſibilia cognoſcimus intelli
gibilia, et quis ſit proceſſus in nr̄a cognitione et ſpecieꝝ produ
ctione, uide ſupra fo.9. Decimūſextū. Noticia actuali diſtīcta
cōiſsima ſunt prius nota ordine originis et generationis, et q̃;to
cōiora tanto priora, et q̃;to minus cōia tanto poſteriora. Ratio
dicta eſt prius. Exquo ſeqtur ꝙ niſi ens cognoſcatur nihil ali-
ud pōt diſtincte cognoſci, quia niſi eo cognio non oēs cōceptus
alicuius cōcipiuntur cū ens in omnibus includatur. Decimūſepti
mum. Ens includitur quidditatiue in oībus cōceptibus quiddita
tiuis inferioribus nō tn̄ in oībus qualitatiuis, ſicut ſunt paſsio-
nes et dr̄e. Nam ſola genera et ſpēs illo mō ſunt quiddtatiui
cōceptus alia aūt oīa dicūtur hr̄e cōceptus qualitatiuos, nō tn̄
ita ſtricte ſemp capitur qd, qa cōiter quid dr̄ oē intelligibile.

Decimumoctauū. Nullus conceptus ſimpliciter ſimplex pōt cō-
fuſe cōcipi, quia confuſe cōcipitur cuius nō oēs partes uel con-
ceptus cōcipiuntur, ſed cōceptus ſimpliciter ſimplex nullas par
tes hꝫ nec plures cōceptus. Exquo ſequitur ꝙ ens nō pōt confu
ſe cōcipi nec unū, nec uerū, nec bonum. Decimūnonum. Oīs diffi
nitio preſupponit diuiſionem, quia per diuiſionē colligitur dif-
finitio. Vigeſimum. Non contradicit ſibi Auicen. cum dicit me-
taphyſicam eſſe primā et ultimā ſcientiam. Nā eſt prima in or
dine diſtincte cōcipiendi, et ultima in ordine cōfuſe cōcipiēdi,
quia tractat de ente cuius noticia neceſſario eſt diſtīcta a quo
deſcendendo oīa poſſunt diſtincte cognoſci, et quia incipit ordo
a metaphyſica et ideo eſt prima illo mō ſed quādo econuerſo
ab inferiori ad ſupius aſcenditur ultimo deuenitur ad ens et ī
illo ordine metaphyſica eſt ultima. Vigeſimūprimū. Propoſitio
nes per ſe nocte geometrie ex confuſo cōceptu terminoꝝ ſunt
per ſe note.i. non oportet ꝙ termini earū cognoſcantur diffini-
tiue et diſtincte quo ad oēs partes et conceptus, ſed ſufficit ſo-
lum ſcire quo ad quātitatem quodāmō ſenſibilē quā ſignificāt
termini, nō curando quidditatē penes genus et dr̄am. Vigeſimū
ſecūdū. Quāuis ex natura rei ordo diſtincte cognoſcēdi eſſet
prior ordine confuſe cognoſcendi tn̄ pro ſtatu iſto ſimpliciter
prior eſt ordo cōfuſe cognoſcēdi q̃; diſtincte cognoſcēdi, quia
per reſolutionē inferioꝝ et totorū in cōceptus acquirimus noti
ciā diſtinctā illoꝝ conceptuū et inferioꝝ et totoꝝ, ita ꝙ inferio
ra et tota, primo cōfuſe cognoſcūtur ſecūdo reſoluūtur, tertio
cōceptus in quos reſoluūtur diſtīcte cognoſcūtur, quarto infe-
riora et tota diſtīcte cognoſcūtur. ¶ Sed ꝯ hoc arr tripr. Pri
mo ſic. Primo phy. Dicit Ariſto. ꝙ confuſa.i. ul'iora ſunt nobis
prius nota. Rn̄det doc. cōcedēdo de ul'iorībꝰ.i. ſpē ſpēaliſsima
que eſt ul'ior indiuiduis in ordine ꝯfuſe ꝯcipiēdi, ſir cōcedit de
ul'ioribus ſimpr in ordine diſtincte cognoſcendi. Et huic allu-
dit exemplū de puero et pr̄e et mr̄e, quia priꝰ ſpeciem poſtea ī
diuiduū cognoſcit. Sꝫ qcqd ſit puer abſolute cognoſcit hūc hoīes
quē credit pr̄eꝫ et ſic errat. Dicta aūt precedētia ut poſtea pa
tebit intelligūtur de potentia diſpoſita et obiecto debite apro-
ximato. Intellectus aūt pueri non eſt debite diſpoſitus propter
indiſpoſitionem ſenſuū. Quis autem ſit intellectus auctorita-
tis.i. phy. ibidem patebit. ¶ Secūdo ſic arguitur. Auicen. dicit
ꝙ a remotis uiſa ſub rōne cōiſsimorū primo apprehendūtur et
quanto remotius tanto ſub rōne cōmuniori apprehendūtur. Re
ſpondet doc. ꝙ illius cauſa eſt indebita approximatio obiecti
que facit ꝙ non perfecte apprehenditur obiectū. ¶ Tertio ſic.
Prius componitur argumētū q̃; ſoluatur, ergo prius cōceptus
ſimpr ſimplices cognoſcuntur q̃; cognoſcantur cōceptus cōpoſi
ti ex ipſis, et per ꝯn̄s cōmuniora cognoſcuntur ante ſpēs et in-
diuidua. Pro ſolutione huius argumēti doc. notat ꝙ in arguen
do ſubiectū concluſionis demōſtrationis uirtualiter cōtinet to
tum diſcurſum, et cōmuniter in omni argumento intermino in-
ferente continetur uirtualiter totum argumētum, ut homo cur
rit ergo homo mouetur, in ly currit eſt tota uis argumenti, gͦ
in arguēdo procedit ab includente ideſt a cognitione alicuius
incomplexi ad incluſum ideſt ad cognitionem totius argumen
ti. Similiter principiū ideſt noticia añcedentis uirtualiter cō-
tinet concluſionē ideſt noticiam cōcluſionis. Secūdo notandū ꝙ
proceſſus eſt duplex unus ſimplicium ad ſimplicia ideſt incō-
plexa ut ex cognitione hominis habeo quid ſit animal, et cor-
pus, et ſubſtantia, et ens, alius a cōplexis ad complexa ideſt a
premiſsis ad concluſionem. Reſpondet ergo ad argumentū con
cedendo ꝙ naturalis ꝓceſſus pro ſtatu iſto ē ab īcludente.i. ab
inferiori incōplexo ad aliud incōplexū quod eſt ſuperius. Si-
militer ab includente complexo ideſt antecedente ad aliud cō-
plexū ſcilicet cōſequens, per cōſequēs neganda eſt cōſequētia.

¶ QVANTVM AD NOTICIAM habitualē ſiue uirtualē etc. Hic doc. determinat ſecundā et tertiā ptes primi articuli principalis ubi ſimul iungit ꝯcluſiones utriuſq; articuli in unā ꝯcluſionē que eſt illa. Via generationis cōmuniſſima ſunt prius nota habitualiter et uirtualiter. Probat. Sicut eēt ordo in aliquibus ubi ſunt realiter diſtincta, ſic idē ordo eſt eorundem qn̄ ſunt in uno realiter omnia illa ꝯtinēte, ſicut uegetatiuum et ſenſitiuū et intellectiuū in diuerſis ſpeciebus animaliū ſunt realiter diſtincta tamen oīa ſimul uniunt in una aīa intellectiua, etiā ſuppoſito ꝙ primo embrio uiuat uita uegetatiua, poſterius ſenſitiua, tertio intellectiua, deſtructis prioribus duabus uitis tunc ſicut realiter primo uegetatiua anima infuit, ſecūdo ſenſitiua tertio intellectiua ſic poſtq; homo ē genitus tunc adhuc intelligitur aīa intellectiua prius īformare inquantū includit uegetatiuā q; ſenſitiuā et intellectiuā, et prius ſenſitiuum q; intellectiuū. Maiore ergo probata ſit illa minor. Sed quanto cōmuniora tanto prius nota ſunt ītellectui noſtro (licet ex ſtatu lapſus oppoſitū ſit) ergo ꝯñtia uera. Et nō debet intelligi ꝙ realiť ſic ſit ſed aptū natū eſſet ſic eſſe ex parte obiectoꝝ ſed ꝓ ſtatu iſto r̄pugnat ītellectui ordo ille. Vtrū ſint plures forme ſubſtātiales in eodē uidebiť in q̄rto libro ī materia de euchariſtia.

¶ NVNC DE ORDINE pfectionis diſtinguo etc. Iſte eſt ſecundus articulus principalis huius queſtionis cuius ꝯtinentia in quattuor dictis ꝯſiſtit Primū. Perfectius intelligibile pōt capi dupliciter, uno° ſimpliciter ut illud quod in ſe eſt perfectius Alio° ſm proportionē ad potentiā cognoſcentē. i. ſi potētia eſt debilis tunc nō pōt multū capere de obiecto et aliquando minus de nobiliori ut uiſus noctue min⁹ uidet de ſolis lumine uel luce q; de obſcuro lumine licet in ſe ſit magis uiſibilis. Secundū. Modica noticia intellectiua de nobiliori obiecto eſt nobilior q; magna de ignobiliori obiecto, ſic intelligēdo, ꝙ quia intellectio ſuā entitatē accipit ab obiecto ideo noticia obiecti nobilioris indiuidualiter ex conatu potentie remiſſa eſt ſpecifice nobilior q; noticia intenſa ignobilioris obiecti. Nā talis intenſio et remiſſio ſunt ſolū gradus indiuiduales ſed obiectū nobilitat uel intendit ſpecifice. Tertiū. Quia ergo deus eſt pfectiſſimū ens iō naturaliter et ſupnaturaliter nullū eſt perfectius et pri⁹ illo mō cognoſcibile, poſt deū ſpēs pfectior in uniuerſo eſt primū intelligibile illo mō, et ſic ꝯñter, ita ꝙ oēs ſpēs ſub eodē genere ſunt priores illo ordine q; genus et ſemp genus inferius eſt prius q; ſupius. Nam ut dictū eſt quāto cōiora tāto impfectiora limitādo ſm predicta. Hec dicta ſunt ſm perfectionē ſimpliciter obiecti et cognitionis. Quartū. Illa que perfectius mouēt ſenſum ſunt pfectiora cognoſcibilia ſm proportionē pro ſtatu illo, qa plus capimus de illis ſenſibilibus q; de pure ītelligibilibus, et cōparatiue ad entitatē ſenſibilē plus capimus de eis q; de deo ſm ſuam entitatē. Nam detur caſus ꝙ albedo habeat decem gradus entitatis, et lux centū, tūc oculus lippus omnes decē gradus albedinis capit et uix uiginti gradus lucis. Et quia oēs decē gradus albedinis uidet et octoginta minus de luce q; totū, ideo dicitur ꝓportionabiliter minus uidere de luce q; de albedine q; q; abſolute in duplo uideat tm̄ de luce ſicut de albedine. Tertius articulus principalis expedietur in q̄ſtione ſequēti.

¶ AD ARGVMENTA huius queſtionis. Ad primū dico etc. Poſtq; expeditū eſt corpus huius queſtiōis reſtat nūc ſoluere argumenta. ¶ Cū ergo queritur utrū deus ſit primū cognitum a nobis naturaliter pro ſtatu iſto. Pro parte affirmatiua. Arguitur tripľr. Primo ſic .s. Vnūquodq; ſicut ſe hȝ ad eſſe ita ad cognoſci, ſed deus eſt primū ens, ergo deus eſt primo cognitum. ¶ Pro ſolutione huius argumenti notandum primo ꝙ nō ualet illa conſequētia, eſt primū ens, ergo primo cognitū a nobis, ſed bene ſequitur, ergo primum cognoſcibile quantum eſt de ſe. Secundo notandū. Cū dicitur. 2. meta. ſicut ſe hȝ res ad entitatē ita ſe hȝ ad ueritatē, ly ueritatem debet ītelligi. i. ad cognoſcibilitatē quātū eſt de ſe, nō quātū ad illū uel illū intellectum niſi ſit intellectus dei uel angeli multū perfecti, uel alterius qui omnē rem intelligit q̄tū eſt de ſe nata intelligi, cuius modi non eſt intellectus nr̄ pro ſtatu illo, lȝ forte deus aliquibus ſpecialiter dederit, et ſic pȝ ꝯñaȝ nō ualere. Simiľr pȝ ſenſus auctoritatis. ¶ Secūdo arguitur. Nihil pfectiſſime cognoſcitur niſi deo pfecte cognito, ergo nihil ſimpʳ cognoſcitur niſi deo ſimpliciter cognito, ꝯña pȝ quia in his que ſunt per ſe ſicut maximū ad maximum, ſic ſimpliciter ad ſimpliciter et ecōuerſo. 2. topi. ¶ Pro ſolutione huius argumēti notādū primo, ꝙ illa ꝯña, ſicut maximum ad maximū ſic ſimpliciter ad ſimpliciter, non ualet niſi in cauſis preciſis. i. adequatis. i. ſi nulla alia cauſa eſt cognoſcendi niſi maximum, ut eclipſis poteſt cognoſci demonſtratione intellectuali et uiſione ſenſitiua licet ergo maxima cognitio eclipſis tantū fiat per maximā cognitionē. ſ. demonſtratiuam, tamē ſimpliciter. i. ſine addito pōt cognoſci eclipſis dato ꝙ non cognoſcatur maximo modo. ſ. per demoſtrationem. Secundo notandū, lȝ maxima noticia cuiuslibet rei tantū habeatur per noticiam dei perfectam non tamen p̄ciſe cognoſcitur. i. tantum per noticiā dei perfectam, ſed etiā in proprio genere. i. propria ſua natura uel in ſe realiter exiſtente et preſente, uel in ſpecie, uel alio mō uirtualiter uel eminenter, ideo non ſequitur maxima noticia cuiuſlibet rei ſolum habetur per dei noticiā perfectā ergo omnīno non poteſt cognoſci niſi per dei noticiā. Nā illa auctoritas ſic ītelligitur, ſicut maximū ad maximū. i. ſicut ſe hn̄t duo ad ĩuicem cōparando ipſa cū gradibus ſuperlatiuis, ſic ſimpliciter ad ſimpliciter. i. ſic ſimiliter ſe habent ſine omni gradu cōparationis preciſe capiendo ipſa in ſe, ut ſicut ſe habet ſummus aſinus ad ſummū animal ſic ſe habet aſinus ad animal etc. Quādo ergo nō ſunt plures cauſe rei ſine cōparatione uel ſine gradu q̄uis addito gradu ſuperlatiuo, tūc bene ualet cōſequētia a maximo ad ſimpliciter. Quādo aūt res in ſe poteſt tribus uiis acquiri et in ſummo pōt ſolū una uia acquiri tunc nō ualet cōſequentia, ſicut hic, ſumma noticia rei per dei noticiā pfectā ſolum pōt haberi ſed noticia rei in ſe ſine gradu compationis poteſt haberi per duas cauſas. ſ. per dei noticiā et noticiā in proprio genere. Sic ergo probatio conſequentie non ualet ad propoſitum. ¶ Tertio ſic arguitur. Perfectiſſimus actus potentie eſt circa perfectiſſimū obiectum, ſed deus eſt pfectiſſimū obiectum ergo deus eſt ſimpliciter primū cognitū uel cognoſcibile. Pro ſolutione huius argumenti notandū primo. ꝙ maior non ē uera de primo obiecto adequationis ſed ut iacet de primo obiecto perfectionis. Secundo notandum. Abſtractū obiectū ab aliis non eſt adequatum ſed oīa ſimul cognoſcibilia ab illa potentia, ideo maior ſimiliter eſt uera de primo adequatione, ſi qs ergo omnia ſimul uno actu cognoſceret ille actus eſſet perfectiſſimus ceteris paribus. i. cuȝ equali conatu et obiecti preſentia etc. Tertio notandum. Suppoſito ꝙ potentia nō uno actu oīa cognoſcibilia cognoſcat tunc actus perfectiſſimus eſt ille quo cognoſcitur obiectū perfectiſſimū cōtentum ſub primo obiecto abſtracto qđ eſt pars primi obiecti. Quarto notādū. ꝙ doctor uidetur uelle in littera ꝙ aliqđ abſtractū ab omnibus cōceptibilibus ad aliqua potentia ſit primū. i. adequatum obiectū illi⁹ potentie. Sed notandū eſt ꝙ adequatū obiectū capitur dupliciter. Vno modo proprie pro tota aggregatione omniū attingibilium ab illa potentia. Alio° improprie ꝓ illo qđ p̄dicatur de oībus illis, et ſic capit doc. in lr̄a cū dicit maiorē nō ītelligēdā de primo obiecto adequationis. Seqtur g° ꝙ ex natura rei deus ē primū cognoſcibile ſed nō eſt adequatū obiectū nec primo nec ſecundo modo nec pro ſtatu iſto eſt primum cognoſcibile.

¶ QVOD AVTEM dicit iſta opinio recitata etc. Hic ſol uuntur argumenta opinionis Hen. pro ſecunda queſtione. Cum dicit ꝙ indeterminatū negatiue ſit magis indeterminatum ꝙ̄ qđ eſt indeterminatū priuatiue. Si intelligit de indeterminatione ꝑdicationis falſum eſt, quia deus eſt ex ſe ſingularis, ſi intelligit ꝙ ſit maioris entitatis, cōcedo, ſed ex hoc non ſequitur ꝙ prius occurrat intellectui nr̄o. ¶ Pro ſolutione ſecundi argumenti eius notandū ꝙ deus dupliciter pōt cognoſci. Primo mō comple xe per diſcurſum ex creaturis, formādo premiſſas et inferendo cōcluſionē de deo. Illo mō uerū eſt ꝙ ultimo deus cognoſci tur quo ad propoſitionē totā, ſed tñ ipſe incōplexus conceptus dei neceº prius cognoſcitur quia ante noticiā cuiuſcunq; propoſitionis oportet precognoſcere terminos incōplexe et ante noticiā cōcluſionis demōſtrate oportet precognoſcere ꝓpōes premiſſas. Ex quo pʒ ꝙ ante diſcurſuʒ deus cognoſcitur incōplexe. Secundo modo incomplexe, illo mō noticia dei non proprie dependet a creaturis, nihilominus tamen dei noticia incōplexa eo mō quo nunc eū cognoſcimus colligitur ex creaturis.

## Queſtio Tertia.

IVXTA ILLVD QVOD TACTVM EST in tertio articulo ſecūde queſtionis etc. Hec ē tertia queſtio huius diſtinctionis fundata in tertio articulo ſecūde queſtiōis que remiſit ad hāc queſtionem, in cuius titulo ſunt ſeptē termini declarandi. ſ. deus ꝙ eſt declaratus. q. 3. p. Obiectū qui declaratus eſt di. i. q. i. Naturale qui pʒ. i. q. p. Primū pʒ. 3. q. pro. Adequatū fo. 2. col. 2. Intellectus pʒ fo. 41. col. i. Viator patet. i. q. p. et fo. 34. col. 4. et fo. 63. col. 2. ¶ Titulus aūt. q. eſt talis, utrū deus ſit obiectū naturale primū et adequatū reſpectu intellectus uiatoris. Cuius capite dimiſſo corpus diuiditur in duas partes, prima eſt opinionum recitatiua et improbatiua, ſecūda eſt ueritatis determinatiua. ¶ Prima cōſiſtit in duabus partibus ſm duas opiniones. Prima eſt beati Thome in. i. par. ſum. q. 12. ar. 3. et. q. 75. ar. i. Que conſiſtit in ſex dictis. Primum. Quidditas rei materialis. i. rei ſenſibilis eſt adequatū obiectū noſtri intellectus. i. nihil pōt intellectus noſter intelligere pro ſtatu iſto niſi ſenſibiliū quidditates et incluſa ī ipſa. Secundū. Vniuerſaliter potentia ꝓportionatur obiecto ſuo in eſſe et intelligi. In eſſe, quia qualē exiſtentiam hēt obiectū talē hēt potentia. i. ſi obiectū eſt ens materiale corporale tunc ſola potentia corporalis pōt ipm attingere. Si aūt eſt ens pure ſpūale tūc ſola potētia pure ſpūalis pōt attingere. Si aūt partim eſt corporale partim ſpūale tūc potētia ēt debet eē partim corporalis et partim ſpūalis. In intelligi. i. quātum obiectū eſt intelligibile uel cognoſcibile uel attingibile tm̄ pōt illa potentia ipſum attingere et hoc in ſuo genere, quia non oportet oī mō adequari, quia oē obiectū eſt infinito actu attingibile et penes oīa predicata dicibilia de eo, non tamē oīs potētia illo mō pōt ipm attingere, ideo dixi in ſuo genere. Tertium. Potantia cognitiua eſt triplex. Prima eſt materialis in eſſe et operari. i. non indiget ipſa materia ad ſuū eſſe nec requirit corporeū organū ad ſuum opari. Secunda eſt cōiuncta materie in eſſe et operari, ſicut ſunt ſenſus qui ſunt quedā cōpoſita ex organo corporali et potentia ſpūali aīe, ita ꝙ nec poſſunt eē nec operari ſine organis. Ex quo pʒ ꝙ illud ſpūale ex parte aīe nō dicitur ſenſus ſed totū compoſitū predictū. Tertia eſt materialis in eſſe ſed non in opari. i. ipſa eſt quidē forma materie ſed non indiget organo corporeo ad operari ſuū, ut eſt intellectus hominis et uoluntas. Quartū. Cū intellectus diuinus nec materialis ſit in eſſe nec in opari ergo obiectum ſuum etiam eſt tale qđ eſt ipſa diuina eētia. Quintum. Cū ſenſus ſit omnino materialis in eſſe et in opari, ſequitur ꝙ obiectū eius debet eē oīo materiale quod eſt ſingulare ſenſibile. Sextū. Cum intellectus hominis uiatoris ſit partim immaterialis neceº dabitur ſibi obiectū quod in eſſe eſt matiriale et tamē intelligitur abſtracte et ſeparatim a ſenſibilibus, ſicut eſt quidditas rei materialis. i. ſingularis ſenſibilis que quidē eſt in ſingulari materiali tamen cognoſcitur abſtracte ſine ſingulari.

¶ CONTRA ISTVD non pōt ſuſtineri etc. Hic doc. ipro bat opi. s. Tho. cuius improbatio cū aliquibꝰ declatiuis conſiſtit in. 47. dictis. Primū. Idem intellectus numero eſt qui eſt hominis in ſtatu innocentie, in ſtatu nature lapſe, et in ſtatu glorie, quia fides catholica hoc tenet ꝙ eodem intellectu quo nūc credimus, deū intuitiue uidebimus. Secundū. Ex natura intellectus cuiuſcunq; eſt ꝙ natus ē intelligere quodcunq; quōcunq; ſit intelligibile ēt in corpore tam mortali ꝙ̄ immortali niſi ꝙ intellectus finitus nō pōt infinite intelligere, et intellectus infinitus non poteſt finite intelligere. Sequitur correlarie falſum eſſe ꝙ intellectus noſter nō poſſit pure ſpūalia intelligere. De quo ui de. q. i. pro. Sequitur ſecūdo. Non intendiſſe beatum Tho. ꝙ intellectus quē mō habemus nō poſſit deū intuitiue uidere quia alias fuiſſet hereticus immo de facto tenetur de quibuſdā uiatoribus ꝙ uiderint deū intuitiue ut in dicto ſequenti. Tertiū. Beatitudo eſt duplex. ſ. traſiens et permanens, prima ē cū alicui uiatori in paruo tpe conceditur uiſio et fruitio diuine eēntie ſicut moyſi et paulo et ueriſimiliter Ioāni euangeliſte dūmō ſcripſit primū capitulum euangelii ſui et in conditione apocalipſis, hoc tñ non aſſero. Quartum. Doctores cōiter tenent ex ſecūda epiſtola ad corinth. i3. Oēm beatū habere unū habitū in ſua uolūtate qui uocatur charitas ut delectabilius et feruentius fruatur deo. cōſimiliter. s. Tho. et antiqui doctores tenuerunt in intellectu eſſe habitū in patria qui uocatur lumē glorie ita ꝙ ſit impoſſibile creature deū uidere niſi habeat illū habitū. Similiter dixerūt ꝙ uoluntas beata nō poſſit deo frui fruitione patrie niſi habeat habitū charitatis. Quintū. In clemen. Ad nr̄m de hereticis, dicit conſtitutio neceſſariū eē lumen glorie in intellectu ad hoc ꝙ uideatur deus, quod ad propoſitum pōt intelligi de potentia dei ordinata, quia abſolute nulla neceſitas eſt, de quo tñ amplius dicā in quarto et ex qua ſcriptura habeatur illa opinio. Sextū. Diuina uiſio. i. diuine eſſentie uiſio dicitur uiſio facialis. i. intuitiua cognitio. ſicut res per faciē uiſa in propria preſentia uidetur et per ꝯñs intuitiue. Septimū. Videre dei faciem pōt intelligi quintupliciter, primo per gratiā. i. charitatem uel per dilectionē gratuitā, ſecūdo per carnē ut in humanitate aſſumpta, tertio per gloriā. i. per habitū qui dicitur lumen glorie, quarto per propriā eēntiam, quinto in ſpē intelligibili perfecte repreſentante diuinā eſſentiā. Et per oppoſitū uidere poſteriora dei pōt quintupliciter intelligi, primo quādo deus cognoſcitur per rōnes naturales, ſecundo per figuras ſcripturarum, tertio per cōceptus creaturarū, quarto in carne corruptibili, quīto in uiſione uel corporali. i. ſenſitiua exteriori, uel imaginaria. Et illa membra. ſ. uiſionis per faciē et poſteriora directe ſibi opponūtur, primū primo. ſecundū ſecundo etc. Octanū. Viſio eſt triplex, prima corporalis ſenſitiua exterior, ſecunda imaginaria per ſenſum interiorē, tertia eſt intellectualis que fit per intellectū, prophete aūt aliquādo uiderūt primo mō, aliquādo ſecundo mō, aliquādo tertio mō, et aliquādo duobus modis, et aliquādo tribus modis, uerūtamen nulla uiſio corporalis uel imaginaria facit prophetā ſine ītellectuali. i. ſi aliqua multa corporaliter uel imaginarie uideret et non intelligeret non eſſet propheta. Nonus. Facies capitur multis modis, primo pro dei preſentia, et hoc tripliciter, primo per gratiam. Geneſis. 23. Vidi dominum facie ad faciē, ſecūdo per carnē. 2. corin. 3. Nūc aūt reuelata facie, tertio per gloriā. Exo. 33. faciē aut meā non

uidebis. Secundo, principaliter deus pater dicitur facies, math. 16. Angeli eorũ ſemp uident faciẽ patris.i.patrẽ, tertio deus filius dicitur facies. Pſal.12. Vſq; quo auertis faciem tuã.i.uſq; quo differs mittere filiũ tuũ, quarto noticia dei in homine dicit facies. Pſal.104. Querite faciem eius ſemper.i.noticiã eius. Quinto beniuolentia dei. Pſal.50. Ne proiicias me a fecie tua .i.a beniuolentia tua. Sexto pro ſcientia dei reſpectu creaturarum. Pſal.9. Auertit faciẽ ſuã ne uideat finem. Septimo protectio dei. Abacuc. Ante faciẽ eius ibit mors. Octauo aiaduerſio Iob.13. A facie tua nõ abſcondar. Nono fides. Ezechielis primo. Quattuor facies uni.i.quattuor euangelia unã fidẽ pretẽdentia. Decimo ecclesia. Appocalipſis.i. Facies eius ſicut sol. Vndecimo cor hoĩs. Iob.xi. Leuabis faciem tuã ad deũ. Duodecimo intentio. Iob.15. Operuit faciẽ. Tredecimo. Cõſcientia Mathei.6. Faciẽ tuã laua. Decimoquarto uetus teſtamentũ. Exodi. 24. Poſuit moyſes uelamen ſuper faciẽ ſuam. Decimũ dictũ. Facies hoĩs eſt triplex. Prima eſt mentis, et eſt portio ſuperior. Secunda eſt rationis.i.portio inferior. Tertia eſt aĩe.i. ſenſus inquantũ animat uel informat. Facies aũt uelatur tripliciter. Primo per fidẽ que per accidens patitur nebulas, pp molem corporis. Nã ſolicitudines uelant memoriã, phantaſmata intelligentiã, et concupiſcentie uolũtatẽ, et illud eſt ſemper in ſtatu nature lapſe, tñ plus et min⁹, niſi auferatur ſpeciali grã ſicut in btã uirgine. Secundo uelatur ex ſtatu uiatorũ hominum. Et hoc dupliciter. Primo in ſtatu innocẽtie per ſomnũ et illud nõ aufertur, immo nec a beata uirgine. Secundo in ſtatu nature lapſe per neceſſitatem ſpeculãdi ſenſibilia. Tertio uelatur facies ex uia angelorum, quia tũc non cognouerunt deũ intuitiue ſecundũ cõmunẽ opinionem. Vndecimũ. Speculũ eſt triplex. Primũ ẽ naturale, et illud eſt duplex. Primũ eſt natura, qua philoſophi multa uera dixerũt de deo et angelis. Secundũ eſt induſtria que in uiatore nõ põt uigere ſine tenebris errorũ. Secundum ſpeculum eſt ſpecialis gratie qua res intelligũtur clarius q̃; per naturalia. Tertium eſt cuiuſdam interioris experientie cũ amor iungitur cognitioni, tũc clariſſime ingreditur ſm doctores deuotos. Duodecimũ. Quandocunq; aliqua ſcientia hẽt aliquod obiectũ, tũc illa potentia in qua eſt illa ſcientia hẽt idẽ obiectũ, ut ens eſt obiectum metaphyſice, et etiã eſt obiectũ intellectus in quo eſt metaphyſica, et naturaliter põt intelligi. Tredecimũ. Deus eſt obiectũ metaphyſice et tota metaphyſica ut nunc eſt tradita põt naturaliter haberi a uiatore, et per ꝯns naturaliter põt intelligi deus eo mõ quo traditur eius noticia in metaphyſica. Idem dicendũ de angelis. Sequitur falſum eẽ q̃ uiator nullũ imateriale poſſit cognoſcere cuꝫ deus et angeli ſint immateriales. Decimũquartũ. Nulla ſcientia hẽt obiectum qđ non poſſit intellectus intelligere, cum ergo theologia ſit ſcientia ſuo mõ et ſit in noſtro intellectu ſeqtur ꝙ obiectuꝫ eius qđ eſt deus immaterialis poſſit aliquo modo intelligi a nobis. Decimũquintũ. Intelligibilitas eſt paſſio oĩs entis ad quẽcunq; intellectum in quocunq; ſtatu ſꝫ non pro omni ſtatu. Nã idem intellectus numero qui eſt in uiatore erit in beato, et per cõſequens ipſe idẽ põt cognoſcere oĩa, licet nunc pp ſtatũ ſit impeditus, ſemp tñ ex propria ſua natura eſt intellectiuus oĩum receptiuẽ. Decimũſextũ. Intellectus eſt triplex, diuinus, angelicus, et humanus. Diuinus eſt ſummus, angelicus medius, humanus aũt eſt infimus. Decimũſeptimũ. ꝙ diuinus intellectus dicĩtur ſummus hoc nõ eſt inquãtũ intellectus, quia ut ſic uniuoce eſt in deo, angelo, et hoĩe, ſed propter modũ intrinſecũ quẽ habet in deo qui eſt infinitas entitatiua extra genus. Decimum octauũ. Intellectus angelicus et humanus nõ habent omnino ſimilẽ modum intrinſecũ qui eſt finitas, quia in ea ſunt eſſentiales gradus tales quales habent ipſe eſſentie angeli et hominis. Finitas enĩ cuiſlibet rei idem eſt ſibi realiter et formaliter cũ ſit modus intrinſecus. Decimũnonũ. Intellectus angelicus ideo dicitur medius quia ſua finitas.i.eſſentialis et realis perfectio eſt eſſentialiter perfectiõr hoĩe et humano intellectu et eſſentialiter impfectior infinitate diuini intellectus. Vigeſimũ. Intellectus humanus nõ dr̃ infimus abſolute, quia nõ eſt ens impfectiſſimum ſed in genere intellectuũ eſt impfectiſſimus. Quomodo intellectus nr̃ ſit limitatus ad ſenſibilia uide.i.q.prolo. Vigeſimumprimũ. Ipſe Ariſtoteles reperit ſe nõ poſſe intelligere niſi materialia et neſciuit cauſam, tñ poſt diligentẽ inquiſitionẽ reperit iſtũ ordinẽ in nr̃a intellectiõe ꝙ nihil intelligitur niſi prius et ſimul phantaſiatũ et nihil phantaſiatur niſi prius exteriori ſenſu ſenſatũ, et nunq; aliter fieri reperit, ideo credidit ex intrinſeca ratione formali hominis ſic eſſe ſꝫ aĩa ſeparata haberet modũ intelligendi angeloꝝ. Sãctus Thomas aũt ſecutus fuit philoſophum, ſed in hoc eſt error, quia in penã peccati originalis ineſt nobis, ut pꝫ.q.i.prolo. Nã perfectus hõ erit in patria et tñ deũ uidebit. Vigeſimũſecũdũ. Nulli potẽtie debet dari obiectum ſm particularẽ ſtatũ ſed penes ſuã quidditatẽ et naturã, ut intellectui nõ debet dari obiectũ illud qđ põt intelligere quãdo homo eſt ebrius uel preciſe pro ſtatu iſto, ſed debet ſibi dari aliqđ quod ſibi ex natura ſua eſt adequatũ.i.qđ includit oĩa intelligibilia ab eo in quocunq; ſtatu, et pro oĩ ſtatu ſimul uel ſeparatim. Vigeſimũtertium. Illud non eſt adequatuꝫ obiectũ intellectus qđ ei adequatur pro ſtatu iſto ubi ſola ſenſibilia et ex eis elicibilia intelligit, ſꝫ debet ſibi dari oẽ ens quocunq; modo ens cuꝫ naturaliter deſideret cognoſcere oẽ ens, et naturale deſideriũ nunq̃ ſit fruſtra. Vigeſimũquartũ. Phantaſia hꝫ immediatũ ordinẽ ad ipſum intellectũ uiatorẽ de cõi lege et naturali cognitione. Additur de cõi lege, quia ſpeciali priuilegio multis uiatoribus datur ꝙ pñt cognoſcere ſine phantaſia, immo uidetur ꝙ aliqui naturali ingenio prediti, et continuo exercitio poſſint intelligere aliqua nõ ſimul phantaſiando ſenſibilia, de quo amplius uidebitur in ſecundo. Vigeſimũquintũ. Senſus capitur undecim modis. Primo pro aĩa intellectiua inquantum eſt cauſa ſenſationũ. Secũdo pro aĩa ſenſitiua. Tertio pro organo ſenſus quod eſt oculus. Quarto pro organo et potentia ſenſitiua ſimul ideſt pro oculo et potentia uiſiua. Quinto pro ſenſatione ut eſt actus uidendi. Sexto pro potentia uiſiua ſola uel ut diſtiguitur ab aliis potentiis et ab organo, et capitur hic organũ large pro materia diſpoſita ad ſuſceptiones potentie ſenſitiue. Septimo. Pro itellectu ut cõmuniter capitur. Octauo pro intellectione. Nono pro naturali inclinatione ad ſentiendum. Decimo pro ſententia alicuius orõnis. Vndecimo pro ſermone uocali apud aliquos philoſophos etc. Vigeſimũſextum. Raptus proprie eſt eleuatio potentie ſupioris ceſſantibus inferioribus uel notabiliter debilitatis.i. impedimentũ potẽtiarum inferiorum in actionibus ſuis pp intenſam actionẽ potẽtiarum ſuperiorum, ut cum ſenſus nihil poſſunt ſentire propter fortiſſimã actionẽ intellectus uel uoluntatis. Sed raptus large eſt impedimentũ cuiuſcunq; potentie pp forteꝫ actionẽ alterius, ut aliquando ſenſus exteriores impediũtur propter fortẽ phantaſiam, et aliquando auditus propter fortẽ uiſionẽ. Vigeſimũſeptimum. Extaſis eſt raptus in ſuperiori portione rõnis dũ ita occupatur ut nullus ſenſus nec interior nec exterior nec aliquãdo nutritiua potentia et augumẽtatiua nec motiua poſſunt exire in proprias opationes. Vigeſimumoctauũ. Differũt raptus et extaſis, quia raptus fit in omni ſuperiori potentia reſpectu inferioris, nec eſt ita efficax in ſuſpendendo actus inferioruꝫ potentiarũ. Sed extaſis fit in ſola mente et totaliter ipedit act⁹ oĩum potentiaꝝ inferiorũ q̃; diu durauerit. Et q̃do dicit ſanctus Paulus ſe raptũ, intelligit de extaſi, quia dicit ſe neſciſſe

an in corpore uel extra corpus fuerit etc. Similiter regina ſaba dicitur non habuiſſe ultra ſpiritum cōtemplandi ſapientiaꝫ ſalomonis.i.fuit in extaſi. Et dicitur ſtupor uel ſpalmus. Aliquādo etiā aīa ſecundū portionē inferiorem fortiſſime occupatur, ita ꝙ nihil agit ſpiritu ſuperiori et tūc uocatur abſorptio ſpiritus. Vigeſimūnonū. Differunt raptus et tractus, quia raptus ē in ſupioribus potētiis, et tract⁹ ſolū in ſenſu exteriori, cum ſenſus exterior tam fortiter occupatur ut interior nihil agere poſſit. Trigeſimum. Raptus eſt triplex, et celum Pauli eſt triplex. Primus eſt imaginationis quādo imaginatione preſentis rei feruet deſiderio, quia ſola cognitio ſine deſiderio non poſſet efficere tā profundā fixionem potentie ut Valerius maximus de quibuſdā narrat. Secundus eſt rōnis qui fit per amorē uoluntatis quo philoſophi tam diligenter ſtudēt, abſtrahunt, et diſcurrunt ut nihil poſſint potentie īferiores, ſicut narrat idē Valerius. Tertius eſt mentis qui fit per ſcintillam afectionis menti cognitam et appropriatam, dicitur amor extaticus, uel exceſſus mentis, uel extaſis, uel anagogica ductio, uel raptus in terciū celū, uel diuiſio aīe et ſpūs, uel introductio in diuinā caliginē, exemplo moyſi, uel ītroductio in ſancta ſanctorum nube oīa tegente cum Aaron. Trigeſimūprimū. Extaſis ſic fit. aīa debet ſe eleuare ſuper totum mundū uſq; ad deū per fortē amorē et ſanctā meditationē, ita ut nihil aliud niſi forte tranſeunter cogitet uel amet, talis aūt fortis et feruens amor incoat et continuat extaſim. Trigeſimumſecundū. Extaſis eſt duplex. Prima in ſpū.i.ſuperiori portione intellectus. Secunda eſt extra ſpūm.i. in ſuperiori portione uoluntatis. Trigeſimumtertiū. Raptus ſupermētalis ſpūs intellectualis cōplectiue fit nō per inſanos raptus ut ſibille quedaꝫ et uates de quibus poetarū hiſtorie, et ut phitonici, et Balaam, de quibus diuina hiſtoria loquitur, ſicut etiā epilentici quidē ſicut mahumetus, et ſm medicos malencoliarū multe ſunt ſpecies. Tales itaq; non rapiuntur ſed dr̄ mentis cōgelatio. Nec nece° raptus habet corporis defectū ſicut cōtingit danieli et pluribus aliis, nec oportet intelligentiā pure concurrere ut angelū, ſicut uoluit Auicen. cū ſuis ſequacibus, nec oportet fieri per miraculū ſicut Stephano fuit apertū celū, et ceteris martyribus plura contingerunt miracula, et diuerſi raptus et reuelationes. Sed raptus debet fieri per operationes intellectuales contemplādo, et amicabiles delectationes et dilectiones liberas et per defectū et deſertionē oīum inferiorū, et admirari debet amoroſiſſimaꝫ cōſubſtantialitatē in trinitate benedictā coeternitatē, incōprehenſibilē īmenſitatē, excellentiſſimā oīpotentiam, famoſiſſimaꝫ ſapientiam, gratiſſimā bonitatē reſpectu oīum, hominis ſublimationē, letiſſimū conſiliū trinitatis ſuper in carnatione, mirādam unitatē diuinitatis et humanitatis, pulchritudinem uniuerſi, et cetera talia in quibus cōpletur ſupermentalis raptus. Trigeſimūquartū. Per corporalia et materialia pōt cognoſci deus incorporeus et īmaterialis ſecundū ꝙ ſepius ſupra dictū eſt. Trigeſimūquintū. Nulla potentia cognoſcit aliquid cōmunius ſuo adequato obiecto, ſi adequatū obiectū ē cōmune ad omnia obiecta. Quod dico propter diuinam eſſentiā que eſt adequatum obiectū diuini intellectus, et tamen intelligit aliquid cōmunius q̄; ſit diuīa eēntia. Si^r^ in creaturis ītelligit ītellect⁹ aliqd quodāmodo cōmunius ſuo primo obiecto, ut negationes q̄ quodāmodo ſunt cōmuniores ente uel quocunq; qd̄ ponitur primuꝫ obiectū intellectus. Trigeſimūſextū. Intelligere aliquid eſt dupliciter. Vno mō poſitiue et per actiuitatē obiecti, illo mō nulla negatio intelligitur. alio mō negatiue.i.per intellectū et alienum obiectū, ſic negationes intelliguntur, ita ꝙ uere ītelligunt et poſitiue ſed non poſſunt intelligi niſi preintellecto aliquo poſitiuo quod negāt. Similiter cum nulla relatio intelligatur niſi prius cognitis extremis et contradictio ſit relatio cuius extrema ſunt ens et nihil ideo prius oportet nihil cognoſcere q̄; contradictio cognoſcatur. Trigeſimūſeptimū. Color eſt obiectum adeq̄tū uiſus.i.nihil niſi qd̄ eſt color p̄t uideri. Trigeſimūoctauum. Color capitur dupliciter. Vno mō generaliter et ſic idem ē qd̄ qualitas uiſibilis, et ſic hēt plures ſpecies, prima eſt lux. Secunda eſt lumen, quod eſt ſpēs.i.repreſentatiuū lucis, de illis duabus ſpēbus habebitur in ſecundo diſ.13. Tertia ſpēs eſt lumen putridorum et uermis lucentis in nocte, et oculorū lupi et catti quod nō eſt proprie lumē nec lux, ſed eſt una apparentia ex diuerſa priuatione uel oppoſitione ad oculos uidentis ſicut oculi catti propter refractionē radioꝝ ſtellarū ad oculos catti lux ibi apparet. Similiter ex nimio conatu lupi ad uidendū, ſpecies lucis nouas producit. Quarta ſpecies ē color proprie dictus. Quinta eſt ſpēs repreſentatiua talis coloris, ut quādo multiplicat ſe per mediū, ut per aerem ibi ſimilitudo eſt coloris, que licet nō uideatur niſi in magno lumine tn̄ realiter ſemper eſt in medio circunſtante colorem. Sexta ſpēs eſt apparētia colorum ubi nec color eſt nec ſpēs coloris ſicut eſt in iride et collo colūbe. Septima ſpecies dr̄ uiſibile cōmune et ſunt plures ſpecies ut rarū, denſum, numerus figura etc. ut habet uideri inperſpectiua. Trigeſimūnonum. Omne qd̄ cognoſcit intellectus, uel eſt obiectū eius adequatū uel aliqua pars illius obiecti adequati. Quid ſit adequatū obiectū, pꝫ fo.11.col.2.fo.51.co.2.et.3. Quadrageſimū. Metaphyſica ē ſciētia trāſcēdens.i.ſubiectū eius in nullo predicamēto eſt ſed circuit oīa predicamenta, tn̄ ipā metaphyſica eſt in genere qualitatis. Quadrageſimūprimū. Phyſica nō eſt tranſcēdens ſcīa. Nā ipſa ē in p̄dicamēto q̄litatis et obiectū ei⁹ ī p̄dicamēto ſubſtātie loquēdo de phyſica Ariſt. Quid ſit ꝓportio et ꝓportionalitas pꝫ fo.6.fo.14.et.33.et.34. Quadrageſimūſecūdū. Potentia et obiectū ſunt ꝓportionata eo mō quo dictū eſt.q.3.ꝓlo. Quadrageſimūtertiū. Potentia pōt habere duplex eſſe uel duplicē modum eſſendi, unus eſt in propria ſua exiſtentia. Alius in quantū in ipſa ſunt ſpecies et actus. Quādo ergo dicitur oēm potentiā aſſimilari ſuo obiecto in eſſendo, debet intelligi ſecundo mō.ſ.in quantū hēt in ſe actus et ſpecies et non primo mō, quia obiectū relucet in ſpeciebus et actibus. Quadrageſimūquartū. Spēs intelligibilis eſt proxima diſpoſitio ad intelligere.i. quando ſpecies habetur in intellectu perfecte repreſentans obiectū ſtatim intellectus pōt intelligere niſi aliud impediat ut eſt error ſenſuū, indiſpoſitio phantaſie, prohibitio uoluntatis, remiſſio ſpēi rep̄ſentantis, uel impetuoſa motio aliorū obiectoꝝ. Quadrageſimūquintū. Ex aſſimulatione potentie eo mō quo dictū eſt ad obiectū, cōcludere potentiam in ſe realiter habere modū eſſendi ſicut obiectum hēt, eſt fallacia figure dictionis .i.ex modo eſſendi intētionaliter concludere realiter ſic eſſe, quia licet intellectus habeat in ſe ſimilitudinē rei materialis non ideo ipſe habet eē materiale. Quadrageſimūſextū. Quādo aliqua res ſicut lapis figuratur dicitur aſſimilari aſſimilato licet ipſe lapis non habeat eſſe ſicut res figurata ſicut cuꝫ ſculpitur lapis in figurā beate uirginis, ipſe lapis in ſe non habet eſſe ſicut beata uirgo habet, tamē repreſentat eam ſolū rōne figure. Quadrageſimumſeptimum. Idea in mēte diuina nihil eſt niſi ſimilitudo creature in deo, ſicut cum hō cogitat aliquid, hꝫ in ſe ſimilitudinē rei cogitate.

¶ ALIA EST OPINIO que ponit deū eſſe etc. Hec ē ſecunda opinio, et eſt Hen. quoli.15.q.4.et quoli.13.q.9. que ponit deum eſſe primū obiectū intellectus et caput queſtionis eſt pro roboratiōe opinionis ſue et patebit circa finē qd ibi dicēdū ſit.

¶ CONTRA ISTAM OPInionem arguitur ſic etc. Hic doc. improbat hanc opinionem, et conſiſtit hec īprobatio in ſex dictis. Primum. Naturale obiectū alicuius potentie neceſſario

et ſemper hȝ naturalem proportionem et ordinē ad illā potentiam, cum ergo deus non ſit naturale obiectū et naturaliter ordinatus in rōne obiecti ad potentiam intellectiuā hoīs uiatoris (quod intelligitur de intuitiua uiſione. Nā abſtractiue ſaltem in confuſo pōt naturaliter cognoſci lȝ nō diſtinctiſſime) ſequitur ꝙ deus non eſt obiectum primū nr̄i intellectus. Secundum. Deus non eſt primū cognitū a uiatore ſed ultimū, quia ex creaturis cognitis acquiritur noticia creatoris. Tertiū. Diuina eēntia non eſt adequatū obiectum intellectus nec diuini nec angelici nec humani, quia oīs intellectus pōt intelligere aliqua que non ſunt deus. Quartū. Aliquid eſſe adequatū obiectus poteſt dupliciter intelligi. Vno mō in rōne termini .i. poſſe intelligi ab illa potentia et nihil aliud q̄ꝫ illud, licet non oē tale cauſet uel moueat ad illā intellectionē. Alio mō in rōne motiui .i. eſſe uirtuale obiectū ſiue uirtute cuius intelligitur quicquid intelligitur. Primo mō omne ens eſt adequatū obiectum diuini intellectus. Secūdo mō ſola diuina eſſentia, de quo uide .3. q. prolo. in tertia ixutaqueſtione. Quid ſit obiectū noſtri intellectus habebitur ſtatim. Quintū. Intellectus noſter pōt moueri ab omni obiecto ad ſui cognitionē non tn̄ ab oī obiecto pōt naturaliter moueri, quod dico pp diuinam eſſentiam, niſi eo mō quo dictum eſt ſupra fo. 9. Sextū. Subſtantia in cōi non eſt adequatū obiectū intellectus noſtri, quia nec predicatur de oībus nec eſt idem realiter oībus nec uirtute eius oīa cognoſcibilia ſunt. Nā accidentia propria uirtute cognoſcuntur.

¶ AD QVESTIONEM IGItur reſpondeo ꝙ nullum etc. Hec eſt ſecunda pars principalis corporis huius queſtionis, qđ diuiditur in duas partes. ſ. in aſſertiuam et dubitatiuā, que ponitur ibi. His uiſis de ente. Prima in duas, quia primo directe queſtio ſoluitur. Secundo quedā obiecta cōtra determinationē ſoluuntur ibi, contra iſtam determinationē. Prima diuiditur in duos articulos. ¶ Primus articulus conſiſtit in dictis .20. Primum. Intellectus creatus nullum hēt obiectum adequatum naturaliter motiuū eius reſpectu oīum ita ꝙ uirtute illius oīa poſſint cognoſci, nec hȝ aliquod obiectū p̄dicabile uniuoce de oībus intelligibilibus, quia negationes et priuationes intelligūtur, et tn̄ nihil hn̄t uniuocum cū entibus poſitiuis. Similiter nihil eſt cōmune uniuocū entibus realibus et entibus rōnis. Quomodo ens ſit uniuocum, et ad que patuit ſupra .q. i. huius diſt. et melius patebit infra in hac queſtione. Secūdū. Ens predicatur uniuoce de omni re .i. concipiēdo quācunq̄ꝫ rem eſſentialiter cōcipitur in ea ens, non tn̄ in omni conceptu formato de qualibet re cōcipitur ens quidditatiue, ut ſtatim patebit. Terciū. Vniuocū eſt duplex. ſ. uniuocū uniuoce dictū, et uniuocum tm̄. Primum eſt cōceptus aliquis predicabilis de pluribus ſub una ratione et quidditate que ratio in oībus includitur in primo modo dicendi per ſe, ut aīal in hoīe et aſino. Secundū. eſt conceptus aliquis predicatus de pluribus ſm unā rationē uel quidditatem ſed non includitur in ipſis in primo mō dicendi per ſe ſicut album de lapide et de hoīe predicatur. Ens deo et decē predicamētis eſt uniuocū primo mō, ſimiliter oībus ſpeciebus et generibus et indiuiduis generū, ſed cōceptibus ſimpl'r ſimplicibus et aliis oībus eſt uniuocū ſecundo mō. Quartū. Ens non predicatur uniuoce de ultimis differentiis, eſt tn̄ eis uniuocum ſecūdo mō et non primo modo. Quintū. Vltima differentia eſt duplex, quedam ſpecifica, et quedā indiuidualis. Specifica dr̄a ultima eſt illa quando aliqua ſpēs uel uniuerſalis quidditas reſoluitur in oēs conceptus formabiles de illa quidditate et predicabiles de ipſa in primo mō dicendi per ſe, tunc oēs conceptus ſimpliciter ſimplices dicūtur ultime differentie preter conceptum entis qui predicatur in quid, et alii conceptus quidditatiui p̄dicātur in quale, et loquor hic ſolū de cōceptibus a quidditate abſtractis et nō de paſſionibus nec accidētalibus ut qn̄ aīa reſoluitur in oēs conceptus quidditatiue incluſos, iſti oēs ſunt ultimate ſimpliciter ſimplices, et oēs ſunt ultime dr̄e preter cōceptū entis. Dixi ultimate, quia poſſunt bene aliqui cōceptus compoſiti formari de aīali ſicut eſt cōceptus corporis animati, et corporis, et ſubſtantie, qui ultimate reſoluuntur in conceptus ſimpl'r ſimplices. Indiuidualis ultima differentia eſt cōceptus proprius tali indiuiduo et nulli alteri cōmunis. Vtrum aūt ſpecies habeat ſemp aliquē conceptū ſimpliciter ſimplicem ſibi propriū difficile poteſt probari, licet totū ſemp ſit propriū ſibi, de quo uideatur principiū prologi in declaratiōe illius termini homo. Sextū. Ab una re ſimplici pōt intellectus formare multos conceptus quoꝝ aliqui ſuo mō proprii ſunt, aliqui communes, ut ab aīa intellectiua pōt formari cōceptus intellectus, uoluntatis etc. cum in re eſt ſimplex. Septimū. Ens non eſt uniuocū primo mō ad proprias paſſiones, que ſunt duplices. Prime ſunt aptitudines, ſecunde ſunt quedā relatiōes intrinſecus aduenie͞tes, ut dictū eſt ſupra fo. 52. col. 4. Octauū. Nullū ſimpliciter ſimplex icludit ens quidditatiue. Probatur de ultimis differentiis, quia dentur duo talia ſint. A. et. b. Si. a. et. b. includunt ens quidditatiue tūc quero utrū aliquid plus includāt uel tantū ens, ſi ſecundū tunc non ſunt dr̄e, quia nō differūt. Si primum, ergo non ſunt ſimpliciter ſimplices, quia includūt ens, et cum hoc aliquid aliud, et ſint. c. d. De illis duobus quero ſicut feci de. a. b. et tam diu reſoluā quouſq̄ꝫ per ueniam ad aliqua duo que non includunt ens ſed ſunt ſimpliciter ſimplicia. Nonū. Differentia et diuerſa differunt, capiēdo utrūq̄ꝫ in plurali numero. Quia dr̄a ſunt aliquid idē entia .i. includunt unū cōmune uniuocū in quid utriq̄ꝫ, et quodlibs eorū aliqd proprium. Sed diuerſa ſunt que nihil cōe uniuocū primo mō includunt. Decimum. Compoſitū eſt duplex. ſ. reale, et rōnis. Compoſitum primum dr̄ phyſicū, ſecundū metaphyſicū, primū cōponitur ex rebus realiter exiſtentibus et realiter diſtinctis, ut hō ex corpore et aīa, ſed ſecundū cōponitur ex genere et dr̄a. Quomō ſibi correſpondeant, uide .i. q. prolo. in principio in declaratione illius termini homo. Vndecimū. Sicut in reſolutione metaphyſicali per conceptus ſtatur ad cōceptus ſimpliciter ſimplices, ita ꝙ unus inter illos conceptus eſt unus cōmuniſſimus inter oēs qui eſt conceptus entis, et unus aliquādo (licet nō ſemp) propriiſſimus illi cōpoſito, qui tm̄ determinat et contrahit alios, ſicut ens tm̄ contrahitur et non cōtrahit, nam contrahēs eſt inferius, cōtractū eſt ſuperius uel cōmunius, ita in compoſito reali fit reſolutio ad res ſimpliciter ſimplices. Duodecimū. Simpliciter ſimplex eſt duplex. ſ. reale et in cōceptu. Omne accidens in re eſt primo mō ſimplex, et oīs ſubſtantia realiter indiuiſibilis et ſeparabilis ab alia in eſſe reali, ſȝ in cōceptu ſimpliciter ſimplex deſcriptū eſt. q. 2. Tredecimū. Oīs paſſio predicatur per ſe ſecundo modo de ſuo ſubiecto .i. abſolute nece°. i. propoſitio talis abſolute non eſt falſificabilis, et dicitur omne illud predicatū paſſio qđ abſolute neceſſario predicatur de ſuo ſubiecto, et nō in primo mō dicendi per ſe. Et eſt duplex, quedā conuertibilis ut riſibilitas cū hoīe ſm cōem opinionē, quedā non conuertibilis ut rōnalitas uel diſcurſiuitas de hoīe. Decimumquartū. Omne ſubiectū in propoſitione que eſt in ſecundo mō dicēdi per ſe ponitur in diffinitione predicati ut additū .i. perfectius declaratiuum entitatis illius diffiniti. Decimūquintū. Ens hēt paſſiones proprias, de quib⁹ ps ſupra. fo. 52. col. 4. Decimūſextū. Predicationes per ſe non cōuertūtur .i. qn̄ aliqua propoſitio eſt in primo uel ſecundo mō dicendi per ſe ſi conuertatur ipſa in nullo modo dicendi per ſe eſt. Nā diffinitū eſt extraneū diffinientibus, ut illa homo eſt aīal, eſt in primo mō dicēdi per ſe, ſed illa aīal eſt homo in nullo mō dicendi per ſe eſt, quia homo nō eſt

de quidditate aialis. Decimũſeptimus. Nihil includit ens quidditatiue niſi deus, et decẽ predicamenta et genera et ſpẽs in eis et partes eſſentiales generũ ut ſunt materia, et forma. Decimũ octauum. Oĩa tranſcendentia abſoluta non includentia de ſe limitationẽ dicũt perfectiones ſimpliciter, ſed que includũt limitationẽ non ſunt perfectiones ſimplr. Nam nullus reſpectus et tranſcendens eſt pfectio ſimpliciter. Similiter quãdo diuiditur ens ſemp unũ membrorũ ad minus nõ eſt perfectio ſimpliciter. Decimumnonũ. Tranſcendens capitur dupliciter, uno mõ pro omni conceptu nõ includente limitationẽ. Alio mõ pro oĩ eo qđ non eſt in certo predicamẽto. Vigeſimũ. Oĩs perfectio ſimpliciter eſt formaliter in deo et predicatur formaliter de ipſo, non ſic intelligendo ꝙ quidditatiue, ſed ꝙ in propria forma et rõne formali cõueniat deo lʒ nõ quidditatiue. Vigeſimũ. Oẽs perfectiones ſimpr conueniunt deo in ſummo.i. ſunt in deo iſinite formaliter.i.qdditatiue quia infinitas eſt modus intrinſecus oĩuʒ illarũ qui eſt ĩn primo mõ dicẽdi per ſe illius cuius eſt ideo infinitas quidditatiue conuenit illis perfectionibus.

¶ QVANTVM AD SECVNdum articulũ principalem dico etc. Iſte eſt ſecundus articulus prime partis qui conſiſtit in decem dictis. Primum. Inter realia entia nihil eſt cõmunius ente, ſed bene quedã entia rationis ſunt cõmuniora, ſicut ẽ ſubiectũ, predicatũ, uniuerſale, et infinita quaſi. Nam omne ens põt eſſe ule uel predicatũ uel ſubiectũ uel ſingulare etc. Nã talia entia rõnis pdicantur uniuoce de rebus realibus et entibus rationis. Capiendo etiã uniuerſale pro oĩ uniuoce predicabili de pluribus uel pro predicato uniuoco ſecundo mõ ſuperius dicto. Secundũ. Intellectus plura intelligit de quibus non predicatur ens ĩ quid ſicut eſt omne ſimpliciter ſimplex, et oĩs dr̃a ultima, et oĩs paſſio. Similiter de nullo ente rõnis predicatur in quid. Tertiũ. Nihil cõe põt dari pro obiecto itellectus adequato nec aliquid uirtuale obiectũ unũ põt dari, tñ datur ens pro primo obiecto intellectus, quia aliquo mõ eſt oĩbus idem, uel predicatur de eis, uel aliquo modo ſe habet ad uniuerſa. Nã formaliter predicatur de deo, et decẽ predicamentis, et partibus ſubiectiuis et integralibus eorum, et uirtualiter continet paſſiones ſuas, et denominatiue.i.in concreto predicatur de oĩbus ſimpliciter ſimplicibus, et analogice ſe habet reſpectu oĩum entiũ rationis. Similiter denominatiue predicatur de oĩbus tranſcendentibus. Quartũ. Non datur primũ obiectũ adequatũ potentie iõ ꝙ potẽtia illud ſolũ attingat ſʒ q̃ritur aliqđ unũ qđ unũ exiſtens hẽt ſe aliqualiter ad oĩa attingibilia ab illa potentia ita ꝙ oĩa ſimul collecta proprie et formaliter ſunt adequatũ obiectũ potẽtie, ſed denominatio eorũ ẽ ab aliquo uno qđ ſe hẽt aliqualiter ad oĩa iſta, ut ens eſt adequatũ obiectũ intellectus, non ꝙ ipſum ſolũ intelligatur ab itellectu ſed quia aliqualiter ſe hẽt ad oĩa attingibilia ut dictũ eſt. Quintũ. Ens in oĩ intelligibili includitur formaliter uel uirtualiter, ſub ly uirtualiter continentur alii modi ſuperius expreſſi. Sextũ. Subſtantia nõ immutat intellectũ noſtrũ immediate ad aliquẽ actũ circa ſe, quia ſemper prius ſenſibilia mouẽt ut dictũ eſt.q.i.prolo.tamẽ mediate mouet. Nã quãdo ſpẽs ſenſibilis eſt in ſenſu in ſpecie ſenſibili repreſentatur ſpẽs ſubſtantie. Quod pʒ quia intellectus agens uirtute talis ſpeciei non poſſet abſtrahere ſpẽm intelligibilem, ideo doc.2.meta.dicit ꝙ propria ſpẽs ſubſtãtie eſt in ſenſu ſubiectiue ſed non obiectiue, quia ſenſus non percipit ſubſtantiam. Septimũ. Quicquid per ſuam preſentiã immutat ſenſum uel intellectũ põt cognoſci quãdo eſt abſens ſed nõ põt cognoſci abſentia ſubſtantie per intellectũ uel ſenſum, et per conſequens nulla ſubſtantia preſens immutat. Patet. Naʒ ante conſecrationẽ, panis eſt in altari, et poſt cõſecrationẽ nõ, et nec intellectus nec ſenſus percipit abſentiam panis. Octauũ. Dictũ eſt ſupra ſpẽm ſubſtantie eſſe in ſenſu hoc debet intelligi quo ad conceptus cõmuniores et non ad propriiſſimos. Nonum. Omne ſimpliciter ſimplex, uel totaliter ſcitur, uel totaliter ignoratur, quia nõ hʒ plura penes quorũ unũ poſſet concipi, et penes aliud ignorari. Decimũ. Circa quidditatẽ incõplexã compoſitorũ põt fieri deceptio, quia intellectus põt partes cõponentes aliquas ſimul imaginari que non poſſunt ſimul eſſe, ut hominem irrationalem ſicut multi de fatuis oppinantur ſed ñ cõtingit deceptionem fieri quando bene intelligitur quidditas. Alia hic elicienda prius poſita ſunt.

¶ CONTRA ISTAM VNIuocationẽ entis arguitur ſic etc. Hic quedã obiecta cõtra determinationẽ ſoluuntur, et ſunt quinq; obiecta. Et primo ſic arguitur. Oẽ uniuocũ qđ predicatur in quid de pluribus ſpẽ differentibus eſt genus ſed ens predicatur in quid de pluribus differentibus ſpẽ, ergo ens eſt genus, concluſio eſt falſa, et contra phũm, tertio meta. ergo aliqua premiſſarum eſt falſa, non maior, ergo minor.ſ.ꝙ ens uniuoce predicetur etc. et per conſequens nõ eſt uniuocũ. ¶ Pro ſolutione huius argumenti notanda ſunt aliqua dicta. Primũ. Nihil de tertio meta. põt pro auctoritate acccipi, quia phũs ibi ſolũ diſputat arguendo pro et cõtra, ut ipſe dicit in prohemio et nihil determinat. Secundũ. Nõ pñt concludi duo oppoſita niſi unũ argumentũ ſit ſophiſticũ. Cum ergo phũs ibi arguat ſemp pro et contra ſequitur ꝙ unũ eſt ſophiſticum et nõ determinat quod ergo nihil ibi dictũ debet pro auctoritate ſumi. Tertium. Ens non eſt genus, nec unũ eſt genus, quia tũc nulla dr̃a eẽt ens nec unũ in primo° dicẽdi per ſe, quia oĩs differentia eſt extranea generi et ecõuerſo, predicantur tñ de ſe inuicem in concreto. Quartũ. Phũs dicit ens non eſſe genus pp nimiã cõmunitatem eo ꝙ predicatur de differentiis in quid, et nullum genus predicatur de differentiis in quid, et non debet aſſignari ratio quare ens non ſit genus eo ꝙ ſit equiuocum. Nam eſt uere uniuocũ, ſicut dictũ eſt ſupra. Quintũ. Differentia eſt duplex, quedã eſt ultima, quedam nõ ultima. Nã dr̃e ſolũ ſunt conceptus et ſumuntur a rebus ita ꝙ a qualibet ſpecie entium ſumantur duo conceptus tm̃.ſ.generis et differentie, et ſi aliquãdo talis ſpẽs ſit compoſita ex rebus realiter diſtinctis, ut hõ ex corpore et aĩa, et ſumatur genus ab una illarũ rerũ uel pluribus adequate tũc differẽtia ſumitur a reliqua re, ut in corpore hominis ſunt multe ſubſtãtiales forme, et tũc diffiniretur ſic hõ, homo ẽ corpus aĩatũ, ita ꝙ ly animatũ caperetur pro tota aĩa intellectuali tunc ly corpus ſtaret pro oĩbus formis corporis et pro toto corpore, et aĩatũ pro tota aĩa. Aliquãdo aũt nõ ſumuntur genus et dr̃a adequate ſm res componẽtes, ut cũ diffinitur homo, hõ eſt aĩal intellectuale, ly aĩal nõ ſumitur a ſolo corpore ſed etiã ab aĩa, et intellectuale nõ ſumitur a tota aĩa. Aliquãdo etiã genus ſumitur penes oẽs cõceptus cõpoſiti preter unũ ſimpliciter ſimplicẽ a quo ſumitur dr̃a et illa ſola differentia uocatur ultima. Nã quãdo ſumitur dr̃a a re, non eſt ultima dr̃a, quia oĩs res hʒ plures conceptus de ſe formabiles. Similiter intellectuale non eſt ultima dr̃a quia icludit plures cõceptus.ſ.intellectũ et uoluntatẽ etc. Aliquãdo etiã ab una re ſimplici formãtur plures cõceptus generis et dr̃e ut ab oĩ accidente et ab angelica natura etc. tunc ſi dr̃a ſumitur penes conceptũ ſimpliciter ſimplicẽ tunc eſt ultima dr̃a. Sin aũt tũc non eſt ultima dr̃a. Sextũ. Cũ ens de nullo ſimpliciter ſimplici predicetur in quid eo ꝙ in nullo tali põt includi formaliter niſi in ſe ipſo. (Nã de ſe ipſo predicatur in quid ſed de nullo alio, quia ſi aliud includeret ens et cum hoc aliquid aliud tũc ipſum non eſt ſimpliciter ſimplex). ſeqtur ꝙ ens de nulla differentia ultima predicatur in quid. Sed predicatur in quid de dr̃a non ultima ſumpta a tota re aliqua ſiue a parte ẽntiali et phyſica

Septimũ. Illa propoſitio eſt falſa, rationalitas eſt ens, ſtricte capiendo uocabula, quia de ultimate abſtracto nihil predicatur niſi ipſum, rationalitas autem eſt ultimate abſtractũ, cum doctor dicit infra diſt.5.q; in ſubſtantiis ſit tantũ una abſtractio que eſt ultima, ſed rationalitas eſt in genere ſubſtantie. Dixi ſtricte, quia ꝓprie capiendo ſm doctorẽ, ultimate abſtracta includunt hoc ſincathegorema preciſe, etiã plura alia ſincathegoremata, ideo ſenſus huius ꝓpoſitionis, rationalitas eſt ens, eſt iſte, rationalitas nihil ĩcludit niſi ens nec eſt aliquid niſi ens. Si aũt non ita ſtricte caperetur rõnalitas, ſicut doc. uidetur loqui de abſtracto diſ.5.q.1. ubi uult ꝙ de ultimate abſtracto põt predicari quodlibet quod eſt de primo modo dicendi p ſe, tũc iſta eſt uera rationalitas eſt ens. Octauũ. Rationalitas põt quadrupliciter intelligi. Vno mõ pro tota aĩa intellectiua, Illo modo iſta eſt quidditatiua, rõnalitas eſt ens, quia aĩa intellectiua includit ens quidditatiue. Secundo capitur rõnalitas pro parte ĩtellectiua in aĩa intellectuali, et ſimiliter iſto modo iſta predicatio eſt in quid. Tertio modo pro quodã ↄceptu ſimpliciter ſimplici, ultimo inter conceptus de homine formabiles qui non includit ens quidditatiue, tũc illa propoſitio eſt denominatiua, rationalitas eſt ens, et nõ eſt ens uniuocũ in quid ad talem conceptũ et ad alia ſed eſt uniuocũ tantũ. Quarto capitur proprie pro diſcurſiuitate, illo modo etiã eſt denominatiua. Nonum. Realitas apud Scotum eſt cõceptus a re formatus ab alio tali conceptu eiuſdem rei formaliter diſtinctus. Decimũ. Res aliqua põt concipi ſecundũ unũ illorum conceptuũ et non ſecundum alium. Ex dictis p3 rõ quare ens non eſt genus, quia predicatur in quid de dr̃a non ultima ſed nullũ genus predicatur de aliqua dr̃a, quia una res diffinita adequate reſoluitur in duas partes per intellectũ, quarũ nulla aliquid alterius includit, et a prima ſumitur genus et a ſecunda ſumitur dr̃a, iõ nec genus predicatur de dr̃a nec ecõuerſo in quid, ſed bene denominatiue. Vndecimũ. Quãdo duo ĩferiora alicuius ſuperioris ſic ſe hñt ꝙ unũ denominat alterũ.i. predicatur de altero in concreto tũc illud cõe ſeipm denominat particulariter, inquantum eſt in denominato et in denominante ut ens includitur qdditatiue in hoĩe et albedine inquantũ includitur in hoĩe denominatur a ſeipſo inquantũ includitur in albedine, dicendo homo eſt albus, ita ꝙ ſicut dico, hõ eſt albus, ita dicere poſſum cõmunioribus uerbis, ens eſt entale, et non dicendo, ens eſt ens, quia illa eſſet quidditatiua ſed oportet formare denominatiuã, dicendo, ens eſt entale, ita ꝙ ens in ſubiecto eſt ſuperius ad hoĩem, et entale in predicato eſt ſupius ad albedinẽ, et tñ illa, ens eſt entale ſupponit pro qualibet denominatiua diſiunctiue, nec eſt nugatio, dicendo, ens eſt entale quia extrema propoſitionis habẽt alios modos ſignificandi penes quos ſumitur alteritas extremorum. Nam ens ſignificatur per modũ materie uel ſubiecti uel ſubſtrati, ſed entale per modũ forme et fundati uel denominãtis. Duodecimũ. Hec eſt nugatio, aĩal rationalitas eo ꝙ ens ſub eodem mõ ſignificandi et cõcipiendi includitur in utraq; parte orõnis, ſed hec ñ eſt nugatio aĩal rationale, quia ens ĩcluſum ĩ partibus concipitur ſub diuerſis modis. Nam in aĩali concipitur per modũ materie, et in rõnali per modũ forme, rõne cõcretionis. ¶ Secũdo arguitur ſic. Ens p̃dicatur de entibus ſicut ſanũ de ſanis, quinto meta. ſed ſanũ p̃dicatur equoce de ſanis g° ens p̃dicatur equoce de entib⁹. ¶ Ad hoc argumentũ ſoluẽdũ doc. notat ſeptẽ dicta. Primũ. Inter ſpẽs eiuſdẽ generis eſt ordo eẽntialis.i. inequalitas eſſentiarũ ita ꝙ ſemper una eſt eẽntialiter perfectior alia uel imperfectior. Ex quo ſequitur ꝙ ſemp una inter eas eſt perfectior qualibet alia que dr̃ mẽſura aliarum. Secundũ. Menſura eſt duplex.ſ. quidditatiua et quantitatiua. Quidditatiua menſura eſt aliqua quidditas per cuius noticiam intellectus cognoſcit alterius perfectionem certitudinaliter, ut quãdo cognoſcit intellectus quidditatẽ hoĩs, et per cõſequẽs etiam ſuam perfectiones cognoſcit, tunc adhibet oĩa alia aĩalia et illud qđ proximi⁹ ad perfectionẽ hoĩs accedit eſt perfectius et qđ plus recedit a perfectione hoĩs eſt imperfectius, et ſic perfectionẽ cuiuſlibet aĩalis cognoſcit quanta ſit p3 ꝙ magis uel minus accedit ad perfectionẽ hoĩs. Menſura aũt quidditatiua eſt duplex, quedã intrinſeca cuiuſmõi eſt intrĩſecus modus cuiuſlibet rei, quedã extrinſeca.i. alia quidditas eſſentialiter diſtincta a menſuratis. Menſura.n. idẽ eſt qđ notũ faciẽs, et menſuratum idẽ eſt qđ notũ factũ, et hoc ſiue quantũ ad q̃titatẽ uirtutis, ſiue molis. Menſura quidditatiua extrinſeca ẽ duplex.ſ. in genere et extra genus. In genere eſt ſemper perfectius inter ſpẽs eiuſdẽ generis. Extra genus eſt duplex. Quedã extra oẽ genus cuiuſmõi eſt deus qui a multis ponitur mẽſura oĩum rerũ, ſed hoc eſt ſatis improprie, quia cũ improportionabiliter oĩa excedat nullus eſt ad eum acceſſus nec receſſus, nec per ſui infinitatem notã poſſet ſciri certa perfectio cuiuſcunq; creature. Quodã eſt extra aliqua genera nõ oĩa, ut in genere creature, angelica natura eſt menſura oĩum creaturarum. Sed utrũ indiuidua inter ſe hẽant talẽ menſurã q̃dditatiuã, uidebitur in.2.lib. Menſura quãtitatiua molis eſt aliqua res per cuius noticiã alterius quantitatis certa noticia acquiritur, ſicut per ulnã quantitas panni, et illa eſt duplex quedã increata, quedam creata. Increata eſt ipſa eternitas que l3 nõ ſit proprie quãtitas molis cum ſit ipſe deus, tamen correſpondet quantitati durationis. Creata eſt duplex.ſ. diſcreta, et continua. Diſcreta eſt duplex.ſ. intrinſeca que eſt numerus in rebus realiter exiſtentibus. Et extrinſeca que eſt triplex.ſ. aĩa numerans, et numerus in aĩa, et numerus aliquarum rerũ per quem numerus aliorum ſcitur ut cum dr̃ quot digitos in manu habeo tot libros habeo, ibi per numerũ digitorũ cognoſco numerum librorũ, et per cõſequens extrinſece cognoſco. Si aũt libros meos per propriũ numerũ qui in eis eſt numerarẽ intrĩſece numerarem. Continua menſura eſt duplex.ſ. permanẽs et ſucceſſiua. Permanens eſt duplex.ſ. intrinſeca et extrinſeca. Intrinſeca eſt quando per propriã quantitatẽ que realiter eſt in re, ipſa res menſuratur ut propria linea per ſe ipſam, idem de ſuperficie et corpore. Sed extrinſeca menſura eſt quãdo per q̃titatem in alio fit menſuratio, ut pannus per ulnã, uel etiã quãdo per phantaſiam et ſpẽs phantaſie quis menſurat quantitatẽ corporalẽ aliquã, ut per ſimplicẽ uiſum et ſpẽs phantaſie unus campum. Succeſſiua eſt duplex, indiuiſibilis et diuiſibilis. Indiuiſibilis, ſicut mutatũ eſſe et inſtans temporis ſe inuicẽ menſurant. Sed diuiſibilis eſt duplex, quia quedã eſt rei ſucceſſiue, ut tp̃us menſurat motum. Quedã rei ꝑmanentis ſicut eſt euum de quo in.2.lib. Tertium, Menſurata hñt eſſentialem ordinem ad menſuram.i. eſſentialis diuerſitas eſt inter ipſa. Vbi notandum ꝙ ordo aliquorũ adinuicem capitur dupliciter. Vno modo generaliter, illo mõ tam ſupius ordinatur ad inferiora q̃ econuerſo, q̃; etiã paria ad paria. Secũdo mõ ꝓprie, et illo mõ tm̃ eſſentialiter imꝑfectius ordinatur ad eẽntialiter perfecti⁹ et non ecõuerſo, nec paria ad inuicẽ. Quartum. Oẽs ſpẽs unius generis dicuntur hr̃e attributionem ad inuicẽ que attributio nihil aliud eſt q̃; ordo ſpecierũ de quo dictũ eſt prius. Quintum. Illa inequalitas ſpecierum non uariat quin genus ſit uere uniuocũ ad oẽs ſpẽs, et h3 propriũ cõceptũ, qui quidẽ ĩcluditur quidditatiue in qualibet ſpẽ, nec tñ eſt adequate aliqua ſpẽs, ſ3 aliquid cõe ad oẽs. Sextũ. Vniuocatio eſt duplex.ſ. metaphyſica, et phyſica. Metaphyſica uniuocatio eſt in uno conceptu in quid p̃dicabili de pluribus. S3 phyſica eſt in aſſimilatione reali pluriũ penes ſpẽm ſpecialiſſimã. Nõ quidem ꝙ aliqua res ſit

cōmunis pluribus, ſed quia plures res habent ſimilem modum eſſendi, et eoſdē effectus et ſiles naturas. Metaphyſica aūt uniuocatio in lr̄a uocatur logica. Sed moderni logicam uniuocationē capiūt ꝑ ſecūda itentiōe fundata i uniuoco metaphyſico. Septimum. Quotiens phūs dicit directe uel indirecte ꝙ ens ſit equiuocum debet exponi de uniuocatione phyſica et nō metaphyſica, quia nō eſt natura ſpecifica una in oībus entibus licet ſit unus cōceptus p̄dicabilis de oībus entibus. ¶ Tertio argr ſic. 7. metaphy. Actn̄a nō ſunt entia niſi qa entis, eo mō quo logici dicūt nō ens eſſe ens, et nō ſcibile eſſe ſcibile et ſicut medici dicūt, uas eſſe ſalubre, ſed talia nō dicuntur uniuoce, ergo nec ens. ¶ Pro ſolutione huius argumenti doc. notat plura. Primū. Diffinitio eſt aliquoꝝ differēter triplici differētia, qa primo in ſubſtātiis datur pura diffinitio ſine oī additamēto indiffinitis p ſe unis. Secūdo eſt accidētiū p ſe unoꝝ q̄ diffinitiones dantur p additamētū et nō ſunt pure diffinitiones, qa neceſſe ē addere ſubiectū in diffinitiōe eoꝝ. Tertio eſt entiū per actn̄s. Subſtātie ergo hn̄t diffinitiones primo et p ſe. i. quidditatiuas et puras diffinitiones, ſed actn̄a hn̄t p ſe diffinitiones et nō primo. i. quidditatiuas et nō puras ſed ꝑmixtas, eo ꝙ ſubiectū ponitur in diffinitione quod nō eſt de quidditate accidētium. Sed entia p actn̄s nec p ſe nec primo hn̄t diffinitiones ſed tm̄ per accn̄s. Nam nihil dr̄ p ſe et primo de ente p accn̄s eo ꝙ i ſe nō eſt unū nec ens ſed entia. Secūdum. Illa autoritas, accidētia nō ſunt entia niſi qa entis, ſic itelligitur. Accidentia nō exiſtūt p ſe ſed in ſuba. Tertiū. ꝙ logici dicūt nō ens eſſe ens pōt duplicit intelligi ſicut non ens capitur, dupliciter. ſ. incōplexe et ꝯplexe. Non ens incomplexe eſt ens rōnis quod anathonomaſice uocat non ens. Illo° ueꝝ eſt nō ens eſt ens ſuo mō. i. equiuoce, quia ens p̄dicatur equoce de ente rōnis et reali. Non ens ꝯplexe ē ꝑpō negatiua, et iſta ſimiliter eſt ens, qa eſt ꝑpō, actn̄a aūt ſunt uere uniuoce entia cū ſubſtantiis. Similiter nō ens cōplexe poteſt alio° intelligi ꝙ. ſ. non ens ſit ꝑpō falſa, et illa eſt ens qa ē ꝑpō. ſed nō eſt cōformis rebus uel ſignificatis, ideo dr̄ eſſe non ens. Quartū. Illa autoritas, nō ſcibile eſt ſcibile ſic intelligitur, ſcibile eſt. i. demōſtrabile eſt ꝙ ꝑpōnes cōtingentes et neceſſarie imediate ſunt non ſcibiles, id nō poſſunt demōſtrari ſciētifice. ¶ Quarto arguitur ſic. Porphirius dicit. Si quis oīa entia uocet. i. oībus det hoc nomen ens tūc inqt. ſ. Ariſto. hoc nomen ens eſt equiuocū ¶ Ad hoc reſpondet doctor negando Porphiriū, quia non repitur ubi Ariſto. dixerit, imo in metaphyſica dicit expreſſe ꝙ ſit uniuocū. ¶ Quinto arguitur ſic. Primo phyſicorum dicit Ariſto. contra Permenidē et melliſſum ꝙ ens dicitur multipliciter, ergo equiuoce. ¶ Ad hoc reſpondet doctor concedendo autoritatem et negando expoſitionē et cōſequentiam. Nam etiam cū ens ſit uniuocū ad plura queritur merito de q° inferiori ſit ſm̄o cum dicitur, unum ens eſſe oīa, ſicut ſi diceret unum animal omnia, merito quereretur quod animal, et tamen animal eſt uniuocum. Notat tamen doctor unum, ꝙ ſub termino ſtante confuſe tantum non licet deſcendere formaliter, ſed deſcenſus talis facit fallaciam figure dictionis et cōſequentis, tamen ſi de intelligentis bonitate aliquando detrahendum eſt rigori logices, tunc poteſt bene deſcendi, ſed ꝑmenides et melliſſus intellexerunt de aliquo inferiori.

¶ IS VISIS RESTAT VLTERIOR DVBITATIO etc. Hec eſt ps dubitatiua q̄ſtionis q̄ cōtinet duo dubia. Secūdū ibi. Sed reſtat unū dubiū. Eſt ergo primū dubiū, Vtrum aliud trāſcēdens ab ente poſſit poni primū obiectū itellectus noſtri. In hoc dubio ſic ꝑcedit doc. qa primo recitat opi. ſecūdo eam iprobat. ¶ Opi. eſt Egidii de roma. quoli. 4. q. x. q̄ cōcludit breuiter ueꝝ eſſe obiectum primum noſtri intellectus, et non ens. Quod probat tripliciter. Primo ſic. Potentie diſtincte habent diſtincta obiecta formalia, ſecūdo de aīa, ſed intellectus et uolūtas ſunt diſtincte potentie, ergo hn̄t diſtincta obiecta, ſed bonū eſt obiectum uolūtatis, ergo ueꝝ eſt obiectum intellectus et nō ens, qa ens nō diſtinguitur a bono. ¶ Secūdo ſic. Cuiuſlibet potentie eſt ꝑprium obiectum, ſed ens non eſt ꝑpriū obiectum, ergo nō eſt obiectum intellectus, ſed ueꝝ eſt ꝑpriū. ¶ Tertio ſic. Obiectum nō eſt ꝑpriū alicuius potētie niſi ſit ꝑprium motiuū eius, ſed ens non eſt ꝑprium motiuū intellectus ſed uerū, ergo ens nō eſt obiectum intellectus ſed ueꝝ, minor ꝑ3, quia nihil mouet potentiā niſi habeat habitudinē ad eam, ſed uerum. i. intelligibile dicit ꝑpriū reſpectum ad intellectum, ſicut bonum ideſt appetibile ad uoluntatem.

¶ SED CONTRA ISTAM Concluſionem etc. Hic doctor improbat hanc opinionē et duo facit. Primo directe improbat. Secundo rationes eius ſoluit ibi, ad rationes i oppoſitum. ¶ Quantum ad primū. tripliciter improbat. Primo ſic. Omne primū obiectum potentie adequatur potentie ſm̄ modū dictum in corpore q̄ſtionis de ente, uerum aūt nō adequatur itellectui ſed ens, ergo cōcluſio eius falſa, minor quo ad primam partem ꝑbatur, qa uerum de nullo p̄dicatur in quid nec uirtualiter cōtinet alia. ¶ Secūdo ſic. Veꝝ eſt paſſio cuiuſlibet entis, ergo ſi ueꝝ eſt primū obiectum intellectus omnis intellectio erit per accidens, quia ſub rōne paſſionis. ¶ Tertio ſic. Nullum obiectum habitus p̄cedit naturaliter obiectum potentie, ſed ens eſt obiectum metaphyſice, ergo ens non eſt prius q̄; obiectum intellectus, ſed ſi uerum eſſet obiectum intellectus tunc obiectu3 metaphyſice quod eſt ens p̄cederet obiectum intellectus quod eſt uerum, cum omne ſubiectum precedat paſſionem ſuam etc.

¶ AD RATIONES IN Oppoſitum reſpondeo etc. Hic doct. reſpondet ad rationes Egidii, ducendo ad oppoſitum. Nā cōceſſa maiore et minore, negat cōſequētiā, qa diſtinctio potentiaꝝ illaꝝ requirit unitatem obiecti primi que unitas eſt ſufficiens diſtinctio ut patebit in reſolutione. Eodem modo reſpondet ad ſecūdum et tertium. ¶ In hac littera multa bona dicta fundantur. Primū. Obiectum formale dr̄ illa quidditas rōne cuius obiicitur illi potentie quicquid obiicitur, et que eſt ratio mouendi illam potentiam, et que predicatur de oī obiecto talis potentie, ſicut ens eſt obiectum intellectus et quicquid obiicitur intellectui ſub rōne entis obiicitur et predicatur de omni obiecto intellectus. Secūdum. Veꝝ cum ſit paſſio de nullo p̄dicatur in quid, ſed in quale nec etiā de ꝑpriis inferioribus ſuis, qa nō eſt ſpecies nec genus ſuoꝝ inferioꝝ, eſt tamen ſuperius ut declaratur in porphirio diffuſe, nam nihil predicatur i qd quod de ſe nō eſt quid, ſed nulla paſſio eſt quid in ſe ergo de nullo p̄dicatur in quid. Tertiū. Omnis cognitio rei ſub ratione paſſionis eſt cognitio per actn̄s, ut ſepius in prologo dictum eſt. Quartum. Oīs cognitio rei ſm̄ rōnem quidditatiuam eſt prima et perfectiſſima, ſed cognitio ſub rōne paſſionū non eſt prima nec perfectiſſima. Quintum. Cū ſciētia mule ut mula ſtat ignorantia huius mule ut hec, qa ſupius poteſt cognoſci ſine iferiori, cum omne inferius ſit extraneum ſuperiori. Sextum. Omnis poñ eſt prior habitu et per conſequens impoſſibile eſt ꝙ obiectum habitus ſit prius et cōmunius q̄; obiectum potentie. Septimū. Nihil poteſt uoluntas uelle niſi cognoſcat ſub omni modo quo uult et p conſequens omne uolibile intellectus intelligit ſub omni modo quo eſt uolibile. Octauum. Intellectus ponit differentiam inter bonum et uerum et conuenientiam. i. diſtincte cognoſcit in quibus cōueniāt et differant et per ꝯſequens utrūq; nouit, ita bonum ſicut uerum. Nonum. Auicēna ſexto meta. dicit ꝙ ſcientia de cauſa finali ſit perfectiſſima quia nobiliſſime cauſat, ut patet fo. 48. col. 4. Decimū. Potentie diſpate tripliciter ſe habent adinuicem. Nam quedam omnino ſunt diſperate,

ut uiſus et auditus, quedam ſubordinate, et hoc dupliciter, uel i eodē genere (nam ſolū duplex genus potentiarū eſt. ſ. cognitiuarum et appetitiuarū) ut omnes cognitiue quarū infima eſt ſenſus exterior, media ſenſus interior et ſuprema ē intellectus. Similiter omnes appetitiue quarū infima eſt appetitus ſenſus exterioris, media appetitus ſenſus interioris, ſed ſuprema ē uoluntas. Omnino diſparatis potentiis debent dari diſparata obiecta, ut cuilibet ſenſui exteriori datur obiectū proprium qd ñ eſt alterius. Sed potentie ſubordinate ad ſe primo mō. i. que sūt eiuſdem generis de quibus exemplificatū eſt prius nō hñt obiecta diſparata ſed ſuperior hʒ magis cōmune et inferior minus cōmune, ut ſenſus hēt ſolum ſenſibilia, ſed intellectus hēt eadem et cum hoc plura. Potentie ſubordinate ſecundo mō ſicut appetitus et ſua cognitiua hñt omnino idem obiectū. Vndecimū. Obiectū cōe ſuperioris potentie eſt propriū illi potentie ſicut ens ītellectui. Licet ſenſus etiā aliqua entia cognoſcat, quia tñ ſenſibilia non ſunt adequatū obiectū intellectus ſed ſenſus, et ens ē adequatū intellectui nō ſenſui, ideo quelibet hēt ꝓpriū ſuū obiectū adequatum licet partialia non ſint propria ita ꝙ oīa obiecta ſimul collecta ut adequata illi potentie ſint propria. Et p hoc reducitur ſecūdū argumentū Egidii ad oppoſitū. Duodecimum. Nullus reſpectus eſt ratio obiecti per quam moueat obiectū potentiam ſed quando aſsignatur alicui potentie obiectū et nominatur noīe reſpectiuo non debet intelligi ꝙ ille reſpectꝰ ſit ratio mouendi potentiā uel ſit obiectū cognitū ab illa potentia ſed fundamentū illius relationis ut quando uiſibile ponitur obiectū uiſus non debet intelligi ꝙ uiſibilitas illa paſsio ſit ratio uidendi uel res uiſa ſed illud de quo predicatur ſecundoº dicendi per ſe puta color. Similiter quādo datur uerū. i. intelligibile pro obiecto intellectus, non debet intelligi ꝙ illa relatio intelligibilitas ſit ratio intelligendi uel res intellecta principaliter, ſed illud de quo predicatur in ſecundo mō dicendi per ſe puta ens. Et ſic patet ꝙ oppoſitum concludit tertia ratio.

¶ SED RESTAT VNVM dubium etc. Hoc eſt ſecundus dubium in forma tale. Si ens eſt obiectū naturale adequatuʒ intellectus, quare ergo non omne ens naturaliter mouet intellectum ut deus et ſubſtantie ſepate etc. ¶ Ad hoc dubiū reſpōdet per nouē dicta. Primū. Quando aſsignatur alicui potentie aliquod obiectū primū tūc aſsignatur illi potentie in ſe ipſa et propria ſua natura et non prout eſt in hoc uel hoc ſtatu, et in hoc uel hoc tēpore, et in hac uel hac natura uel ſuppoſito. Sʒ intellectus ut intellectus in ſe natus eſt oīa intelligere et naturaliter moueri ab oībus, etiam quilibet intellectus in ſe conſideratus niſi forte ſit inſtantia de intellectu creato reſpectu dei, de quo ſupra fo. 9. col. 4. Secundū. ꝙ noſter intellectus pro ſtatu iſto mouetur ſolū a ſenſibus nō eſt ex ſua quidditate et natura ſed ex ſtatu in quo eſt. Tertiū. Quidditas rei materialis eſt primum obiectū et adequatū ītellectus noſtri pro ſtatu iſto in rōne motiui, nō tñ in rōne receptiui, quia etiā pro ſtatu iſto pōt recipere noticiam omnium. Quartū. Status diffinitiue eſt ſtabilis permanentia legibus ſapientie firmata. i. eſt ſtatutū ſapienter editū diu durans, ſiue eſt ſtabilitas alicuius rei in certo mō uiuendi proueniēs ex ſtatuto ſapienter edito. Quintum. Non ſemper oīs ſtatus per ſtatutū cōditur uel fit, ſed ſepius ex natura, de quo uideatur. i. q. pro. in prin. in declaratione illius termini ſtatus. Sextū. Stabilitum eſt per leges diuine ſapientie ꝙ intellectus noſter in corpore mortali non intelligat niſi ſenſibilia, mō quo dictū eſt. i. q. pro. Cuius duplex aſsignatur rō. Prima a philoſophis que eſt concordia ſenſuum et intellectus in agendo ita ꝙ nihil poſsit intelligi niſi prius ſenſatum fuerit, quam cōcordiā credebant ex natura prouenire, ſed hoc falſum eſt, quia in patria eſt idē hō et tñ nō talis cōcordia. Secūda aſsignatur a theologis et eſt pena peccati originalis, uel ſi non ſit illa cauſa tunc eſt mera dei uoluntas uolentis nos in ſtatu iſto tātum illa intelligere. Septimum. Difficultas cognoſcendi res non eſt ex parte intellectus inquātū intellectus, quia tunc deo eſſet difficile, nec eſt ex parte corporis humani quia in patria ſine difficultate intelligemus in corpore humāo. Nec eſt ex parte corporis mortalis, quia in ſtatu innocentie fuit corpus mortale, et tamē ñ fuit difficultas cognoſcendi ſed principaliter eſt ex parte dei punientis uel ſaltem uolentis ſic eē, et demeritorie eſt a peccato originali et formaliter conſiſtit in naturali ordine phantaſie et intellectus, qui ordo eſt omnino contingens et ſolus deus poteſt tollere eum. Octauum. Lux in intellectione dicitur omne illud per quod aliud cognoſcitur ut eſt ſpecies uel premiſſe in demonſtratione uel forma ſyllogiſtica, et non oportet in omni cognitione eſſe lucem diſtinctaʒ ab obiecto, ſed quando obiectum in ſe eſt preſens et ꝑfecte cognoſciur non oportet aliud medium dare per quod cognoſcatur. Nonum. Quanto obiectum eſt perfectius preſens tanto minus requiritur aliquod medium uel lux.

¶ Ad ARGVMENTA PRINcipalia iſtius q̄ſtionis etc. Hec eſt cauda queſtionis in qua ſoluuntur argumenta que sūt Hen. ¶ Cum ergo queritur utrum deus ſit naturale obiectuʒ et primum intellectus uiatoris arguitur ꝙ ſic. Primo, primum in omni genere eſt cauſa eſſendi aliis in eodem genere. 2. meta. ſed deus eſt primum. i. perfectiſsimū cognoſcibile, ergo ē cā cognoſcendi oīa, et per ꝯns eſt primū obiectū intellectus. ¶ Ad hoc argᵐ rñdet per tria dicta. Primū. Falſus ītellectus auctoritatū multos facit errare. Secūdū. Auctoritas. 2. meta. pōt intelligi de primo ꝑfectione, illo mō falſa eſt. uel pōt ītelligi de primo cauſalitate reali, ſic ꝙ maximus calor eēt cā eſſendi oībus caloribus, uel de primo cauſalitate intentionali. i. ꝙ perfectiſsimū ſit cā cognoſcendi oīa alia ul̄ appetendi, ſic iterum eſt falſa, uel pōt intelligi de primo adequatione ſic iterū eſt falſa, tñ unū eſt adequatū et nullū aliud, uel de primo i mēſurādo, et ſic eſt primū ꝑfectione, quia primū tale ē menſura oīum aliorū eo mō quo dictū ē fo. 72. co. i. et. 2. Et ſic illa auctoritas difficulter ſaluat ul̄r, tñ aliqñ uerū eſt ꝙ primū eſt cā aliorū ſed non adequata ut deus eſt cā intellectionis oīum non tñ preciſe et adequate cauſat quia non tm̄ per eēntiam dei, ſed etiā ꝑ propriam entitatē pōt res creata cognoſci. Tertiū. Primū obiectū et adequatū non eſt aliquid unū ſed oīa ſimul ab illa potentia attingibilia. ¶ Secundo ſic arguitur. Vnūquodq; ſicut ſe hēt ad eſſe ſic ad cognoſci, ſed nihil eſt ens niſi a deo, ergo nihil cognoſcitur niſi deo cognito. Cōfirmatur ꝑ Aug. qa nihil dicimus eē melius alio niſi prius cognito bono ſuple infinito. ¶ Pro ſolutione huius argumēti notāda ſunt quedā dicta. Primū. Hoc argumentū hʒ quattuor terminos qa ſic deberet argui, unūquodq; ſicut ſe hʒ ad eſſe ſic ad cognoſci ſed nulla creatura eſt niſi a deo, ergo nulla creatura cognoſcitur niſi ſit ens a deo, et non debet inferri, ergo nulla creatura cognoſcitur niſi ꝓcognoſcatur deus. Secundum. Ad cognitionē quidditatiuam rei non opʒ omnes cauſas cognoſcere, immo nec deū. Tertium. Quanta ē entitas rei tanta eſt cognoſcibilitas eiꝰ que cognoſcibilitas eſt reſpectus rei ad intellectum. Quartū. Solus intellectus diuinꝰ pōt quācunq; rem cognoſcere q̄tū eſt cognoſcibilis. i. quāto actu eſt cognoſcibilis, quia oīs res eſt infinite cognoſcibilis et ſolus deus infinite cognoſcit, ideo iſta eſt falſa, nulla res eſt magis cognoſcibilis q̄ ſit entitas eius quia actu infinito poteſt quelibet res cognoſci. Quintum. Illa propoſitio, quanta eſt entitas rei tanta eſt cognoſcibilitas eius ita debet intelligi. Cognoſcibilitas cuiuſlibet rei obiectiue non eſt maior ideſt perfectior q̄ res ipſa cognita. i. ex parte rei non eſt exceſſus ſed tñ

ex parte intellectus poteſt eſſe defectus uel exceſſus. Nam quādo cognoſcitur res creata a deo cognitio illa eſt perfectior obiecto, ſed quādo ſubſtantia cognoſcitur ab itellectu creato tūc actus deficit ab obiecto, quando autem negatio uel priuatio cognoſcitur tunc improportionabiliter excedit actus obiectum, uel forte non excedit quia nulla eſt proportio entis, et omnino nihil. Sextum. Cognoſcibilitas in ſe eſt una relatio aptitudinalis et predicatur de ente et non ente et per ꝯñs nihil eſt, qa regula Scoti eſt, omne quod predicatur de ente et nihilo nihil ē Quomodo aūt negatio ſit uniuoca uel cōis patebit di.23. Septimum. Intentio eſt duplex (et capitur intentio in hac lr̄a pro cōceptu ſiue ꝓ obiecto cognito et cognoſcibili) ſcilicet ſingularis et uniuerſalis. Quāto ꝯcept⁹ ſūt uniuerſaliores tāto difficili⁹ habemus eos permanēter.i.difficile eſt diu ſtare in eis ſine phātaſia alicuius ſingularis, quia ſemper obiiciūt ſe phantaſmata ſingulariū, ut ſi quis uult deū cognoſcere et abſtrahit a creaturis conceptus uniuerſales et illos ſimul unit et in illis ſolis contemplatis uult deum cognoſcere expellendo phantaſias creaturarum a quibus ſumpſit illos conceptus difficillime perſeuerat, quia taliū creaturaꝝ phātaſie ſemper ipetuoſe occurrūt, ita ꝙ oīs facultas uoluntatis requiritur ut expellantur. Octauum. Facillime occurrunt cōceptus uniuerſales ſiue obiectum ſit preſens ſiue remotū, quia immediate de qualibet re cōcipitur ꝙ ſit ens, unū, bonū, uerum. Nonum. Per conceptus.i.obiecta cognita uel per ydola cognoſcimus res exteriores ſicut per quedam exemplaria. Decimū. Quando abſtrahimus diuerſos conceptus et illos ad inuicem conferimus, facillime uidemus quis eorum ſit melior, ut cū abſtrahitur cōceptus ſenſus et intellectus et uoluntatis faciliter uidemus ꝙ uoluntas eſt in ſe quiditas nobilior. Vndecimū. Augu.8.de trini.dat illum modū cognoſcendi deum, quia docet abſtrahere a creaturis conceptus uniuerſales non includentes limitationem et illos ſimul unit et tunc hoc totū eſt propriū deo ut ſepius ſupra dictū eſt, et non ē mens eius ſicut uult Hen. ꝙ illi cōceptus abſtracti ſint realiter correſpondenter ipſe deus in propria ſua natura, ſed quilibet illorum eſt cōis uniuoce ſibi et creaturis, licet omnes ſimul iūcti de ſolo deo predicentur, non tñ ſunt ꝓpria.i.adequata quiditas dei. Ex quo patet ꝙ male ſuppleuit Hen. in cōfirmatione argumenti cum dicitur, nihil dicimus eſſe melius etc. quia debꝫ ibi bonū accipi pro bono in conceptu uniuerſali et nō pro bono infinito. Duodecimum. Viator facilius ſtat in conceptu uniuerſali qui eſt ſimilior ſingularibus.i. proximior q̄; in remotiori, ſicut facilius ſtat in conceptu hominis q̄; aīalis. Tredecimum. Qui concipit aliquod uniuerſale inquantum relucet in ſuo ſingulari impure cōcipit, qui aūt concipit ſine ſingulari, pure concipit. Decimūquartū. Illa ꝯña eſt bona, ſi bonū materiale et imperfectum diligimus, multo magis debemus ſummum bonum diligere ratio conſequentie eſt bonitas cōmunis deo et creature, que eſt ratio diligibilitatis, et ideo per illam regulam topicam ſi ſimpliciter ad ſimpliciter.i.ſi bonum eſt diligibile tunc maximum ad maximum.i.maximum bonū eſt maxime diligibile et minimum ad minimum .i. minimū bonum eſt minime diligibile. Decimumquintum. Signuꝫ ꝙ bonitas eſt cauſa amoris eſt, quia quando aliquis creditur bonus tūc ipſe diligitur, ſed poſtq̄; ꝑcipitur ꝙ non ſit bonus uel iuſtus etc. amplius non diligitur. Ex quo patet ꝙ iuſticia et bonitas ſunt cauſe dilectionis. Decimūſextū. Non ſolū bonitas particularis eſt cauſa amoris ſꝫ ēt bonitas in cōmuni, quod patet ex illo, quia ubicunq; reperit bonus homo bonitatem ibi impēdit ſuam dilectionem. Ex quo patet, bonitas cōis omnibus mouet ipm. Decimumſeptimū. Volitio uel dilectio uel complacentia uel amor eſt duplex .ſ.ſimplex, et efficax. Simplex amor eſt quādo ſuperficialiter res amat, ſed non multū de ea curatur nec multus labor pro ea exponitur. Per oppoſitū eſt amor efficax. Decimūoctanum. Dilectio iuſticie uel bonitatis in cōmuni, ut cōiter eſt ſimplex ſꝫ iuſticia et bonitas particularis ut cōiter diligit efficaciter, qa cōiora ſunt impfectiora et difficilius ſtamus in eis, ſed pticularia ſūt perfectiora et ſine difficultate ſemper ſe ipſa ingerunt.

## Queſtio. Quarta.

VLTIMO QVANTVM AD MATERIam iſtam etc. Hec eſt quarta et ultima queſtio in prima parte huius diſtītionis. Cuius capite dimiſſo corpus queſtionis in duas partes diuiditur.ſ. litigatiuā et determinatiuam, ſecunda ibi, ad queſtioneꝫ igitur dico. Prima pars in duas, prima recitat opi. Hen. gandenſis in ſumma ar.1. Secunda improbat eā ibi. Contra iſtam opinionē.

¶ Opiniō Hen. ſtat in 17. dictis. Primū. Intentio apud eū eſt conceptus de re formatus. Conceptus generales dicuntur trāſcendentes qui hn̄t per ſe ordinē naturalem.i. ex propriis ſuis quidditatibus ſiue rationibus hn̄t ordinē inter ſe ita ꝙ un⁹ eſt prior altero ordine nature ideſt ex ſua quidditate unus preſupponit alium. Secundum. Verum naturaliter eſt poſterius ente quia omnis paſſio preſupponit ſuum ſubiectū, ſed uerum eſt paſſio et ens ſubiectum. Probat aūt Hen. illud per auctoreꝫ de cauſis dicentem, ꝙ eē ideſt ens ē prima res creata, et eſt uehemētioris adherentie ꝑm cōmentatorē, ſi per intellectū oīa alia tollerentur ultimū remanens eſſet ens. Probat ēt rōne, qa omnis reſpectus preſupponit abſolutū, ſed ueritas eſt reſpect⁹ entitas abſoluta, ergo dictū uerum. Probat tertio, omne cōplexū preſupponit incomplexū, ſimiliter intellectus prius intelligit incōplexū q̄; complexum, ſed ueritas eſt complexum, et entitas in cōplexū. Tertiū. Veritas dicit reſpectum cōformitatis exēplati ad exemplar ideſt conformitas eorū dicitur ueritas, et extrema poſſunt per ſe concipi abſq; illa conformitate, et per conſequens aliquid pōt concipi ſub rōne entitatis, lꝫ non ſub ratione ueritatis, ſed non ecōuerſo. Ex hoc habetur prioritas entis ad uerū. Quartū. Concipere aliqd ſimplici intelligentia eſt obiectū incōplexum concipere, et omne tale eſt ueꝝ ideſt conforme idee ſue in mente diuina, et non oportet cōcepto obiecto incomplexo ꝙ ſimul concipiatur illa conformitas. Quintum. Concipere intelligentia componente eſt cōcipere propoſitionem affirmatiuā, et concipere intelligentia diuidente eſt concipere propoſitionem negatiuā. Veritas ergo non cōcipitur niſi ꝓpōnaliter et non incōplexe cū ſit reſpectus, ad cui⁹ intellectū extremorum cognitio requiritur. Quid hoc ueritatis habeat alibi locū habet. Sextū. Verum pōt cognoſci naturaliter ideſt res uera, ſed ueritas nō poteſt naturaliter cognoſci cū ſit reſpect⁹ cuius extremum eſt idea entis ueri in mente diuina uel in ſpecie infuſa que non poteſt naturaliter cognoſci. Septimum. Propria opatio ītellectus ē intelligere ueꝝ.i.rē uerā, ideo naturaliter habet illā noticiā. Octauū. Exēplar ē duplex.ſ.increatū qd̄ eſt eſt idea in mente diuina uel in ſpecie infuſa, et creatum qd̄ eſt idea in ſpecie ſenſibili uel intelligibili. Ita ueritas.i.conformitas eſt duplex.ſ.rei ad exemplar creatum, et increatuꝫ. Nonū. impoſſibile eſt per ſpeciem naturaliter acquiſitā habere omnino certam et infallibilem noticiam de re. Hoc probat tripliciter. Primo ſic. Omnis certa noticia hr̄ ſub rōe imutabilis, ſꝫ nulla ſpēs creata nāl'r acqſita repn̄tat imutabiliter cuꝫ ipa ſit de ſe mutabilis, ergo dictum uerum. Secunda ratio, anima de ſe eſt mutabilis et paſſiua erroris et ſpecies eſt mutabilior anima, ergo per talem ſpecieꝫ ſiue exemplar nō poteſt haberi certa noticia. Tertia ratio, nullus habet certam et infallibilem noticiā ueritatis niſi hēat unde poſſit dicernere ueꝝ a ueriſimili,

ſed per exemplar creatũ ſiue ſpēm nō pōt dicerni uerũ a ueriſimili, ergo dictũ eſt uerũ. Decimũ. Veriſimile eſt illud qđ aparet aliquale quale non eſt, ideo oportet intellectũ hr̄e induſtriam ut poſsit dicernere inter uere tale, et aparens. Vigeſimum. In ſomnis ſepe aparet ꝙ aliquid uere ſit pn̄s uel fiat, et tamen ſolum phantaſma eius. i. aparentia uel idea eius eſt. Duodecimum. Sepius phantaſma preſentat ſe ut ſe. i. pro phantaſmate, ſicut in uigilia phantaſians aliqua ſcit bene eſſe phantaſias, aliquando preſentat ſe ut obiectũ ut in ſomnis ubi phantaſma uidetur eſſe res uera. Ex his ſequitur correlarium, ꝙ niſi intellectus creatus uideat ideā alicuius rei in mente diuina tunc nũq̄; poteſt ſcire aliquod ens incomplexum eſſe uerum. i. conforme infallibiliter. Tredecimũ. Deus eſt exemplar rerꝫ creatarꝫ non cognitum. i. repreſentat alia et non eſt neceſſe ꝙ ipſe cognoſcatur quādo per ipm alia cognoſcũtur, ſicut per ſpēm res cognoſcitur et tñ ipſa ſpēs non cognoſcitur et uiſione res uidetur et uiſio non uidetur, deus tñ cognoſcitur in generalibus attributis. Decimũquartũ. Diuia eſſentia ē ratio cognoſcendi ut nudũ exēplar et propria rō eēntie create. i. hꝫ in ſe ideā diſtincte repreſentatiuā et ꝓprie cuiuſlibet eēntie create ut nudũ exēplar. i. ſine cognitione dei, ſed ſolum faciens cognoſci alia. Decimum quintum. Sicut radius ſolis aliquādo oblique incidit ut quādo reflectitur uel refrangitur, aliq̄ndo recte. i. ſine angulis in obliquo radio ſol eſt rō uidendi oīa et tamen ipſe non uidetur, ſic lux increata. i. diuina eēntia illuminat noſtrum intellectũ oblique. i. ideas creaturarꝫ oſtendit nobis et tñ nō oſtendit ſeipſaꝫ, ſed directe illuminat beatos et angelos et hoīes oſtendendo tā ideas q̄; ſe ipſam ſicut ſol in recto radio oſtēdit alia et ſe ipꝫ. Decimũſextuꝫ. Sol tripliciter ſe hēt reſpectu uiſionis, quia lux eius acuit. i. uiſibilia ī proxima potentia uidendi facit, nam ſine lumine nō ſunt ꝓxime uiſibilia. Secundo ſpēs immutat. i. facit ꝙ colores ī opaco multiplicāt ſpēs ſuas per dyaphanũ, et etiam radiũ ſiue lumen in dyaphano producit, qđ lumē eſt ſpēs lucis. Tertio cōfigurat ſibi alia. i. ſimul lucentia et luminoſa facit ꝑ quod ſunt aliqualiter ſimilia ſoli. Sic ſimiliter diuina eſſentia que eſt lux increata acuit intellectus creaturarũ per oſtenſionem idearũ et immutat eos per infuſionē actuũ, et configurat eos per relucentiā ſimulacrorũ de ipſis obiectis. Quomodo diuina eēntia ſit naturale uel uoluntariũ ſpeculũ creature ut uiſum fuit ſupra fo. 3. et. 9. Decimũſeptimũ. Deus infundit creaturis non beatis ideas. i. ſimilitudines creaturarum eo mō quo ipſe habet in ſe, ly eo modo referendo ad obiectum non ad deũ habentem. Ex quo ſequitur ꝙ ſunt due ſpecies exemplares in mēte infallibiliter cognoſcente ueritates ſcilicet acquiſita a rebus que eſt mutabilis et infuſa a deo per ſpecialem illuſtrationem et quādo intellectus aſpicit ad ſpēs utraſq; uel ſolum ad infuſam tũc infallibiliter nouit illud qđ repreſentat quādo autem ſolā acquiſitā aſpicit tunc non infallibiliter nouit eo ꝙ illa ſpēs eſt mutabilis. Ex oībus dictis ſequitur ꝙ queritur ꝙ ueritas in propoſito dicitur intelligi quādo infallibiliter aliqđ incomplexũ cognoſcitur, ſed quando ſimpliciter aliqđ cognoſcit ſine aſpectu idee uel in mente diuina quo ad beatos uel infuſa quo ad uiatores tunc quidē apprehenditur aliquid ſed nō ē omnimoda certitudo niſi per reſpectũ ad ideā. Verbũ aũt eſt noticia perfecta que de re hr̄ ꝑ reſpectũ ad utrũq; exēplar.

¶ CONTRA ISTAM OPInionem oſtēdo primo etc. Hic dicit doc. improbat opi. dictā. Et primo diuidit hāc improbationem in ſex articulos, quorum quintus eſt ſolutio queſtionis.

¶ Quantũ ad primũ articulum notanda ſunt plura dicta. Primum. Ille rōnes ab Hen. poſite nullam opinionē uerā probant, nec ſunt de mente Auguſtini. Secundũ. Cognoſcere mutabile ut immutabile non eſt certitudo, quia eſt falſitas. Falſum enim eſt ꝙ ſenſibilia continue mutentur. Nam illa fuit opinio Eracliti. 4. meta. que reprobatur ibidem a philoſopho. Tertiũ. Non ſequitur exiſtentia obiecti eſt cōtingens, ergo propoſitio formata de re illa eſt contingens niſi eo modo quo dictum eſt fo. 29. col. 2. Quartum. Oīs creatura quecunq; in eſſe reali eſt annihilabilis, et mutabilis in quocunq; eſſe ſuo et quocunq; concipitur, tñ ꝓpōes alique ſunt que nullo mō ſunt falſificabiles. Quintum. Aliquid eē creaturā pōt dupl'r intelligi, uel ꝙ directe ſit creatũ et primo, uel ex ꝯn̄ti, primo° abſoluta ſunt creata ſecũdo mō reſpectus cuiuſmōi ē ꝓpō. Sextũ. Qñ cũ aliquo certo concurrit aliqd repugnans certitudini nunq̄; poterit haberi certitudo, ſicut ex una de neceſſario et alia de cōtingenti nũquā infertur neceſſaria cōcluſio. Seqtur ꝙ Hen. in fine opi. ſue falſum dicat ꝙ qñ intellectus aſpicit ſimul ad exemplar creatum mutabile et ad increatuꝫ ſiue infuſuꝫ tunc hr̄ immutabilis ſcīa. Septimũ. Omne exemplar creatum abſtrahitur a re mutabili, tñ hec ſpēs repreſentat immutabiliter. Octauũ. Quādo ſpēs ꝓducitur ipſa in ſe eſt ens reale et qualitas, realis ſꝫ ī ea aparet ſimilitudo illius rei cuius ē et illa ſimilitudo nihil reale eſt et per ꝯn̄s cuꝫ oīa genera et ſpēs ſint tales ſimilitudines ſequitur ꝙ nihil ſunt, et nec generantur nec corrũpuntur. Nonum. Hoc nomē ſpēs ad ꝓpoſitũ capitur dupliciter, ꝓprie et improprie, proprie illa ſimilitudo repreſentata dr̄ ſpēs. ſed īproprie qualitas repn̄tans, et cōiter capitur ſecũdo mō apud philoſophos. Decimũ. Repn̄tare obiectũ eſt dupliciter, primo equiuoce et ſic ſpēs realis pn̄tat ſimilitudinē et rem eius eſt ſimilitudo, et nec in mō eēndi nec in eſſendo eſt ſimilis ſibi. Secũdo mō aliqualiter uniuoce eo modo quo ſimilitudo ipa repn̄tat rē extra licet non ſit proprie uniuocatio, de quo uide finem prologi. Nulla harũ repn̄tationũ eſt realis, quia ſemꝑ unũ extremũ eſt ens rationis. ſ. ſimilitudo relucens in ſpē. Vndecimũ. Cum omnis cā naturalis neceſſario agat quando eſt et quantum poteſt, et ſpecies eſt naturale agens capiendo ſpēm utroq; mō, ſequitur ꝙ immutabiliter et ſemper repreſentat obiectũ ſuppoſito ꝙ ſit. Duodecimum. Aliquid poteſt repreſentari dupliciter uel ut uerum, uel ut ueriſimile. Repreſentare uerũ poteſt dupliciter intelligi, uel ꝙ ly uerum ſit nomen, tunc idem eſt quod res realis, et per oppoſitum ueriſimile idem eſt quod ſimulacrum illi⁹ rei realis. Vel ꝙ ly uerum ſit aduerbium. i. uere, illo modo ſimulacrũ rei dicitur uerum, quia uere repreſentet. De quo uideatur. io. dictũ et ſequentia in opinione Hen. Tredecimũ. In ſomnis raro poteſt homo iudicare utrũ aparens ſit uerũ uel ueriſimile. Decimumquartum. Certum eſt ꝙ abſq; ſpeciali illuſtratione et infuſione ſpecierum a diuina uoluntate poſſumus naturaliter certi eſſe de ueritate primorum principiorum teſte btō Auguſtino, Boetio, et Ariſto. Dicēte Auguſtino. Spectamina diſciplinarum. i. principia ſciarum merito ſpectanda. i. appreciāda unuſquiſq; concedit eſſe ueriſsima ſine omni dubitatiōe. Dicente etiam Boetio. Communis animi conceptio ideſt cōceptio propoſitionis alicuius ab omnibus intelligētibus terminos et compoſitionem illorũ, eſt ſuple fundamentaliter ꝓpoſitio quā unuſquiſq; probat. i. ſcit euidenter eſſe ueram quādo audit eā, et intelligit terminos et totam cōpoſitionem. Dicente etiam Ariſto. ꝙ ſicut ianua in domo omnibus patet, ſic prima principia oībus ſunt nota, et euidentia. Decimumquintum. Noticia euidens eſt noticia propoſitionis ex propriis terminis ideſt noticia terminorũ ſuorum, nata mediate uel immediate ſufficienter cauſari. Dicitur mediate propter cōcluſionē demonſtrationis. Dicitur immediate ꝓpter principia. Decimũſextũ. Euidentia eſt duplex. ſ. abſoluta et cōditionata ſiue ſecũdũ qđ. Abſoluta ē ubi ē īpoſsibilis deceptio. Sꝫ cōditionata ē ubi eſt īpoſsibilis deceptio niſi de⁹ ſubtrahat generalē influentiam uel faciat mirabile

uel miraculū. Decimumſeptimū. Viator de principiis primis hʒ euidentiā abſolutā, ſimiliter de eo ꝙ ipſe eſt, et uiuit, et multis aliis cōſequentibus eſſe et uiuere. Preterea. Impoſſibile eſt uiatorē de aliquo ſenſibili extrinſeco eē ſimpliciter certū, ſed bene cōditionate, quia per ſubtractionē influentie generalis uel per miracula et mirabilia a deo uel creatura facta pōt hō circa ſenſibilia falli. Preterea. Poteſt conſeruare deus actum et deſtruere ſenſibile extra, cum ſint duo abſoluta realiter diſtincta, et tunc ſenſus decipitur credens rem realiter exiſtere que tamen eſt deſtructa. Preterea. Certitudo de eſſe alicuius ſenſibilis non ſemper habetur euidenter per intellectū eo ꝙ aliquādo abſtractiue intelligit, nec per ſenſum quia ſenſus aliquando iudicat ſe ſentire cum non ſentit, ut in ſomno fortius iudicat ſe aliquid ſentire q̄ quādo uere aliquid ſentit in uigilia. attamen nullo facto miraculo uel mirabili ſtante diuina influentia generali et ſolito curſu nature ſatis poſſumus eſſe certi de talibus, et irrationabile eſſet dubitare quia ſequeretur oīa eſſe dubia. Decimūoctauum. Stat aliquē euidenter ſcire aliquā propoſitionem uel conſequentiam neſciendo illud quod ſcit eē propoſitionem uel cōſequentiam ut patet de ſimpliciter illiteratis, quia ſtat aliquem euidenter ſcire primum principiū et tamen neſcire qd ſit primū principiū. Preterea. Pōt euidenter ſcire aliquam propoſitionē et tn̄ non ita euidenter ſcire an ita ſit ſicut ipſa ſignificat, uel an ſignificet aliqd, quia ſi nulla res exiſtit ut ſi nullū totū nec aliqua pars eēt adhuc illa eēt euidenter uera omne totū eſt maius ſua parte, et cū dictis ſtat ꝙ nullꝰ pt euidenter ſcire propoſitionē aliquā et neſcire quid et qualiter per eā ſignificatur quia ſemp ſignificatū terminoꝝ et totiꝰ pre intelligitur, ſed utꝝ ſignificatū hoc in re exiſtat, uel nō ſepius dubitatur. Decimūnonū. Si aliqs pōt diſſentire a primo principio, nihilominus tn̄ ipſum eſt p ſe notū, licet nō illi. Vigeſimum. Diſſentire primo principio et cōſentire eius cōtradictorio non ꝯdicit fidei nr̄e. ſed magis conſentit, quia hoc ponit deū eſſe oīpotentē. ſ. poſſe deū cauſare diſſenſum primi principii nihilominus tn̄ ex ꝯnti talis erraret in fide, qa ad hoc ſequeretur ī bona ꝯn̄a oppoſitū cuiuſlibet articuli fidei. Preterea. Aſſentire cōtradictorio primi principii nō infert aliqd naturalr̄ īpoſſibile. ſ. cōtraria eſſe ſimul uel opiniones contrarias eē in eadem mente, et hoc formaliter, lʒ bene uirtualiter, quia forte poſſet eē unus aſſenſus quo ſimul aſſentirē hoīem eſſe, et nō eſſe. Vigeſimūprimū. Deus nō pōt cauſare errorē de primo principio ſine cauſis ſecundis, quia oīs error eſt aſſenſus uel diſſenſus qui neceſſario cōnotat potentiā aſſentiētē uel diſſentientē qualis potentia in deo nō ē, itē pōt deus p cauſas ſecūdas ſm naturalem curſum cauſare errorē circa primū pricipiū. i. circa entitatē eius. ſ. qd ſit primū principiū, ſʒ ſm naturā cauſis ſecūdis inditā nō pōt cauſare diſſenſum primi principii uel aſſenſum ꝯdictorie ꝓpōis, lʒ abſoluta potētia poſſit et nō ſm naturalē inclinationē earum ſecūdaꝝ. Vigeſimūſecundū. Nulli cōplexo ꝯtingit credere preciſe ex impio uoluntatis, uel affectione ſine quacūque aparentia uel motiuo intellectus ad hoc, licet ex affectione et paſſione aliquibus aliqua uideantur que alias nō uiderentur ſed hoc non eſt preciſe per imperiū uoluntatis ſed cum aliquali apparentia. Vigeſimūtertium. Ad propoſitionē eſſe euidentem non ſufficit apparere ſic eē etiam ſi ſit aparentia intenſiſſima ſed oportet ꝙ ſit uera nō ꝙ reflexe ſciat euidentiā que tn̄ pōt ſciri ſine nouo motiuo ex ſola aduertentia circa actum rectū, nec tamē ſtat euidenter ſcire et dubitare utꝝ ſit euidēs, ſtat tn̄ euidenter ſcire et ignorare quid ſit euidētia. Siʳ poſſibile eſt aliquem habere bonum argumentū et tamen neſcire ꝙ ſit bonum argumentū, et etiam quid ſit bonum argumentum, nō tamen poteſt dubitare de bono argumento. Vigeſimumquartum. Stat ꝙ aliquis non habens euidentiam de aliquo credens tamen firmiter et ex medio pro tunc neceſſitāte ipſum, poteſt credere ſe ſcire euidenter, et tamen decipiatur taꝫ in actu recto q̄ reflexo, nec tamen poteſt dubitare de actu reflexo ſtante adheſione firma actu recto (Actus primus uocatur rectus, ſed ſcire ſe ſcire, uel credere ſe euidenter ſcire eſt actus reflexus). Idem poteſt dici de habente argumentum ſophiſticum ꝙ poteſt credere ſe habere demonſtrationem, et ſic non poſſunt haberi duo aſſenſus. i. unus abſolute euidens, et aliꝰ dubiꝰ qui ſint omnino ſimiles uel equales. Vigeſimūquintum. Si haberemus euidentiam maximā naturaliter nobis poſſibilē illa tamen non eſſet equalis noticie angelorum et dei, quia deus infinite nouit et angelus multo clarius q̄ nos cognoſcit cum ſit perſpicacioris ingenii. Vigeſimumſextum. Licet omnia euidentia ſint eque indubia tamen in eis ſunt gradus, quia primum principium eſt euidentiſſimum, deinde alia ſecundum magis et minus, ſimiliter de eodem poteſt haberi euidentia maior et minor ſecundum plura media per que probatur, uel propter idem medium intenſius cōſideratum, uel propter diuerſitatē intellectus ſiue naturalem, ſiue acquiſitam. Sed dubiū eſt unum utrū in intellectionibus omnino cōſimilibus conſimiliter diſpoſitis et conſimiliter applicatis ad ꝯſiderādū et ceteris paribus pᵐ pricipiū et quodlibet aliud generet equalē euidentiā et omnem ſibi poſſibilem, de quo alias uidebitur. Vigeſimūſeptimū. Multo facilius eſt concluſiones deducere ex principiis q̄ reſoluere cōcluſiōes in principia ut pʒ in primo prioꝝ. Vigeſimūoctauū. Poſſibile ē aliquē credere ſe non eſſe rōnalē et ꝙ de nullo ſit certus, et nec ē certus de illo ꝙ de nullo certus ſit. Alias enī eſſet inſolubile, quia implicaret ſe de nullo eſſe certum et tamen eſſet certus ꝙ de nullo eſſet certus. Vigeſimūnonum. Aīa nō poteſt cognoſcere omnē ſuam noticiā propter actus reflexos in infinitū, poteſt tamen diſtincte cognoſcere quēlibet, ſimiliter pōt ſcire qcqd et quecunq̄ ſcit. i. poteſt ſcire ꝙ ſciat illam propoſitionē, qcqd ſcio ſcio. Trigeſimū. Experiri poſſumus noſtrā fidē n̄ tn̄ ꝙ ſit fides licet aliqua fides poſſit intuitiue cognoſci et euidenter ita eſſe ſicut ipſa ſignificat, propter hoc tn̄ illa fides nō eſt noticia euidens ut angelus nouit fidē in petro et nouit euidenter in uerbo ita eſſe ſicut fides dictat, tamen illa fides petri non eſt nec angelo ne petro noticia euidēs, ſimiliter uiator poteſt cognoſcere fidem ſuam et ꝙ ſit uera per demonſtrationem et tamen fides illa non eſt ſibi noticia euidens. Trigeſimūprimum. Falſum eſt ꝙ principia non ſumant fidē ſuā per aliud a ſe, quia uel cognoſcuntur per terminos uel experiētiā. Sʒ cū dr̄ principia non ſumere fidē per alia, dʒ intelligi ꝙ per nulla pricipia cōplexa demonſtratiue pn̄t ꝓbari. Trigeſimūſecundū. Quicqd uniformiter cōuenit oībus indiuiduis eiuſdē ſpēi illud cōuenit eis rōe nature ſpecifice et nō rōe nature indiuidualis. Oīs aūt hō infallibiliter nouit prima principia, et pōt naturaliter cōcipe et euidēter formā. i. formalitatē et bonitatē ꝯn̄e ſyllogiſmi pfecti, et p ꝯn̄s ꝯcluſiōes pfecti ſyllogiſmi pn̄t certitudinalr̄ a uiatore cognoſci. Trigeſimūtertiū. Scia. i. certa noticia cōcluſionis hʒ ſolū duas cauſas īmediatas propinquas et inſtrumētales, pria ē euidēs noticia ꝑmiſſaꝝ, ſecūda eſt euidēs noticia bonitatis ꝯn̄e. Dixi inſtrumentales, quia diſcurſus eſt inſtrumentum intellectus et obiecti per qd cauſant noticiā ſcientificā. Trigeſimum quartum. Certitudo proprie duo requirit. ſ. ꝙ non dubitetur et intellectus nō decipiatur. Viator aūt eſt certus de multis propriis actibꝰ ut ſunt uiuere, dormire et uigilare. Nā nullus pt uigilare niſi uiuat, nec dormire. Trigeſimūqntū, uiuere capit dupl'r. Primoº ꝓ aīa itellectiua in ſe, uel ꝓ eē qd dat corpi, ul quo cōſtituit hoīeʒ, illo mō uocatur actus primus. Alioº ꝓ opationibus uitalibus ut eſt nutrire, uidere, et ſic ē actus ſecundus, ho-

minis. Actus uite ē duplex. ſ. rectus et reflexus. Rectus eſt q̄n fertur aīa in aliq̄d obiectū directe cognoſcendū uel uolendū, ſʒ reflexus eſt q̄n intellectus poſt intellectionē obiecti redit ad intelligēdū illū actū quo obiectū intelligit et ad intelligendum ſe ipm. Et illa reflexio pōt tripliciter fieri, uno mō in latus ſumendo, ut q̄n intelligo intellectionē unā que uocetur. a. et intellectio illā qua eā intelligo uocetur. b. tūc ego poſſuʒ alia intellectione cognoſcere. b. et ſic in infinitū, et ille oēs dicuntur ī latus cū omnes ſint eiuſdē pfectionis eēntialis eo ꝙ nulla hʒ nobilius obiectū q̄ alia licet forte una poſſet elici maiori conatu ex parte intellectus, et per ꝯns poſſet una eē melior alia īdiuidualiter nō tñ ſpecifice, de quo uide ſupra fo. 38. col. i. Secundo mō pōt fieri in poſt ſumendo, ut cū intelligo angelū et poſtea intellectionē illā, et iterū illā intellectionē, et ſic in infinitū, ſemp poſterior eſt imperfectior p̄cedenti, q̄a ſemp hēt ignobilius obiectū. Tertio mō pōt fieri in ſurſum aſcendendo ut cū intelligo albedineʒ poſtea intellectionem, et ſic cōſequenter in infinitū, et ſemp poſterior eſt nobilior p̄cedenti, quia hēt obiectū nobiliꝰ. Sequitur correlarie ꝙ in actibus reflexis pōt fieri ꝓceſſus in infinitum. Trigeſimūſextū. Impoſſibile ē ꝙ dicēs uolo eē btūs uel nolo decipi uł nolo uiuere, decipiat de quacūqʒ uita ītelligatur. Nā uita excellēs ē triplex. ſ. uoluptuoſa, ciuilis, et cōtēplatiua, prima ſubiicitur paſſionibus, ſecunda dn̄atur paſſionibus, tertia caret paſſionibus. Et dicuntur excellētes, quia appetūt bonū aliquo modo pp ſe appetibile. Trigeſimūſeptimū. Opinio de īcertitudine noticie nr̄e eſt opinio achademicoꝝ. i. eoꝝ qui rexerunt ſcholas platonis que fuerūt in achademia, que fuit uilla platonis, et contra hos ſcripſit Auguſtinus tres libros.

¶ AD ARGVMENTA PRO ſecunda opinione etc. Hic ſoluuntur rōnes Goffri. de fon. Pro ſolutione primi ar¹ qd ualde longū eſt, et pluriū contentiuū notandū primo. q agens ē duplex.ſ.uniuocū et equiuocū. Vniuocū eſt cuius principiū actiuum eſt eiuſdē rōnis cū termino formali, ut in diuinis, pater ē agens uniuocū, quia principiū generandi, et terminus formalis ſunt eiuſdem rōnis. Equiuocū ē per oppoſitū. Secundū. Nullum agens uniuocū per ſe producit effectū in ſe ipm lʒ aliquando p accn̄s, ut aliqn̄ unus calor ꝓducit alium in alio ſubiecto, et ille alius calor intēdit calorē ſe generantē. Etiā per antipariſtaſis frigus oppoſitū calori per accn̄s intēdit calorē, ſʒ calor ſe ipm per ſe intēdit. Tertiū. Agens equocū pōt in ſe ipo ꝓducere effectū ſuū, ut mouens ſe ipſum calefacere. Nā motus uirtualiter.i.effectiue eſt calefactiuus. Quartū. Potentia ē duplex.ſ. formalis et uirtualis. Potentia formalis eſt potentia recipiēdi aliqd ī ꝓpria forā p modū forme, ut paries pt recipe colorē. Sʒ potentia uirtualis ē potētia ꝓductiua alicuius, illud ergo qd nō hʒ aliqd et pōt recipere formaliter, dr̄ eē in potētia formali Et illud qd pōt ꝓducere aliqd eſt in potentia uirtuali. Cū ergo aliquid poſſit ꝓducere accn̄s qd pōt in ſe recipe, ut hō calores per motum ſequitur q aliqd poſſit in ſe ipſum agere. Quintū. Actus eſt duplex ſcilicet uirtualis et formalis. Actus formalis eſt forma informās actu. Sed actus uirtualis idē eſt qd potentia uirtualis. Seqtur correlarie, idē hō numero eſt ī actu formali reſpectu caloris quē actu hʒ et in potentia formali ad augmentū eiuſdē caloris et in actu et potentia uirtuali reſpectu eiuſdē. Seqtur ſecundo q nō eſt incōueniens aliquid eē tale in actu uirtualiē quale eſt in potentia formali. Sextū. Nulla q̄titas nec aliqua relatio eſt actiua phyſice et uniuoce cauſabilis, ideo a nulla quantitate et relatione poſſunt fieri. Ex quo ſequitur q non poſſunt uniuoce produci. Nec oīs qualitas illo mō eſt actiua ſed ſola tertia ſpēs. Vniuerſaliter ergo qcqd nō eſt actiuū non pōt uniuoce produci. Patet ex diffinitione uniuoce cauſe ſupra dicto.i. Septimū. Quando arguit Goff. ſi intellectus eſt in actu uirtuali et potentia formali reſpectu eiuſdem intellectionis tunc ubiq; in eodem eſſent actus uirtualis et potētia formalis reſpectu eiuſdem, et allegat multa exempla, ſicut de aere, ligno etc. Reſpondet doc. q illa conſequētia non ualet niſi in uirtute huius propoſitionis, quidditas actus uirtualis et potentie formalis eſt cauſa quare ſemper ſe concomitētur ſed iſta eſt falſa, et per conſequens hic eſt fallacia non cauſa ut cā. Octauū. Nullum principium uniuerſale per ſe notū hʒ aliquam ſingularem falſam, et per ꝯns iſta ꝓpoſitio, nihil mouet ſe ipm, non eſt per ſe notū principiū, quia multas hʒ ſingulares falſas, ut pʒ de intellectu reſpectu intellectionis et de homine reſpectu caloris. Nonū. Illa propoſitio eſt uera, nihil idem eſt in potentia formali et actu habens eandē numero, ſed bene poteſt eſſe in potentia reſpectu alterius numero eiuſdem ſpeciei, ut patebit infra di.17.q. ultima ubi probabitur q multe forme

eiuſdem ſpẽi poſſunt eſſe in eodem et pro eodem tempore. Decimum. Eſſe in potentia ante actũ pōt dupliciter intelligi. Vno mō ut ly ante notat anteceſſionẽ tempis, illo modo in creaturis res alique ſunt prius in potentia q̃ actu habeant. Secundo ut notat anteceſſionẽ nature, et ſic q̃do actu habetur aliqua forma adhuc prius natura eſt in potentia q̃ habeat formam. Ex dictis patet ꝙ Goffri. in primo ſuo argumento multa falſa aſſumit. Adducit etiã Goffri. in eodem argumento auctoritatẽ ſecundi phyſi. ꝙ materia et efficiens nunq̃ coincidunt in idẽ, que ſic exponitur. i. nihil idem numero uel ſpecie poteſt eſſe realis cauſa materialis et efficiẽs ſimul, quia materia nihil efficit. Ad illud aũt qđ adducit, ꝙ idem referretur ad ſe ipm ſi idem ageret in ſe ipm. Reſpondet doc. per diſtinctionẽ. Pro cuiꝰ euidentia notat primo. ꝙ nulla relatio inquantũ relatio hꝫt cõpoſſibilitatẽ eẽndi cum alia in eodem nec repugnantiã, ſed ex extremis aliq̃n hñt ꝯpoſſibilitatẽ, aliq̃n ĩcõpoſſibilitatẽ ſic ĩtelligẽdo ꝙ relatio ut relatio ĩ cõi, nec ẽ cã repugnãtie nec ꝯpoſſibilitatis, ſꝫ tñ q̃ extrema dant entitatẽ, et intrinſecã relationibus, ſicut obiectum intellectioni, ideo alique relationes ſe ipſis formaliter habent repugnantiã et alie conuenientiam uel cõpoſſibilitatem et ab extremis hñt principiatiue. Secundo notat ꝙ alique relationes ſunt incompoſſibiles in eadem natura ſpecifica. i. impoſſibile eſt ꝙ una relatio ſit in illa ſpẽ fundata in qua alia fundatur, ut relatio cauſe et cauſati. Nam oĩs cã proprie capta diſtinguitur eẽntialiter a cauſato, capitur tñ aliquãdo cauſa large pro producente uel mouente uel originante. Et ĩtelligitur eſſentialiter diſtingui ibi pro ſpecifice diſtingui. Nã capitur tripliciter, Vno mō pro ſpecifice. Alio mō pro q̃dditatiue in eadeꝫ re. Tertio pro exiſtẽter in eadẽ ſpẽ. ut duo indiuidua eiuſdem ſpeciei exiſtentia. Alique relationes ſunt incõpoſſibiles in eodem ſuppoſito, ſed nõ in eodẽ ſpẽ, quia natura in lr̃a capitur ꝓ ſpẽ. Alique ſunt cõpoſſibiles in eodẽ ſuppoſito et ſpẽ, ut mouere et moueri. Naꝫ in motu progreſſiuo totũ aĩal mouet et totuꝫ mouetur, ut patebit in ſecũdo lib. di. 2. Siʳ producere intellectionem et recipere eandẽ ſunt in eodẽ intellectu numero. Ex his ſequitur ꝙ non eſt incõueniens idẽ agere in ſe ipm. Tertio notat ĩ deſtructione Troie a grecis fuerũt duo famoſiſſimi uiri, unꝰ grecus. ſ. Achilles, et alius troianus. ſ. Hector filius regis pꝫ ꝙ diſcribunt hyſtoriã illã aliq̃ Hector oĩa iuſte et legaliter egit. Achilles aũt omnia proditorie egit, immo Hectorẽ proditorie interfecit. ex quo facto maiorẽ famã acq̃ſiuit Achilles q̃ habuit hector. Propter hoc factũ et multa alia a pleriſq̃ proclamatur Achilles fortiſſimus, et ideo oẽs fortes rõnes et inſolubiles dicuntur Achilles. Alii aũt excuſant Achillẽ. Quid horũ uerius ſit hic determinare nolo. Attamẽ ſi ꝓpria dicta ponerem non Achillis noĩe, ſed hectoris noĩe inſignirẽ. Quarto notat. Nunq̃ due cauſe ꝑtiales debent poni reſpectu eiuſdẽ effectus q̃n una ſufficienter pōt totũ producere niſi ſubſit cã. Sed facile quis inueniret cauſam ſi ponere uellet, ideo hoc dictuꝫ et ſimilia non multũ pondero. Quinto notat. Vna cã quare aĩa nõ ſemper actu intelligit eſt abſentia obiecti et ſignũ ꝙ obiectũ ſit cauſa intellectionis eſt quia eo abſente nõ pōt eſſe intellectio Sexto notat. Achilles Goffridi multũ debilis eſt. Arguit. n. ſic. Sed aliquid pōt mouere ſeipm ergo lignũ pōt ſe calefacere. Nã utitur una cautela et quibuſdã aſtutiis, defecerũt. n. ſibi ꝓbationes uel ĩprobationes huius ꝓpoſitionis aliq̃d agit in ſeipſum uel mouet ſeipm, ideo dabat inſtãtiã huic ꝓpoĩ in uno particulari ad quod ſe ꝓpõ improbanda nõ extendit. Nã diuertit ſe a parte reſpondentis ad partẽ opponentis, debebat. n. iſtã uel concedere uel negare aliquid mouet ſe ipꝫ, ſibi ab aliis obiectã, et a parte rñdentis tranſtulit ſe ad partẽ opponentis allegando inconuenientia que ſequãtur ex illa propoſitione que tñ nõ ſequuntur ſed ſunt impertinentia, nam particulari propoſitioni non datur inſtantia per particularem ſed per uniuerſalem, ſed inconuenientia allegare non eſt ſoluere, ſed eſt opponere et arguere. Similiter in hoc cauteloſe egit ꝙ aſſumpſit unam neceſſariam propoſitionem probandã. ſ. lignum poteſt ſe calefacere, quod pro inconuenienti allegat, et hoc eſt facere argumentum. Cũ ergo doc. dicit, ut reſpondentes faciant argumẽta. ſenſus eſt, ut dum deberent ſoluere argumenta ſibi obiecta, allegant aliqua inconuenientia que allegatio eſt argumentorum factio. Et quia plura inconuenientia allegat Goffridus, ideo doctor nominat ea argumenta in plurali numero.

¶ PRO TERTIA ET QVARta opinionibus etc. Hic doctor dicit unũ ꝙ quia non ſunt argumenta poſita pro tertia et quarta opinionibus, qui uult credere pōt, qui aũt non uult pōt dimittere, quia non eſt articulus fidei. Tamen Hen. concordat has opiniones in quoli. quarto queſt. octaua. Que ꝯcordia ſtat in quinq̃ dictis. Primũ. In oĩ actione requiritur ſuppoſitũ agẽs et forma ꝓductiua. Phantaſma aũt eſt agens in impreſſione quadã et quidditas obiecti in phãtaſmate eſt forma actiua inquantũ lumen intellectus agentis penetrat et illuſtrat quidditatẽ et illa ĩpreſſio ẽ inchoatio habitus ſcientialis. Secundum. Illa inchoatio nõ eſt ſpecies intelligibilis nec forma actiua ĩtellectionis. Ex quo pꝫ ꝙ ſpecies ĩtelligibilis nõ requiritur eo ꝙ quidditas in phantaſmate per ſe ipam eſt ibi. Tertium. Illa impreſſio eſt quo et quod reſpectu intellectionis, quia inquantum intellectus ſtatim poteſt intelligere dicitur quo, ſimiliter ĩquantum manet ceſſante intellectu ab actuali cognitione, ſed ĩquantum primo occurrit intellectui ut quo agens ad ĩtellectionem tunc dicitur quod. Et illa impreſſio uocatur inclinatio illa, de qua dixit quarta opinio, et non eſt ſpecies intelligibilis, quia nulla talis eſt ponenda, ut dixit tertia opinio. Quartum. Quando talis impreſſio eſt facta per intellectum poſſibilem ipſe intellectus occurrit ad defendendum ſe, et hoc uult Auguſtinus habere in ſexto muſice. Quintum. Omnino uidetur eſſe mens Hen. ꝙ illa impreſſio ſit ꝯfuſa noticia, et ĩtellectio de qua loq̃tur ſit diſticta, ita ꝙ ꝑ ꝯfuſaꝫ quã ĩbibit cãt diſtictã.

¶ QVICQVID SIT DE OPInionibus iſtis etc. Hic doc. improbat hanc concordiam, et primo illud quod dicit ꝙ quidditas in phantaſmate eſt ratio formalis agendi phantaſmati. Nam nihil eſt ratio formalis agendi alicui quod non eſt formaliter in eo, ſed quidditas nõ eſt formaliter in phantaſmate ſed ſola ſimilitudo eius, ergo hoc dictum Hen. falſum eſt. Secũdo doc. querit quid ſit q̃dditatẽ ſtare in lumine ĩtellectus agẽtis, ſi eſt intellectum eſſe in anima et phãtaſma ĩ phãtaſia tunc perpetuo et ſemper fit illa penetratio et ambitio de quibus loquitur, et per conſequens in frenetico et dormiente, quod ipe negat. Si autem ſit actio aliqua noua detur ergo terminus factus per ipſam, ille erit in intellectu poſſibili, qui quia ſpiritualis ẽ non pōt penetrari. ¶ Secundo ĩprobat hoc quod dicit ꝙ inchoatio habitus ſcientialis precedit actum. Omnis habitus generatur ex actibus, ſecundo ethi. ergo primus gradus habitus eſt ꝑ aliqueꝫ actum. Hoc confirmatur per ipſum Hen. quoli. 3. q. 29. dicentem iſtam inchoationem eſſe totam eſſentiam habitus ſciẽtialis, ſed certum eſt ꝙ tota ſcientia eſt per actus ergo non debet poni talis inchoatio ante oẽm actum. ¶ Tertio illud quod dicit de occurſu improbat. Pro quo notat ꝙ paſſio eſt duplex, una corruptiua alia perfectiua. Prime paſſioni occurit agẽs ad ſaluandum ſe contra corrumpens, ſecunde occurrit agens ad perfectiorem ſpeciem cauſandum et actum, ita ꝙ ſecundũ Auguſtinum queꝫ allegat, ille occurſus ſpeciei uel ſenſibili uel intelligibili eſt coagere tali ſpeciei ad actum perfectiores cauſandum. ¶ Quarto illud improbat quod ultimo dicit de paſ-

ſione tangente et imbibita, qa dicit ꝙ anima primo occurrit paſſioni.i.ſpẽi quaſi tangenti, ſecũdo imbibit eam. Doc. q̃rit qd illa methaphorica uerba ſignificent. Nam nulla ſpẽs põt ꝓprie tangere uel imbibi. Si uult ꝙ imbibitio ſit alicuius pfectioris cauſatio ſicut actus eſt perfectior ſpẽ, tunc cõcedatur ſibi, qa quãto forma pfectior ẽ tãto dr̃ itimius methaphorice pficere.

❡ AD AVCTORITATEM Philoſophi tertio ð aĩa etc. Hic doc. reſpõdet prime auctoritati a Sãcto Thoma allegate. Pro cuius expoſitione notat primo ꝙ itelligere non eſt facere uel ꝓducere intellectionem ſed actum itelligẽdi formaliter i ſe habere, et tali actu obiectũ attingere, et ſimile eſt de oĩb⁹ aliis actibus aĩe, et pp hoc dicit phũs ꝙ itelligere eſt pati.i. itellectus inquantũ recipit i ſe itellectionẽ et p eã cognoſcit obiectũ dicit itelligere. Secũdo notat. Licet itellectus ꝓducat itellectionem, ñ tñ pp hoc dr̃ itelligere ſed itellectificare. Dicitur aũt itelligere rõne ꝓdicta. Tertio notat. Licet philoſophi cõiter loquantur de potẽtiis inquantũ hñt actus ſuos in ſe et nõ iquantũ ꝓducũt actus ſuos, ipſi tñ nõ negãt ꝙ cauſent actus ſuos. Secundo doc. reſpõdet ſecũde autoritati allegate p beatũ Thomã que dicit i tellectus poſſibilis nihil eſt eoꝝ que ſunt ante intelligere, et ex hac autoritate dicit ſanctus Tho. i. p. ſum. q. 89. ar. i. et Egidius quoli. i. q. 3. Et quoli. 2. q. 23. ꝙ itellectus ſimpliciter nihil ẽ anteq̃ itelligat ſicut materia prima ſimpliciť nihil eſt ante formã. Et capitur genus itelligibiliũ et genus corporaliũ, ſicut dictũ eſt i ꝓlogo. q. 4. de genere dilectionis et cognitiõis. Sed ꝙ hec non ſit itentio philoſophi pꝫ, qa nulla forma põt recipi a nihilo, ſꝫ actus et ſpẽs recipiũtur in itellectu et forma i materia, ergo itellectus eſt aliqd reale aliud ab itellectionibus et ſpeciebus, et materia aliud realiter a forma. Preterea, qñ loqmur de potentia receptiua nõ loqmur de reſpectu quẽ dicit potẽtia nec loqmur de potẽtia ante actum.i. qñ res non dũ eſt et põt fieri, ſed loqmur de aliqua re realiter receptiua alicuius. Autoritas ergo ſic debet exponi. Intellectus poſſibilis licet ſit ens reale, tamen ꝓ ſtatu iſto nihil eſt eoꝝ ſuple que ſunt itelligibilia, ante intelligere ſuple alioꝝ.i. non eſt itelligibilis a uiatore niſi prius aliqua ſenſibilia itelligat, qa omnẽ noticiã quam uiator hꝫ ex ſenſibilibus elicit. ❡ Ad ſecũdum argumentũ Thome doc. reſpondet diſtinguẽdo, ꝓductio alicuius eſt duplex, uel factio uel actio. Primo modo ꝓcedat argumentũ ſancti Tho. ſecũdo⁰ maior eſt falſa ſicut primo⁰ eſt uera. Quid ſit actio et factio, pꝫ ſupra fo. 17. col. 3. Doc. tñ cõcedit, ꝙ ſpẽs eſt ſimilitudo obiecti ubi inuit ꝙ ſpecies capitur dupliciter. Primo large ꝓ qualitate rep̃ſentãte. Secũdo ꝓprie ꝓ ſiltudine relucẽte i illa qualitate. Et tũc dicit ꝙ illa ſiltudo ẽ ptialis et minus principalis cã itellectionis. Notat etiã ꝙ aſſimilatio eſt duplex. ſ. uirtualis et formalis.i. equoca et uniuoca. Modo omnis cã aſſimilat ſibi effectũ uel equoce uel uniuoce. Sola aũt cã ꝓxima et ꝓpria aſſimilat uniuoce. Sed cãe remote et cões aſſimilãt equoce et uirtualiter. Species qdem ꝓprie capta eſt ꝓxima et ꝓpria cã ideo formaliter et uniuoce aſſimilat, ſed itellectus licet ſit ꝓxima cã, eſt tamen cõis iõ uirtualiť et equoce aſſimilat ſibi effectũ. ❡ Ad tertiũ argumentũ doc. diſtinguit ideterminatio eſt duplex. Prima ẽ materialꝭ pp defectũ actus.i. forme.i. materia iõ dr̃ ideterminata qa de ſe nullã formã habet põt tñ quãlibet recipere ab agente alio a ſe. Secũda eſt actiuitatis extendentis ſe ad plures effectus ut eſt i ſole. Illud quod eſt ſecũdo⁰ ideterminatus, ex ſe ipo determinatur ad agendũ p̃ſente paſſo et diſpoſito ſi ẽ naturalis cã, ſed ſi eſt libera cã abſq; oĩ alio põt ſe determinare ad certũ effectũ, ſed illud quod eſt ideterminatũ primo⁰ nece⁰ determinatur ab alio, ut a⁰ forma et agẽte cauſante illã formã. Intellectus aũt eſt ideterminatus ſecũdo⁰ nõ primo⁰, et eſt naturalis cã iõ p̃ſte obiecto ex ſe determinate agit circa illud obiectũ p̃ns nõ circa aliud. Poteſt etiã cõcedi ꝙ cõis cã reſpectu multoꝝ q̃ dr̃ ſupior reſpectu ꝓprie cãe determinetur ꝙ cõcurſum ꝓprie determinate cãe nõ ꝙ cogat ipſam nec ꝙ det ei uirtutem agendi nec ꝙ ſit forma eius p quã agat ſuperius agẽs, ſꝫ qa ſuperius agens eſt indeterminatũ ad pla et in nihil certum ferretur niſi cõcurrente particulari agente.

❡ AD ARGVMENTA PRINcipalia, ad primum etc. Hec eſt cauda q̃ſtionis i q̃ reſtãt ſoluẽda argumenta ꝓ et ꝯ titulum q̃ſtionis formata. Cũ ergo queritur utrum ps itellectiua ꝓprie ſumpta etc. Pro pte negatiua arguitur triplr. Primo ſic. Senſus ut ſecũdo de aĩa ꝓbat eſt paſſiuus nõ actiuus ergo a ſimili itellectus ẽ ſolũ paſſiuus nõ actiu⁹. ❡ Doc. breuit diſtinguit, uel itelligitur ut totalis cã uel ptialis, primo mõ non ẽ actiu⁹ ſꝫ ſecũdo⁰. ❡ Secũdo ſic. Secũdo de aĩa dr̃, itellectus poſſibil ẽ quo ẽ oĩa fieri ergo ſolũ recipit et nõ agit. ❡ Rñſum ẽ ſancto Tho. qa philoſophi loquũtur de potẽtiis inquantũ hñt i ſe actus nõ tñ negãt quin cauſent actus ſuos. Sed doct. remittit unũ ibi, utrũ cauſare itellectionem ſit itellectus agentis uel paſſibilis. ❡ Tertio ſic. Actiões diſtinguũtur ſicut pricipia actiua ergo ſi intellectus eſt principiũ omnis itellectionis tũc nulla eſt diſtinctio itellectionis ſicut nec itellectus ẽ diſtinctus. ❡ Reſpondet doc. ꝙ maior eſt uera de totali cã, nõ ptiali, tñ poſſet ẽt bene negari maior, qa unus ſol eſt cã multoꝝ effectuũ ſpecifice diſtinctoꝝ ꝓpter diſtinctas uirtutes. ❡ Pro pte affir^ua q̃ſtionis arguitur duplr. Primo ſic. Auicẽ. 9. metha. dicit ꝙ i materialitas ſit rõ intellectiui et itelligibilis.i. oẽ intellectũ, et oẽ itelligibile neceſſario eſt imateriale, ſed intellectus eſt imaterialis ergo ẽ itellectiuus actiue. ❡ Ad hoc doc. cõcedit itelligendo de ptiali cã reſpectu omniũ alioꝝ a ſe, qa cognoſcẽdo ſe ipm eſt totalis cã. ❡ Secũdo ſic. Si obiectũ eſt cã itellectiõis ergo intellectões obiectoꝝ ſpecifice diſtinctoꝝ eſſent ſpecifice diſticte, ſꝫ hoc ẽ falſum, qa tũc de q̃libet ſpẽ ſpecialiſſima eẽt ſpẽalis ſcĩa. ❡ Rñſio ad h⁰ arg^m, pꝫ ſupra fo. i4. col. i. et. 2.

## Queſtio Octaua.

QVERO DE COMPARATIONE ISTArum duarum cauſaꝝ etc. Hec eſt tertia q̃ſtio huius tertie ptis. Cuius capite dimiſſo corpus breuiter accedo. Quod cõſiſtit i ſex dictis. Primũ. Intellectus eſt pricipalior cã intellectionis naturaliter adq̃ſite ꝙ obiectũ. Secũdum. Quãdo plures cãe ad idem concurrunt una illimitatior altera.i. ad plures effectus ſe extendens q̃ altera, ipa etiã eſt principalior, ſed itellectus reſpectu obiecti eſt huiuſmodi i cauſando itellectionẽ, obiectũ.n. ꝓm totã ſuã uirtutẽ determinatũ eſt ad ſui itellectionẽ. Tertiũ. Illa eſt pricipalior cã qua agente alia cã coagit et nõ ecõuerſo. Quartũ. Nos itelligimus cũ uolumus, hoc iõ qa intellectu agente neceſſario ſpẽs coagit quãtũ põt. Quintũ. Vniuerſaliter qñ obiectũ multũ excedit.i. eſt nobilius itellectu, ſicut eſt diuina eſſentia, tunc obiectum eſt principalior cã q̃ itellectus. Sextũ. Spẽs in itellectu ẽ inſtrumẽtũ intellectus, nõ tñ motũ ab eo.i. nihil recipit ab itellectu ſed propriam actiuitatem habet a ſeipa.

❡ AD PRIMVM ARGVmentum dico etc. Expedito corpore reſtat nũc ſoluere argumẽta. Cũ ergo querit utrũ obiectũ ſit pricipalior cã intellectionis uel intellectus. Pro obiecto arguitur triplr. ❡ Primo ſic. Illud eſt pricipalius mouens qđ mouet nõ motũ q̃ qđ mouet motũ, ſed obiectũ mouet nõ motũ et intellectus nõ mouet niſi motus ab obiecto, ergo obiectũ eſt pricipalis cã. ❡ Pro ſolutione huius arg^i doc. notat primo ꝙ itellectus hꝫ duplicẽ actum reſpectu obiectoꝝ q̃ nõ ſunt i ſe preſentia. Primus eſt ꝓducere ſpeciem, ut habeatur obiectũ p̃ſens. Secundo eſt producere intellectionem. Secũdo notat. Ly actus

poteſt dupliciter capi. Vno modo pro productione actuũ aĩe. Secũdo ꝓ actibus ꝓductis. Nihil agit ad actũ primo mõ qa ꝓductio nõ ꝓducitur, ſed actus ſecũdo° producitur. ¶ Tertio notat ꝙ nõ mouetur ĩtellectus ad ꝓducendã ſpeciẽ intelligibilẽ niſi prius obiectũ mouerit extra.i. ꝓduxerit ſpẽm ſenſibilẽ in ſenſu exteriori, nec mouetur ad ꝓducendũ actum niſi prius ſit motus a ſpẽ.i.niſi prius ꝓduxerit ſpẽm et eã ĩ ſe habeat. Quarto notat intellectũ moueri põt dupliciter ĩtelligi. Vno° realiter illo° falſum eſt. Alio mõ intẽtionalit, et hoc duplr. Primo pro allicere et ſic obiectũ ĩ ſpẽ allicit ĩtellectũ ad ꝓducẽdum actũ. Secũdo° ꝓ prius aliqd facere uel hr̃e, et ſic capitur ĩ propoſito. Quito notat ĩtellectũ mouere põt duplr ĩtelligi. Vno° realiter et phyſicalit et ſic qa eſt eadem res cũ aĩa intellectiua põt realiter mouere. Alio° intẽtionalit, et ſic dr̃ mouere obiectũ quia determinat ipm ad coagendũ ſibi. Et ſic pꝫ primũ argm, ¶ Secũdo ſic ar. Oẽ agens aſſimilat ſibi effectũ quãtũ põt ergo illd eſt prĩcipalius agens quod magis aſſimilat, ſed obiectum magis aſſimilat ſibi actũ q̃ ĩtellectus, ergo obiectũ eſt prĩcipalior cã. Solutio huius argumenti pꝫ ex ſolutione ſecundi argi ĩ opi. S. Tho. ¶ Tertio ſic ar. Vnitas ſcie aſſignat penes unitatem obiecti uirtualit cõtinẽtis eam ergo obiectum eſt principal cã. ¶ Solutio huius argumẽti pꝫ ex tertia. q. ꝓlo. fo. 14. col. 1.

## Queſtio Nona.

VLTIMO CIRCA ISTAM PARTEM diſtinctionis etc. Hec eſt ultima q̃ſtio huius diſtinctionis. Cuius titulus eſt tal, utrũ ĩ mẽte ſit deſtĩcte imago trinitatis. ¶ Vbi ſunt quattuor termini declarãdi. ſ. mens et capit quadruplr. Primo ut dr̃ a mentior metiris, et ſic poñ excogitatiua dr̃ mens. Secũdo dr̃ a mene quod eſt defectus. et ſic aĩa inquantũ informat corpus dr̃ mẽs, tertio dr̃ ab eminẽdo, et ſic portio ſupior rõnis dicit eſſe mens. Quarto prima ps imaginis ĩquantũ ĩcludit ĩtellectũ et uoluntatẽ cũ obiectis ſuis ĩ rõne pfecti parẽtis. ¶ Secũdus terminus eſt diſtincte q patuit. 2. q. huius diſ. ¶ Tertius eſt imago q capitur quadruplr. Primo large et ſic eſt ſimilitudo alicuius rei ipam actualr repñtans ſiue ſit a nã ſiue ab arte, ſecũdo capitur ſtricte ꝓ imagine artificiali, tertio magis ſtricte, ut idẽ ẽ quod productũ nãliter et uniuoce ab alio, et ſm rõnem productionis ſue eſt ſile uel dr̃ ſile producẽti, et eſt ĩ oĩ uniuoca productõne naturali. Nã oẽ tale productũ dr̃ imago producentis, quarto capitur ſtrictiſſime, et ſic eſt aliqua natura creata itellectualis cũ actibus primis et ſecũdis ſimul actualit repñtans trinitatẽ pſonaꝝ ĩ diuinis cũ unitate eẽntie ſm propria pſonaꝝ. Preterea. Imago capitur duplr. Primo pro imagine ĩcreata, et hoc duplr. Vno° actiue.i.pro imagine repñtante, et ſic generaliter eſt deitas q̃ oĩa repñtat, et proprie eſt pſona filii repñtãs prẽm pp uniuocã et naturalẽ productionẽ ſuaꝫ. Alio° paſſiue pro re repñtata et hoc tribus modis. Primo ipa deitas, ſic habetur Geneſ primo Faciamus hominem ad imaginẽ. Secũdo pſona patris p filiũ repñtata. Tertio tota trinitas p omnẽ creaturã intellectualẽ repñtata. Imago creata eſt triplex, qa q̃daꝫ dr̃ imago creationis ut aĩa intellectiua et angelus, q̃dam imago recreationis et illa eſt dotes glorioſe ĩ patria et habitus theologici in uia, q̃dã dr̃ imago ſilitudinis et hoc quadruplr. Primo rõne poñꝝ naturaliũ q̃ uniuoce ſunt ſimiles deo, et hoc quadruplicit. Primo proprie p memoriã, ĩtelligẽtiam, et uolũtatẽ. Secũdo large ut dr̃ imago abolita.i.pene nulla ut eſt ĩ amentibus et furioſis q nõ pñt intelligere et uelle. Tertio dr̃ imago obſcurata per pctm̃ mortale. Quarto dr̃ imago pulchra et clara ut in iuſtis rõne utẽtibus. Secũdo imago ſilitudinis eſt rõne potentiaꝝ et actuũ ſimul, illo° nullus dormiens nec amens habet imaginem de cõmuni lege, quia nullũ ĩtelligere et uelle hñt. Tertio rõne imitationis que eſt triplex. Prima ĩ naturalibus ĩclinationibus. Secũda ĩ uolũtariis moribus. Tertia ĩ pbendis exẽplis bonis. Quarto capit imago ſilitudinis rõne repñtatiõis ſic figura repñtat figuratũ et ſpẽs obiectũ. Imago iteꝝ capitur duplicit. Vno° formalit pro relatione repñtationis. Alio° fundamẽtaliter ꝓ repñtante ut in propoſito ſunt illa tria, memoria, ĩtelligẽtia, et uolũtas. Imago iteꝝ eſt duplex q̃dã eſt p adequationem ubi imago et imaginatũ ſunt adequata ĩ entitate et pfectione illo modo ſolus filius dei eſt imago patris, quedam per imitationem ubi eſt aliqualis repreſentatio ſed non equalitas in entitate. Imago iteꝝ capitur duplicit. Vno° radicalit, ſic ſuba aĩe et eſſentia angeli eſt imago. Alio modo cõpletiue, illo mõ requirit ſuba aĩe et actus eius. ¶ Quartus terminus ẽ trinitas q declarabitur diſt. 24. ¶ Dimiſſo ergo capite q̃ſtionis. Corpꝰ q̃ſtionis doc. ĩ tres articulos diuidit. Primus tractat qd ſit imago corporalis. Secũdus qd repñtetur in diuinis p imaginẽ ĩ nobis. Tertius q̃ ſint illa ĩ nobis q̃ repñtant uel ſunt imago trinitatis. ¶ Quantũ ad primũ doc. notat tria. Primũ. Imago eſt repñtatiua totius ſicut ueſtigiũ ptis. Secũduꝫ. Si totũ corpus imprimeretur pulueri illa impreſſio eſſet imago corporis. Silr ſi pes imprimeretur pulueri illud impſſum eſſet imago pedis et ueſtigiũ totius. Tertiuꝫ. Ad imaginẽ nõ ſufficit ſimilitudo ſed reqritur imitatio.i.q ſit ab eo cauſatũ et ex hoc repñtet ipum, ſicut ſi eſſent duo oua oĩo ſimilia neutrũ eſſet imago alterius, qa nõ ẽ natũ imitari ipm cũ nõ ſit cãtũ ab alio. ¶ Sed quãtũ ad ſecũdum articulũ notat doc. primo ꝙ cõceptus unius pſone in diuinis ſit partialis propter rõnẽ dictã ſupra fo. 79. colũ. 3. Ideo illa creatura q̃ ducit nos in cognitionẽ trinitatis p modũ imaginis, repñtat eam eo modo quo cognoſcimus eã ex creaturis. Secũdo notat, imago trinitatis nece° repñtat diſtinctionem trium pſonaꝝ et unitatẽ eẽntie, et ordinem quo una pſona ꝓducitur ab alia. Tertio notat ꝙ diſtinctio realis pſonaꝝ ĩ diuinis eſt p ꝓductionẽ. Quarto notat ꝙ cũ creatura ĩtellectualis imitetur trinitatẽ pſonaꝝ et unitatẽ eſſentie.i. ſit creata a deo ut repñtet iõ oĩs creatura ĩtellectual cũ actibꝰ ſuis eſt imago trinitatis. Ex his ſeqtur ꝙ imago trinitatis debet eſſe producta a trinitate et debet imitari eam.i.ad hoc debet eſſe ꝓducta ut repreſentet trinitatẽ in diſtinctione reali pſonaꝝ et unitate eſſentie et generatiõe filii a p̃re et ꝓceſſiõe ſpũſſancti a p̃re et filio.

¶ DE TERTIO. PRIMO Videndum eſt etc. Iſte eſt tertius articulus huius q̃ſtionis ĩ quo principalit cõſiſtit ſolutio q̃ſtionis. Quẽ doc. diuidit ĩ tres ſubarticulos. Et ultimo annectit duo dubia. ¶ Primus ſubarticulus tractat de his que manifeſte ſunt ĩ noſtra mente. Et cõſiſtit ĩ tribus dictis. Primum. Certũ eſt nos ĩtelligere et uelle, et illi actus aliquo modo ſunt in noſtra poteſtate, qa qñ uolumus poſſumꝰ ĩtelligere et uelle. Cum ergo illi actus ſint ꝓducti ĩ nobis et ſint ĩ noſtra ptãte, ſequitur ꝙ habeamus ĩ nobis et noſtra ptãte principia ꝓductiua illoꝝ actuũ. Secũdum. Quãq; ſit unica res ꝓductiua utriuſq; actus ſaltem partialiter, tñ illa res hꝫ duas potẽtias qdditatiue diſtinctas nõ realiter que hñt oppoſitos modos ꝓducendi ſm ꝙ dictũ eſt ſupra fo. 56. colũ. 3. Ex quo pꝫ ꝙ ĩtellectus et uolũtas productiua ĩtellectionis et uolitionis ad minus ſunt formaliter diſtincta. Tertiũ. Diſtinctio ĩtellectus et uolũtatis ꝓportionabiliter correſpondet diſtinctioni ĩtellectionis et uolitionis.i.nõ ẽ ſimilis diſtinctio ſed diſſimilis, aliquo mõ adinuicem ptinentes, nã ĩtellectus et uolũtas diſtinguũtur ſolũ formaliter, ſed ĩtellectio et uolitio diſtinguũtur realiter et formalit et pertinent aliqualit adinuicẽ ſicut cauſe ad effectus. ¶ Secũdus ſubarticulus tractat ĩ qbus nõ cõſiſtit imago trinitatis. Et ꝯſiſtit in duobus dictis. Primũ. Actus primi ſunt ĩtellectꝰ cũ obiecto ſi

ue memoria fecunda, et uoluntas fecunda. Quid ſit memoria fecunda et uolũtas fecũda pꝫ ſupra. Actus ſecũdi aũt ſunt itelligentia et uoluntas theologicaliter capta utꝫ fo.53.col.2. et fo.54.col.2. Secũdum. Imago trinitatis nõ cõſiſtit ĩ ſol actibus primis nec ĩ ſolis ſecũdis qa tũc non eſſet imago trinitatis ſed dualitatis, cũ tm̃ ſint duo primi et duo ſecũdi. Preterea licet p¹ actus ſint cõſubſtantiales .i. realiter eſſentialiť idem nõ tñ ſunt realiter pſonaliter diſtincti nec unus ꝓducitur ab alio. Similiter licet actus ſecũdi ſint diſtincti realiter, et uelle aliqualiter ꝓducatur ab itelligẽtia, mõ tñ ſunt cõſubales. ¶ Terti⁹ ſub articulus directe tractat q̃ſtionẽ. Et ꝯſiſtit ĩ ſex dictis. Primũ. Imago ĩ creatura itellectuali cõſiſtit ĩ actibus primis et ſecũdis ſimul. Nã aĩa hꝫ memoriã quã doctor dicit pfectionem ſm quã formaliť eſt actus primus etc. ſimiliť hꝫ uolũtatẽ fecũdaꝫ, hꝫ etiã intelligentiã et uolũtatẽ, ut expoſita ſunt ſupra. Et illa tria ſunt imago pfecta ſuo modo. Secũdum. Memoria capitur dupliciter, uno° ꝓ principio noticie tm̃ alio° pro pricipio tam noticie q̃ꝫ uolitionis, et ſic uocatur pfectus parẽs et debet ſic accipi ĩ imagine. Tertiũ. Intelligẽtia hic capitur ꝓ eodẽ itellectu ĩ quantũ habet ĩ ſe actũ itelligẽdi, et uolũtas pro potẽtia uolitiua inquantũ habet ĩ ſe actũ uolẽdi. Illa tria ſunt cõſubſtãtialia rõne potentiaꝝ quia idẽ intellect⁹ et eadẽ uolũtas numero que ſunt ĩ memoria ſunt ĩ itelligẽtia et uolũtate, ſed rõne actuũ eſt diſtinctio realis. Quartũ. Quãdo Scotus dicit capiẽdo memoriã, itelligentiã et uoluntatẽ ꝑut ſunt ſub tribus actib⁹ ſuis, actus memorie ibi dicitur obiectũ actu pñs ĩ rõne obiecti nõ ꝙ ſit actus aĩe ſed quia ẽ pars cõplens memoriã. Similiter realitates recepte ĩ aĩa dicũtur ſpẽs obiectoꝝ et itelligere et uelle, ſed realitates ſm quas aĩa recipit dicũtur itellectus et uoluntas. Quintũ. Memoria et itelligẽtia et uolũtas ſtricte capta repreſencãt trinitatẽ pſonaꝝ et unitatẽ eſſentie, et ĩ nulla una potẽtia ſubiectantur licet aliqui dicãt ꝙ ſint ſubiectiue in itellectu quod debet apropriate itelligi ĩquãtũ filius dei ẽ prima imago cui itellectus apropriatur. Sextũ. Imago habet duplex eẽ .ſ. ſubſtãtiale et accñtale. Primũ reſpicit deũ trinũ et unũ, pſonarum diſtinctionem, et eaꝝ ꝓductionẽ et cõſubſtãtialitatẽ, illo° nõ ſemp ẽ in aĩa ſed bene radicaliter. Nã nõ ſemp habentur itellectõ et uolitõ licet ſemp habeatur pricipia productiua eoꝝ. Secundum reſpicit bene eſſe imaginis ut ꝙ ſit reſpectu huius uel huius obiecti, hoc uel hoc tempore.

¶ SED HIC OCCVRRVNT Duo dubia etc. Hec eſt ultima ps corpis q̃ſtionis ĩ qua duo dubia mouentur. Primũ ẽ, ſuppoſitis dictis tũc eſt quaternitas ĩ imagine ut memoria, et itelligentia, et uolũtas ut ĩcludit uolũtatẽ et actũ uolendi et adhuc reſtat uolũtas ut eſt productiua uolitionis que nõ eſt aliquod illoꝝ triũ. Nã nõ eſt itelligentia ut pꝫ, nec eſt memoria qa memoria eſt itellectus nec eſt uolũtas ut eſt tertia ps imaginis qa uolũtas illo° eſt potẽtia uolitiua cũ actu uolẽdi ſed uolũtas ut eſt principiũ producẽdi uolitionẽ eſt potẽtia uolitiua cũ obiecto actu uolibili pñte. ¶ Solutio huius dubii ꝯſiſtit ĩ .7. dictis. Primũ. Imago dupliciter aſſignatur ab Augu. Vno°, mens, noticia, et amor. Alio°, memoria, itelligẽtia, et uolũtas. Secũdo mõ melius aſſignatur. Secũdum. Mens ĩ prima aſſignatione capitur tã pro memoria fecũda q̃ꝫ uolũtate fecũda, ſimiliter memoria in ſecũda aſſignatione, et ſic pꝫ ꝙ uolũtas ut principiũ uolendi ꝑtinet ad memoriã. Tertiũ. Pater ĩ diuinis habet ĩ ſe ipſo fecũditatẽ ad generandũ et ſpirãdum iõ coincidũt ĩ idẽ memoria fecũda et uolũtas fecũda quia ꝑtinẽt ad p̃rem et parentes. Quartũ. Falſuꝫ dicit Hen. quoli.6.q.2.ꝙ p̃r nõ habeat a ſe fecũditatẽ ad ſpirãdum ſed poſtq̃ꝫ filius ſit genitus ex illa generatione ſit derelicta ilia fecũditas. Quintũ di. Nullã realitatem abſolutã uel pſonaliter relatiuã habet p̃r p productõnem licet quaſdã relationes cões ut eſt equalitas ſimilitudo et circũinceſſio habeat p productõnem. Sextũ. Quicqd abſolutũ et pſonaliter ꝓpriũ reſpectiuũ p̃r hꝫ, hꝫ pri⁹ origine quã filius itelligatur genitus. Quid ſit ordo originis patebit ĩfra di.12. Septimũ. Nõ debet accipi mens uel memoria pro memoria ĩquantũ ẽ tm̃ productiua noticie qa tunc non haberetur pfectus parens.

¶ Secũdum dubiũ eſt. Cum itellectõ non producat uolitiones in creaturis nõ uidetur eſſe in aĩa noſtra imago trinitatis ubi filius q ẽ itelligentia ſpirat ſpm̃ſctm̃ q eſt uolũtas apropriate.

¶ Solutio hui⁹ dubii cõſiſtit ĩ ſex dictis. Primũ. Imago ĩ creatura eſt tripliciter diſsimilis prothotipo .i. pricipali imaginato quod eſt deus trinus et unus. Primo qa pater ĩ diuinis eſt memoria intelligentia et uoluntas, ſimiliter filius et ſpũſſctũs, ſed nos nõ ſumus itelligẽtia memoria et uolũtas ſed bene habemus, ſecũdo ĩ diuinis illa tria de ſe mutuo ꝑdicãtur, ĩ nobis ñ, tertio pater et filius producũt ſpm̃ſctm̃ ſed memoria et itelligentia in nobis nõ producũt uolũtatẽ. Secũdum. In diuinis ſecũda pſona cũ ſit uere deus põt uere accipe fecũditatẽ ad ſpirandũ ſed qa itellectõ in creaturis eſt uere accidẽs iõ nõ põt accipe fecũditatẽ ad ſpirãdũ amorẽ pfectõrẽ ſe, de quo ãplius ĩfra diſ.10. 11.12. Tertiũ. Aliquis ordo eſt ĩ creaturis inter partes imaginis qa ſecũda et tertia p̃ſupponũt primã et ſunt ab ea ſed tertia p̃ſupponit ſecũdam licet nõ ſit ab ea. Et hec eſt mens Aug.15. de trini. et debet capi ibi uolũtas pro uolitione qa potẽtia uolũtatis nõ p̃ſupponit itelligentiã nec actũ itelligendi. Quartũ. Si noticia aliqd generaret ipa naturaliter et nõ libere generaret ſꝫ productõ amoris debet eſſe libera nõ naturalis. Quintũ. Illa tria pñt eſſe rᵘ duplicium obiectoꝝ .ſ. reſpectu creaturaꝝ et rᵘ dei. Primo° nõ ẽ propriiſsime imago trinitatis ſed ſecũdo°. Nã qñ ĩ actu nõ eſt ſimilitudo dei ſed ſilĩtudo creaturaꝝ (ſicut ſp ĩ actu eſt ſilĩtudo obiecti) tunc nõ eſt ſilĩtudo ad deuꝫ ſed ad aliud obiectũ et p ꝯñs tũc non poſſet propriiſsime dici imago dei, quando aũt deus relucet ĩ imagine tunc cũ deus ibi cognoſcatur proprie ẽ imago dei et ſumme. Vult .n. beatus Auguſtinus .12. de tri. et .14. ꝙ qñ deus eſt obiectũ illoꝝ triũ et de⁹ recolitur, cõſpicitꝰ et cõcupiſcitꝰ, tunc eſt imago pfecta et ſumma. Sed rᵘ alioruꝫ obiectoꝝ nõ eſt ita ꝓprie. Sextũ. In pte ſenſitiua nõ eſt imago qa principia ꝓductiua et opatiua cuiuſmodi ſunt organa cõpoſita ex corpe et aĩa nõ ſunt cõſubſtãtialia qa doc. uult hic ꝙ nõ eſt idẽ organũ eſſentialiť cognitionis ſenſitiue et appetitõis ſenſitiue. Silř ñ ẽ ĩ ſenſu liba ꝓductõ aliq.

¶ AD PRIMVM ARGVmentum principale etc. Expedito corpe q̃ſtionis reſtat nũc ſoluere argumẽta. Cũ ergo queritꝰ utrũ in mẽte ſit diſtincte imago trinitatis ꝓ pte negatiua arguitur quadrupliciť pri° ſic. Si imago repñtat diſtincte illud cuius eſt imago ergo mens diſtincte repñtat trinitatẽ, ſed hoc eſt falſuꝫ, quod ꝓbatur dupliciť, primo, ex mẽte naturaliter nota poſſemus naturaliter cognoſcere trinitatẽ quod falſum eſt. Probatur ſecũdo quia nulla creatura pfectius repñtat deũ q̃ꝫ ſua idea ſed idea mẽtis repñtat deũ tm̃ ut unus eſt ergo ſeq̃la principalis falſa. ¶ Pro ſolutione huius arg¹ doct. notat ꝙ oĩs creatura cauſat et ideatur a deo ſub rõne qua eſt unus nõ ſub rõne qua eſt trinus, nihilominus tñ qa natura itellectualis habet plura ĩ ſe de qbus dictũ eſt ſupra, iõ rõne illoꝝ ẽ imago dei. Ideo pꝫ maior ſecũde improbationis falſa. Ad primã ꝓbationem rñdet doc. negãdo aſſumptũ qa ꝙ nos ſumus imago dei ẽ ſolũ creditũ et nõ naturaliter cognoſcibile. ¶ Secũdo ſic aʳ. Nihil ĩ mẽte plus repñtat unã pſonã q̃ꝫ aliã, ergo nec tota mens repñtat totam trinitatẽ. Añs ꝓbatur qa quelibet pſona eſt memoria itelligẽtia et uolũtas et una nõ plus q̃ꝫ alia. ¶ Ad hoc rñdet doc. primo ꝙ argumentũ eſſet bonũ ꝯtra Hen. quoli.6.q.1. qui dicit ꝙ pater inquantũ actu intelligit ꝓducit filiũ, qđ falſuꝫ

eſt ſed pater preciſe ut memoria generat filiū. Ex hoc pȝ antecedēs falſum qa memoria plus rep̄ntat p̄rem q̄ȝ intelligentia et uolūtas rōne ꝑductōnis, licet etiā deus pater ſit itelligentia non tn̄ ꝑducit p itelligētiā. ¶ Tertio ſic aʳ. In trinitate ſunt due pſone ꝑducte i imagine noſtra nihil eſt ꝑductum, ergo imago noſtra nō rep̄ntat ꝑductionē diuinā. Minor ꝓbatur. Actus primi. i. itellectus et uolūtas nō ſunt ꝑducti ab aīa ſed ſibi cōcreati, nec actus ſecūdi qa ſunt actiōes ſed actionis nō eſt actio nec ut ſubiecti nec ut termini. i. nulla actio agitur ſiue ꝑducit nec eſt ſubiectū i quo fit illa ꝑductio ut materia i qua ſit generatio et eadē monet ante et poſt generationē, nec actio de nouo ꝑducitur p aliā actionem. ¶ Ad hoc argumētum rn̄det negādo illud ꝙ actus ſecūdi nō ſint ꝑducti. Probationem cōcedit qᵒ ad illud ꝙ actionis nō ſit actio ſed negat quo ad illud ꝙ illi actus ſint actiones illo modo. Pro cuius euidentia notat aliqua dicta. Primum. Omnis actio que eſt actus ſecundus eſt forma abſoluta i genere qualitatis licet forte nō ſtricte predicamentalis ut patuit ſupra fo.17.col.3. et fo.9.col.2. Secūduȝ. Quedā forme habēt eē fixū q̄ poſt unā ꝑductionem ſuam p̄nt manere abſq; noſtra cauſatione ita ꝙ nō ſp cauſantur quādiu ſunt ſicut calor in ligno. Quedā nō p̄nt manere niſi ſemp cauſentur ut lumen i aere, ita ꝙ magis proprie dicit aer ſit lucidus q̄ȝ aer factus eſt lucidus ſm Aug. Prime forme nō debēt dici actiōes eo ꝙ poſſunt eſſe ſine actuali cauſatione et actione, ſecūde merito dicūtur actiones eo ꝙ ſp cauſantur q̄diu ſunt licet in ueritate nō ſint actiones et paſſiones. Tertiū. Actio proprie tm̄ eſt illius forme cuius ps pᵒ ptē acqritur iō lumē nō proprie p actionem acqritur ſed totū ſil. Quartū. Intellectio eſt forma ſecundoᵒ iō duplici rōne uocatur actio, primo qa ſemp cauſatur q̄diu eſt, ſecūdo qa ſicut actio eſt alicuius acti ut termini ſic itellectio licet nō ſit allicuius acti ut termini. i. licet nihil p eā ꝑducatur tn̄ hoc uerbū itelligere habet modū ſignificandi ac ſi intellectio trāſiret i rē intellectā, qa ſi itelligo ergo aliquid itelligo, tamen in ueritate itellectio nō facit obiectum itellectum. ¶ Quarto arguitur quo argumento etiā ꝓbatur ꝙ itellectio et uolitio ſint actiones. Et arguitur ſic. Ex illis actibus generātur habitus ergo ſunt actiones ꝓprie dicte de genere actiōis qa oīs actio qua generatur aliqua forma abſoluta ē actio de genere actōnis. ¶ Pro ſolutione huius argⁱ notat doc. primo ꝙ actōnes de genere actōnis nō poſſunt eſſe eiuſdem rōnis niſi habeant terminos eiuſdē rōnis ſicut calefactōnes ſunt eiuſdē rationis qn̄ calores geniti ſunt eiuſdem rōnis. Secūdo notat. Actio de genere actōnis productiua alicuius termini ubiq; neceᵒ eſt talis termini ſed aliqua itellectō non hȝ habitū pro termino producto. i. itellectōne ut actōne n̄ producit habitus. Tertio notat. Actus itelligēdi i nobis eſt principiū producēdi habitū ſed nō ē actio q̄ ꝑducitur habitus qa actōne de gn̄re actiōis ꝑducit actus et habitus. Quarto notat. Q n̄ dicimᵒ potētiaȝ elicere actū itelligēdi poñ ſtat p itellectu, elicere pro actōne de gn̄re actōnis, et actus itelligēdi ꝓ ꝑducto p talē actionem.

## DISTINCTIO QVARTA.

CIRCA QVATAM DISTINCTIONEM. QVERITVR VTRū etc. Hec eſt quarta diſtinctō in q̄ tractantur principaliter due propoſitiones exprimētes ueritatē generatōnis diuine et idēptitatis pſonaꝝ et eſſentie et modum p̄dicādi eaꝝ de eſſentia, quaꝝ prima eſt iſta, deus genuit deū, ſecunda deus eſt pater filius et ſpūſctūs, et his principalibus annectuntur q̄dā alie. Et conſiſtit hec diſtinctō in duabus q̄ſtionibus. Quaꝝ prima eſt hec, utrum hec ꝓpō ſit uera deus genuit aliū deum. ¶ Cuius termini declarādi ſunt ly deus q declaratus eſt. q.3. ꝑl. et gn̄ratio q declarabitur diſ. ſequēti. Et alius q declarabitur in corpe queſtionis. ¶ Dimiſſo ergo capite q̄ſtionis ſm cōſuetudinem, corpus q̄ſtionis cōſiſtit i dictis. Primū. Omni quo. i. abſtracto corrn̄det proprium quod. i. cōcretū ſibi adequatū i ſignificādo licet nō in mō ſignificādi ut ē deus et deitas ita ꝙ unū p̄dicatur de tot de quot aliud et ſunt eque ſingularia et eque cōia ita ꝙ cōcretū non eſt ſingulare cuius abſtractū eſt ule. Secūdū. Cauſa formalis proprie dicta i propoſito noſtro eſt quodlibet abſtractum rᵘ proprii cōcreti ut deitas eſt cauſa formalis quare hic deᵘ eſt deᵘ et ſic de oībus, et nō loquor hic de reali cā formali ſed eo mō quo loqtur logicus i topicis. Tertiū. Aliqd uocatur forma quadrupliciter, unoᵒ qa eſt q̄dā natura i ſe, ſecūdo qa dat eſſe alicui ſicut oē abſtractum ſuo cōcreto mō dicto, tertio qa denoīat aliud licet nō ſit forma illius ut hō dicitur bauarus, quarto qa informat aliqd. Alios modos uide ſupra fo.17.col.2. Et ibi uidebis quō deus ſit forma. Quartū. Deitas et deus eſt ex ſe ſingularis et repugnat ei plurificari p quācūq; potentiā et in hac ſingulari unitate eſt realiter cōis tribus pſonis ita ꝙ ipa deitas eſt cā uel rō formalis quare q̄libet pſona eſt deus et oēs pſone ſunt unus deus. Ex his ſeqtur correlarie ꝙ cū filius ſit idē deᵘ q pater ꝙ illa ſit falſa, deus genuit aliū deū qa ly alius idē eſt quod n̄ idem. Quintū. Ille tres propōnes drn̄t, ſor eſt alius ab homine, ſor. eſt alius humanitate, ſor. eſt alius i humanitate, qa cū ly alius icludat negationē ſeqtur ꝙ terminū ſequentē i eadē propōne diſtribuit et ſic ſenſus eſt ſor. nō eſt aliqs hō, nam ly alius diſtribuit pp negationē icluſam et hō eſt terminus qui diſtribuitur et ſic inuit ꝙ nullus hō ſit q ſit ſortes (terminus alietatis eſt terminus diſtributus per ly alius.) Cum aūt abſtracta dicāt cās formales et proprias ideo cum dicitur ſortes eſt alius humanitate ly humanitate ſignificatur eſſe illa forma ꝑ quā ſor. nō ſit aliqs hō, qa ſenſus eſt ſor. non eſt aliqs hō, et rō formalis huius eſt ipa humanitas, et p ꝯns ſeqtur ꝙ ſor. ſit alterius nature indiuiduū. Vbi notandū ꝙ ly alius diſtribuit humanitate inquātū p̄dicatur de ſorte ſed non diſtribuit ipam in quātum dicit rōnem formalē ſed ſtat cōfuſe tm̄. Nā cōpletus ſenſus huius ꝓpōnis eſt iſte ſortes nō ē aliqs hō et humanitas ē rō formalis huius p̄dicationis negatiue nō tn̄ hec uel hec humanitas. i. nō deſcēdēdo diſiūctiue nec etiam copulatiue. Preterea. Quādo notatur dr̄a pluriū i uno tunc illud unū notatur eſſe cōe utriq; i cōceptu, i re tn̄ diuiſum in eis, et ideo hec ꝓpō ſor. eſt alius a platone in humanitate eſt uera qa humanitas eſt eis cōis in cōceptu, i re tn̄ diuiditur i eis. Sed hec eſt falſa ſortes ē alius a brunello i humanitate qa humanitas nō eſt cōis eis. Et in hac lr̄a determinabile alietatis eſt terminus cū quo cōſtruit ly alius a parte poſt et diſtribuit ipm. Ex quo pȝ ꝙ prima ē falſa, ſecūda ſimilit eſt falſa et uera ſm ꝙ cōpletur p̄dicatū quia in ea nō habetur terminus alietatis. i. illud a quo ſortes ſit aliᵘ Dicēdo ergo ſic ſortes eſt alius humanitate a platone tūc ē falſa, ſed dicendo ſic ſor. eſt alius humanitate a brunello tūc ē uera. Cōſimiliter dicatur de tertia qa dicēdo ſic ſor. eſt alius in humanitate a platone tūc eſt uera, ſed dicēdo ſor. eſt alius i humanitate a brunello tūc illa eſt falſa. Sextū. Illud ſincathegorema alius cōiter non diſtribuit terminū cōſtructū ſecū i eodē caſu uel ſi nō additur illa p̄poſitio a uel ab, notat tn̄ terminum ſecū ꝯſtructū eſſe cōmunē ſubiecto et p̄dicato et diuidi i eis ut dicēdo ſor. eſt alius hō a platone ly platone nō diſtribuitur per ly aliᵘ licet ꝯſtruatur cū eo mediāte illa ꝓpōne a qa repugnat ſibi diſtribui cū ſit terminus ſingularis, nec ly hō diſtribuit cū ſit eiuſdē caſus cū eo et nō cōſtruatur cum eo mediante p̄poſi-

tione ideo ſenſus eſt,ſortes eſt homo et plato eſt homo et ſor. non eſt ideꝫ homo q̄ eſt plato qa licet ly homo ſit ꝯmunis utriqꝫ in ꝯceptu,in re tñ ē diuiſus ī eis.Ideo illa ꝯñtia non ualet ſor. eſt alius homo ergo eſt alius ab homine.Añs eſt uerum et ꝯñs falſum.Septimū.Illa ꝓpoſitio filius eſt alius de⁹ a p̄re non ualet illā filius eſt alius a deo qa ly deus ī ſecūda diſtribuitur ꝓ oī pſona diuina,in pª non,et eſt ſimile ſicut ibi,ſor.eſt alius homo et ſor.eſt alius ab homine,nec ualet illā filius eſt alius deitate qa licet filius ſit alius a p̄re,deitas tñ non eſt ratio formalis illius alietatis,ſed ualet illā filius eſt alius a p̄re in deitate et ſenſus eſt,filius eſt deus et pr̄ eſt deus,et non eſt una deitas in utroqꝫ,ubi extrema illius alietatis ſunt pr̄ et filius et determinabile eſt ly ī deitate.Ex his ſeqtur ꝙ iſta eſt falſa deus genuit aliū deū.Notandū etiā ꝙ ſm̄ Petrū de eliaco.i.li.q.5.abſolute poſſet concedi ꝙ ſint tres dii capiēdo ly deus pſonalitur ſꝫ pp ſimplicitatē ſimpliciū non debet uti illud uocabulū ly deus ī tali ꝓpoſitiōe niſi addēdo ly pſonaliter ut dicēdo tres ſunt dii pſonaliter.Silr ſi deſcribitur ly deus ut Anſ.deſcribit,deus ē illud quo nihil maius.i.melius cogitari pōt,pōt concedi ꝙ ſint tres dii ſed deſcribēdo ſic,deus eſt oī alio pfectius non poteſt concedi ꝙ ſint plures dii.Silr capiendo ly deus diuerſis modis ut ſupra.q.3.ꝑl.pōt concedi ꝙ ſint plures dii. Secūdo notandū ꝙ capiendo hoc nomen deus ꝓprie et eſſentialiter pro hoc uero deo ſic eſt terminus cōis et ſingularis qa realiter ſignificatum eius eſt cōe tribus pſonis,eſt tñ ī ſe ſingulare et īdiuiſibile nō tñ incōicabile.Ex quo ſeʳ ꝙ plis numerus ſibi repugnat ſm̄ ꝙ dictū fuit di.2.q.3. ꝙ aūt hebrei hn̄t eloym in plurali licet ipi aliter exponāt,realiter ſtat tñ ꝓ perſonis.Hebrei.n.hn̄t diuerſos modos ſignificādi et ītelligendi et plures q̄ꝫ nos ideo faciliter poſſunt exponere ſicut placet. Tertio notādū,illa ꝓpō deus genuit aliū deū diſtīguitur ab aliq̄bus improprie qa ly aliū poteſt teneri adiectiue.i.ꝓprie tūc eſt falſa ſicut dictū eſt ſupra uel poteſt teneri ſubſtātiue ut ſit ſenſus deus genuit ſuppoſitū a ſe realiter diſtinctū quod eſt idem deus cū generante et ſic ē uera.Quarto notādū,ꝙ triplex nomen eſt ī diuinis, quoddam oīo dicit diuerſitatē et tale non admittitur ī diuinis rᵘ pſonarum ut alius deus. Quoddā dicit oīmodā idēptitatē et hoc ſilr non admittitur rᵘ diuerſaꝝ pſonaꝝ ut deus generat ſe deum. Quoddā medio⁰ ut eſt generare.Ideo illa admittur deus genuit deū qa notat,diſtinctionem pſonaꝝ cū eſſentiali unitate et p ꝯñs etiā illa poteſt ꝯcedi pater genuit alterū ſe .i.alteꝝ pſonaliter et eūdem eſſentialiter,non debet aūt illa ꝯcedi pater generat alteꝝ ſe deū pp cām dictā. Quinto notādū ꝙ illi tres termini alius,aliud,alter,ſignificant idem principaliter et ꝯſignificant diuerſa qa aliud ꝯſignificat eſſentialē diuerſitatē et alius pſonalē,alter accidētalem tñ ratione additi ly aliud aliq̄n conſignificat ſolā pſonalē diuerſitatē ut dicendo aliud ſuppoſitum et ly alius eſſentialem ut dicendo alius deus.

¶ AD PRIMVM ARGVmentum dicō ꝙ hoc etc. Hec ē cauda q̄ſtionis ubi reſtāt quattuor argumēta ſoluenda poſt titulum queſtionis facta cōtra determinationeꝫ queſtionis quoꝝ primū eſt tale.Deus genuit deū,aut ergo ſe deum aut alium,ñ ſe quia nihil generat ſe ipm̄,primo de trinitate ergo aliū deū. ¶ Pro ſolutione huius argˡ notat doc.primo ꝙ antecedens ē ueꝝ.ſ.deus genuit deū qa ly de⁹ ī ſubiecto ſupponit pro patre. Secūdo notat ꝙ ꝯcreta ī diuinis q̄ non repugnāt pſonis poſſunt ſupponere ꝓ perſonis et ideo omnes iſte ſunt uere deus genuit deū,ſapiens ſapienteꝫ,bonus bonū,et omnes ſiles.Tertio notat. Hec ꝯña non ualet,deus genuit deū ergo deus genuit ſe deum qa ꝯñs notat idēptitatē generantis et geniti ſed antecedēs non. Similiter non ſeqtur,deus genuit deū ergo alium deum,qa cōſequens eſt falſum antecedens ueꝝ ſicut pꝫ ī corpore queſtionis.

Quarto notat,non q̄ſetur ſol generat alium murem .i. aliū qui eſt mus,ergo generat ſe murem uel alium murē qa ipe ſol non eſt mus niſi exponatur ly aliū murem ꝓ ly alium qui eſt mus. Quīto notat,illa pōt cōcedi deus genuit eūdem deū.i.filium qui eſt idem deus cū patre.Sexto notat,ꝙ ideo iſta eſt falſa deus genuit ſe deū quia ly ſe eſt ꝓnomē reciprocū quod ſemper notat idem ſuppoſitū eſſe a quo ꝓcedit actus et in quod procedit quia ſenſus eſſet pater genuit ſe ipm̄.In illa ergo ꝯñtia de⁹ genuit deū,ergo genuit ſe deū,eſt fallacia cōſequētis eo ꝙ non cōuertitur illa cōſequētia.Nā bene ualet,deus genuit ſe deū ergo deus genuit deū ſed nō ecōuerſo et qa ecōuerſo arguitur iō eſt fallacia cōſequētis. Similiter eſt fallacia figure dictionis eo ꝙ creditur ſilitudo inter antecedens et ꝯñs ubi tamen eſt magis diſſilitudo. ¶ Secūdū argumentū.Generās diſtinguitur a genito ſed deus genuit deū ergo deus genitus diſtiguitur a deo generante,et p ꝯñs deus genuit aliū deū. ¶ Pro ſolutione huius argumēti doc.notat primo ꝙ illud argumentū reducēdū eſt ad duos ſyllogiſmos primus eſt iſte.Generās diſtinguitur a genito,deus eſt generās,ergo deus diſtiguitur a genito.Secūdus.Genitū eſt deus,deus diſtinguitur a genito ergo deus diſtinguitur a deo.Secūdo notat ꝙ ī utroqꝫ ſyllogiſmo eſt fallacia accn̄tis. Nā maior primi eſt uera ꝓpter hoc ꝙ ſubiectū et p̄dicatū opponuntur formaliter et relatiue ſed ſubiectū minoris accidit et extraneatur terminis maioris cū diſtiguat formalit̄ ab eis. Nā ſemper eſt fallacia accn̄tis q̄n maior extremitas nō p̄dicatur de medio ſicut mediū de extremis.Similiter ī ſecūdo ſyllogiſmo eſt talis fallacia.Nā ex formali diſtinctione oppoſitoꝝ infert̄ eſſentialis diſtinctio eoꝝ. ¶ Tertiū argumentū,Deus generat aliū,aut ergo deū aut nō deū,nō ſecūdum qa tūc filius nō eſſet deus,ergo primū quod eſt ꝓpoſitū. ¶ Pro ſolutione huius argˡ doc.notat primo,ꝙ ꝯ̄dictio eſt tā ī terminis q̄ꝫ propoſitionibus et ſemp una ps ꝯ̄dictionis uerificatur de oī ente nō ꝙ una certa ps capiatur ſed ī cōfuſo una eaꝝ. Secundo notat. Si eſt p̄dicatū cōplexū et negatio interponatur īter p̄tes cōplexi tūc nō eſt ꝓprie dicta ꝯ̄dictio ut hō eſt aīal albū et homo ē aīal nō albū,nec oportet unā illaꝝ eſſe uerā.Si aūt negatio p̄poneretur toti p̄dicato ut dicēdo hō eſt nō aīal albū tunc p̄dicata eſſent ꝯ̄dictoria et nece⁰ una ps de quolibet uerificaretur et alia falſificaretur.Ex quo ſeqtur ꝙ ibi nō arguit̄ p ꝯ̄dictoria deus genuit aliū deū uel deus genuit aliū non deū,quia negatio deberet p̄poni toti p̄dicato dicēdo de⁹ genuit nō aliū deū et iſta eſt uera.Tertio notat.Cōtradictoria ſunt duplicia .ſ. cōplexa que ſunt ꝓpōnes et incōplexa que ſunt termini q̄ ſunt duplices, ſcilicet ſimplices ut deus,et cōpoſiti ut alius deus.Similiter propoſitiones dupliciter dicūtur ꝯ̄dictorie,uno⁰ proprie ſm̄ regulas ꝯ̄dictoriaꝝ q̄n tote ꝯ̄dicūt ſibi,alio⁰ improprie q̄n ſubiecta ꝯ̄dicunt tm̄ uel p̄dicata tm̄. ¶ Quartū arguᵐ.Deus genuit aliū hn̄tem deitatē ergo genuit aliū deū qa ſm̄ Damaſce.idem eſt deus et hn̄s naturam deitatis. ¶ Pro ſolutione argˡ doc. notat primo ꝙ adiectiuū ſine ꝓprio ſubſtātiuo poſitū capit̄ ſubſtantiue ꝓ ſubſtātiuo ſubintellecto et aliq̄n habet aliud adiectiuū ut ī ꝓpoſito noſtro ut cū dr̄ deus genuit aliū hn̄tem deitatem ly aliū capitur ſubſtātiē ꝓ ſuppoſito rᵘ ly habentē quod ē eius adiectiuū ut ſit ſenſus,deus genuit ſuppoſitū habens naturam diuinā et ideo alietas tm̄ cōcernit ſuppoſitū. Sed q̄n īfert̄ ergo deus genuit aliū deum,ibi ly aliū eſt adiectiuū et ly deum ſubſtantiuū,et ideo notat̄ ꝙ ſit alia deitas ī genito q̄ꝫ generāte, ideo eſt fallacia figure dictionis in argumēto,cōmutādo hoc aliquid.i.pſonā uel ſuppoſitū ī ān̄te,in quale qd.i.ī naturā cōem ī ꝯñti.Nā alium in ān̄te ſupponit ꝓ alietate ſuppoſitali qˡ ſuppoſitū eſt hoc aliqd.i.incōicabile et ī cōſequēte ꝓ alietate eſſentiali que eſſentia eſt quale quid.i.cōicabile. Etiam eſt fallacia

conſequentis arguendo ab antecedente ad ꝯſequens negatiue.i. ab illo quod ex natura rei debet antecedere ſicut īferius ad illud quod ex natura rei debet ſeq ut eſt ſuū ſupius. Nā hec eſt naturalis ꝯñtia, hō eſt ergo aīal eſt, et negatiue arguere ab homine ad aīal eſt fallacia cōſequentis dicēdo, nō eſt hō, ergo nō eſt aīal. Notat ſecūdo ꝙ Damaſce. nō diffiniuit in paſſu allegato deū nec hominē ſed ſolū ſignificatū nominis aliqualiter explicauit. Nam licet cōcretū de mō ſignificādi importat ly habens nō tamen ſignificat. Tertio notat ꝙ idē ſignificat abſtractū et concretum ſed dr̄nt in ſolo mō ſignificādi.

## Queſtio Secunda.

¶ Ad principale argumentū ſiʳ ſub eodē cōtextu rn̄det doc. Quod eſt tale. Si deus eſt immutabilis gº immutabiliter ſe hꝫ ad oīa ad que ſe imediate hꝫ. i. neceſſario cauſat illud q̄d immediate cāt ſed hoc eſt falſum, gº et añs. Rn̄det doc. negando cōſequētiam, quia ab immutabili pōt immediate eſſe mutabile ut ſupra patuit. ¶ Ad argumenta que Scotus poſuit ꝓ philoſophis ibi quantū ad ſecundū principale etc. Pro ſolutione primi notat. Primo ꝙ ubi neceſsitas eſt poſsibilis ꝑfectius eſt talis neceſsitas q̄ꝫ contingentia. Secundo notat ꝙ cōtradictio nullaꝫ perfectionē ponit ſed cauſatū eſſe neceſſarium uel neceſſario cauſari includit contradictionē, ideo impoſsibile eſt ꝙ deus neceſſario cauſet. Tertio notat ꝙ nullus reſpectus dei ad creaturā eſt neceſſarius quia nulla creatura eſt neceſſaria. Quarto notat ꝙ omnia diuidentia ens que ſunt abſoluta et ſunt perfectiones ſimpliciter neceſſario ſunt in deo ſimul ſed nulla relatio dicit perfectionē ſimpliciter nec aliqua relatio dei ad creaturam eſt neceſſaria ſed bene relatio dei ad intra. Quinto notat ꝙ nulla relatio eſt formaliter infinita. Quid ſit eſſe formaliter infinitum patet fo. 28. col. 1. ¶ Pro ſolutione ſecundi doctor notat. Primo ꝙ ex añte includente impoſsibilia uel plura poſsibilia ſibi incompoſsibilia (ſicut hic neceſſario cāre ſūt ſibi incompoſsibilia) ſequitur conſequens includens incompoſsibilia, ut bene ſequitur deus neceſſario cauſat, ergo cauſatum neceſſarium eſt, ſed ſicut antecedens eſt falſum ſic et cōſequēs, nam ille modus neceſſario repugnat cauſationi. Secundo notat nulla perfectio tollitur a cauſa ſi libere cauſat, ſed quia neceſſario cauſare non eſt perfectio in cauſando ideo non poteſt conuenire cauſe libere. Cum ergo neceſsitas ſit modus incompoſsibilis cauſationi ſequitur ꝙ contingentia ſit neceſſaria. Tertio notat ꝙ cauſabile non poteſt diuidi per neceſſarium et contingens, ſed ꝙ omne cauſabile eſt contingens. ¶ Pro ſolutione ultimi notat ꝙ neceſsitas eſt duplex ſcilicet ſimpliciter et ſm̄ quid primo mō nulla cauſa neceſſario cauſat, ſꝫ ꝯo mō cāe naturales neceſſario cauſant, non deus nec uoluntas create.

## DISTINCTIO NONA.

CIRCA DISTINCTIONEM NONAM QVERO VTRVM GEneratio filii, etc. Hec ē nona diſtinctio et ultima in materia de generatione filii que continetur unica queſtione. Cuius titulus talis eſt. Vtrū generatio filii ſit eterna in diuinis. Termini eius ſunt declarati, preter ly eterna. Nam ly generatio et filius declarātur di. 5. ly diuina fo. 52. col. 4. ¶ Eternitas capitur tripliciter ad propoſitū, primo ꝓprie et hoc tripʳ. primo ꝓpriiſsime et ſic eſt illud q̄d nec hꝫ principiū nec finē in duratione et ſtabilitate, ſecūdo magis proprie eſt q̄d hēt principiū nō finē in duratione et ſtabilitate, ut beatitudo dr̄ uita eterna tertio minus proprie, q̄d habet principium nō finem in duratione, tamen habet in ſtabilitate quia. ſ. continua mutatio ut in pena eterna. Secundo principaliter capitur cōiter pro illo cuius finē non percipit uel affectat hō, et ſic capitur tripʳ, primo pro eo cuius finē nō cognoſcit hō, ut Deut. 29. Manifeſta erūt uobis et filiis ur̄is in eternū, ſecundo cuius finē non affectat hō, ut 3. Regū. i. Viuat rex in eternū, tertio cuius finē non recordatur hō. Ioſ. 4. dicitur de lapidibus ſumptis a iordane ꝙ ſint in monimentum in eternū. Tertio principaliter capitur ſm̄ quid ꝓ eo cuius finis nō determinatur in duratiōe, et hoc tripʳ. primo ſuppoſita aliqua cōditione, ut ſuppoſito ꝙ filii Dauid diuina mandata ſeruauerint dicit deus pſal. 88. Thronus eius etc. ſecundo iniure, ut moyſes iurauit caleph poſſeſſuꝝ terrā certā in eternum. tertio ſignificatiue, q̄a. ſ. ſignificat aliq̄d eternū, ut circuncisio dicitur eterna. Differūt etiā eternū, ſempiternū et perpetuum. Nam eternū eſt q̄d nec habet principiū nec finem, ſempiternum quod incepit cum tpe et deſinit cum tpe, ut motus celi, perpetuū quod habet initium ſed nullū finem ut angeli. Quid ſit eternitas proprie et utrū ſit ī deo ex natura rei habet uideri in quoli. q. 6. Ad propoſitū ſufficiat ꝙ eternitas eſt modus intrīſecus oīum q̄ ſunt realiter in diuinis et ē duratio in qua nulla oīno ē uariatio nec ſucceſsio, ſꝫ totū ita ſil̄ hētur ꝙ tota ipā duratio nō tedioſior ē q̄ꝫ ſi eēt tm̄ inſtās tpis, et ē ſine oī tedio et ſine oī ꝑceptiōe uariationis ita ꝙ eternum ſemper manet oīno in eodem cū ſumma delectatione, ſicut ſi quis haberet aliq̄d obiectum delectabiliſsimū quod tam intenſe conſideraret et tā de

lectabiliter ꝙ nullum tẽporis lapſum oĩno perciperet. ¶ Dimiſſo ergo capite.q. Corpus conſiſtit in.5.dictis. Primũ. In diuinis uere eſt generatio non tñ mutatio, de quo fo.55.co.3. Secundum. Quia ñ ẽ mutatio in generatiõe diuina iõ põt ibi eſſe eternitas, quia propter priuationẽ que eſt terminus a quo in generatione nr̃a non põt eſſe eternitas. ꝙ aũt diuina generatio ſit eterna ſic probatur. Agens omnio ſufficiens naturaliter producens, non agens per motũ, hẽt ꝓductionẽ et productũ ſibi coeuũ, ſed pater in diuinis eſt tale agens et eſt eternus, ergo habet generationem et filium coeuũ. Termini maioris exponuntur ĩfra di.x. Tertiũ. Quando ab una re ſumitur cõceptus uniuerſalior et ꝑticularior tũc ꝯña ad uniuerſaliorẽ nõ ſolũ conſequuntur ut in illa re includitur ſed ubicunq; fuerit uniuerſalius ut ab homine ſumitur rõnale et aĩal, predicata ꝯña aĩal non ſolũ conſequũtur ipſum in hoĩe, ſed etiã in aſino etc. Preterea, cauſa et producẽs ſumũtur ab eadẽ re et cã eſt inferius et producẽs eſt ſuperius, ideo non oportet omne qđ naturaliter producit, ꝙ etiam cauſet, licet ergo eſſet impoſſibile ꝙ aliquid cauſet ab eterno, poteſt tamen producere aliquid ab eterno, uerumtamen in ſecundo libro uidebitur utrũ ſit impoſſibile aliquid ab eterno cãri. ꝙ ſi ſit poſſibile multo magis ẽ poſſibile ab eterno aliquid produci. Quartũ. Ad intelligendũ generationem diuinam concurrunt omnia que ſunt perfectionis in omnibus generationibus et nihil imperfectionis eſt in ea quod in aliis eſt. Qnintũ Cum generantur ſucceſſiua perfectionis eſt ꝙ in ĩpa generatione tota ſunt et non pars poſt partem, ſed imperfectionis eſt ꝙ nõ manent. Cũ aũt generantur permanentia eſt directe oppoſitum, ꝙ aũt non ſunt dum fiunt eſt quia agens eſt imperfectum non potens immediate totũ effectũ cauſare. Cũ indiuiſibilia ſucceſſiuoꝝ generãtur ꝑfectiõis ẽ ꝙ dũ fiũt tota ſimul ſunt ſ3 imperfectionis ẽ ꝙ nõ manẽt. Seqtur ꝙ in diuinis ẽ generatio qua habebitur genitũ qđ ſimul totũ generatur et manet ſemper.

¶ AD PRIMVM ARGVmentum dico etc. Hec eſt cauda queſtiõis. Cũ ergo queritur utrũ generatio filii ſit eterna in diuinis pro parte negatiua arguitur, primo ſic. Vbi ide3 ẽ eẽ et durare ibi ſi duratio hẽt principiũ etiã eſſe h3 pricipiũ et ecõuerſo ſed pr̃ eſt principiũ ipſius eſſe filii ergo et durationis ſ3 cuius duratio incepit nõ eſt eternu3 et per ꝯñs filius nõ ẽ eternus nec generatio ſua. ¶ Ad hoc doc. diſtinguit, quia ly principium ad propoſitũ capitur dupliciter, uno mõ pro principio actiuo alicuius, ſecundo mõ pro initio alicuius rei. Primo modo pater eſt principiũ filii et durationis eius, nõ ſecundo mõ, iõ ĩn argumento eſt fallacia equiuocationis. ¶ Secundo ſic arguitur. Secundũ Aug. imperfectionis eſt in uerbo noſtro ꝙ ſit formabile anteq̃; formetur ergo formari eſt imperfectionis ĩ uerbo, et per cõſequens non conuenit uerbo diuino generari. ¶ Ad hoc rñdet doc. uerbũ dupliciter dr̃ generari, uno modo per longam inquiſitionẽ diuerſorũ antequã põt uerbũ produci, et quia illa procedit ex ignorãtia et imperfectione intellectꝰ non potentis immediate totũ producere, iõ nõ cõuenit deo. Alio mõ directe uerbũ producere et illud eſt perfectionis. De po loquitur Aug. ¶ Tertio ſic. Si generatio illa eſt eterna ergo filius ſemper generatur et per ꝯñs nunq̃; genitus eſt. ¶ Pro ſolutione doc. notat. Primo ꝙ hee omnes ſunt uere, filius ſemp generatur, filius ſemper genitus eſt, filius ſemper generabit, qa uerba cuiuſcunq; tpis ſignificãtia actus eẽntiales et ꝑſonales uere dicuntur de deo, qa nulla eſt mutabilitas in deo, ideo qđ ſemel facit ſemp facit fecit et faciet, et ideo talia uerba cõſignificant nũc eternitatis ut coexiſtit partibꝰ temporis, et nõ drias tpis. Optime tñ dr̃ ſemper natus ẽ, ut per ly ſemp notetur eternitas generationis, et per ly natus perfectio filii geniti quaſi non pars poſt partem nec ꝙ deſinat poſt generationem.

## DISTINCTIO. DECIMA.

POSTQVAM IN PRECEDENTIBVS DOCTOR SVBTILIS egit de generatione filii. Nunc in hac diſtinctione decima ſer tractatus de ſpiratione ſpirituſſancti, in qua doc. cõtentus eſt ſolutione unius.q. Cuius titulus eſt talis. Vtꝝ ſpirituſſanctus producatur per modum uoluntatis. In quo titulo ſecundum modum cõſuetum quinq; termini ſunt declarandi ſcilicet ſpũs, ſanctus, ꝓductio, uolũtas, modus uoluntatis. ¶ Quo ad primũ notandũ. Spũs capitur dupliciter ſcilicet improprie et proprie, improprie capitur decẽ modis, uno modo pro ira Eſa.30. Spũs eius uelut torrens etc. ſecundo pro ſuperbia, ut Iob.6. quorum indignatio ebibit ſpiritũ meũ, tertio pro uita eo ꝙ ſpirare oſtẽdit uitã, quarto pro diabolo eo ꝙ ſubtiliter decipit, quinto ꝓ homine ut pſal.77. ſpũs uadẽs et nõ rediens, ſexto ꝓ appetitu peccorũ ut Eccle.6. ſpũs iumentorũ deſcendat. ſeptimo pro robore hoĩs, ut pſal.103. Aufers ſpũm eoꝝ et deficient. octauo ꝓ ſpũali intelligentia ſcripturaꝝ Ioan.6. Spũs eſt qui uiuificat. nono pro timore dñi.3. Regũ.14. Spũs dñi grãdis etc. decimo pro inſpiratione mẽtibus hoĩum facta a deo, ut pſal.147. Flabit ſpiritus eius et fluent aque. Alio mõ principalr ꝓprie capitur quattuor modis. Primo grãmaticaliter et ſic attenditur in ꝓnunciatione uerboꝝ et dictionũ aſpere uel leniter ꝓnũciando. Secundo capitur phyſicaliter et hoc dupr. Vno mõ ut dicitur a ſpiritualitate et ſic eſt corpus ſubtile et tenue ad modũ uenti faciens motum aliquãdo in uenis pulſatilibus et eſt triplex, ſcilicet naturalis, uitalis, et aĩalis, primus h3 ſedẽ et radicem et principiũ in epate, ſecũdus in corde, tertius in cerebro. Alio mõ ſpũs phyſicaliter dr̃ a ſpirãdo, et hoc dupr, uel tortuoſe incedẽdo, et ſic uentus uocat ſpũs, uel aĩaſtice ingrediendo et exeundo, et ſic flatus reſpirationis et inſpirationis dr̃ ſpũs. Quot aũt ſint uenti et quid ſit uẽtus, et utꝝ uentus ſit tempeſtas uel nõ, et quot modis fient uenti, uel diuerſi uel idẽ, qui principales et qui collaterales ſint, qũo in diuerſis climatibus ſe hñt, et utrum directe penes equinoctialẽ et polos ubiq; ſumantur, que natura et qui effectus oĩum uentoꝝ, utrũ ſm ortu3 et occaſu3 choſmicũ, eliacũ uel chronicũ accipiantur, a quibus planetis et ſtellis fixis moueãtur, qui, quo tpe moueantur, et ſub quibus triplicitatibus, et quis modus ſit prenoſticandi, non eſt neceſſe hic exponere ſed ſigillatim in diuerſis locis interſerere. Si quis autẽ citius hec ſcire uoluerit uideat Iſidoꝝ.13. ethimo. Senecã quarto naturalium queſtionũ Bedã primo libro de tpibus Hermetẽ trimegiſtum lib. quarto. Gulielmũ de conchis libro.3. Areſto. ſecundo metheorum, et particula.26. problematum et Petrum paduanũ ibidem. Iaphar in libro ſuo de pluuiis. Ptolomeum in ſecundo quadripartiti et Hali ibidem. Leupoldum in tractatu.6. lib. ſui. Alchindum et Aomor ĩ fine libri.9. iudicum etc. et Albumaſorẽ.5. de, magnis cõiunctionibus. Obmittit ẽt hic pulcherrima theorica quo mõ oẽs duodecim uẽti pñt generari per fluxũ et refluxũ diuerſoꝝ mariũ. Tertioo pricipr et ꝓprie capit ſpũs metaphyſicalr, et hoc dupr, qa primoo dr̃ a ſpũalitate et ſic eſt res nõ corporea, et ſic capit duobꝰ modis, qa unoo eſt ſpẽs cõpleta ut angelus, alio mõ eſt fora uel cõceptus, ſicut eſt aĩa et oĩs potẽtia aĩe, ſecũdo mõ dr̃ aſpirãdo, et hoc dupr, uno mõ elicitiue et ſic productio amoris dr̃ ſpũs, alio mõ terminatiue et ſic ipẽ amor ꝓductus dicitur ſpũs. Quarto principaliter capitur ſpiritus theologicaliter pro ſpũ increato et ille eſt triplex, uel capitur tripliciter. Primo modo eſſentialiter et ſic eẽntia diuina cum omnibus eſſentialibus ſuis eſt ſpũs, quia ſibi ex

intrĩſecã natura repugnat corporeitas et oĩb⁹ eẽntialibus. Secũdo modo notionaliter et ſic ipſa ſpiratio actiua et paſſiua.i. ſpirare et ſpirari dicũtur ſpiritus. Tertio modo perſonaliter et ſic eſt ipa pſona ſpũſſancti cui tria apropriantur.ſ. unitas, ſanctitas, et charitas. Primũ ideo apropriat, qa eſt nex⁹ patris, et filii.i. unica pſona ꝓducta uniformiter a patre et filio. Secũdum apropriatur, quia ſpũſſanctus eſt amor caſtus.i. purus et ſanctus et nõ fedus.i. libidinoſus. Tertiũ apropriat, qa ipa uoluntas q̃ eſt principiũ ſpũſſancti ineſtimabilẽ habet charitatis amorẽ pſonaꝝ adinuicẽ. Drũt ẽt illa tria, ſpũs, ratio, et aĩa, qa ſpũs capitur ꝓ portione ſupiori mentis ut ĩcludit intellectũ et uõlũtatẽ, rõ ꝓ ĩferiori portione, aĩa inquãtũ informat corpus. ¶ Pro declaratione ſecũdi termini notãdũ ꝙ ſanctus quadruplicit interpretat, primo.i. ſanguine tinctus, et iſto° oĩa ſanguine aſpſa in ueteri lege dicebant ſancta, ſecũdo° interp̃tat ſanctus.i. ſine terrena cupiditate, illo° oĩs uirtuoſus dr̃ ſanctus, tertio mõ interp̃tat ſanctus.i. ſanus et iuſtus, illo° oĩs hñs charitatẽ dr̃ ſanctus et iuſtus, quarto° ſanctus.i. ſanctio, diſcreta ĩſtitutio, illo° leges impiales dicũtur ſanctiſſime.i. cũ maxima diſcretione facte. Sanctus tertio° interp̃tatus ẽ triplex, qa quidã eſt ĩ gr̃a cõfirmatus.i. beatus et ille anthonomaſice dr̃ ſanctus, ſecũdo° dr̃ ſanctus nõ cõfirmatus, et ſic uiator exñs ĩ charitate dr̃ ſanctus, tertio° manifeſtatus p ſigna ſiue miracula dr̃ ſanctus ſicut dixit xp̃s, ego ñ ſanctifico meip̃m.i. ſigna que ego facio nõ mihi attribuo, et illud fallit aliqñ qa aliqñ nõ ſanct⁹ fecit et facere põt miracula, ut pȝ fo.12.col.1.et.2. Sãctitas apd theologũ et uirtus heroica apud phũm ſunt idẽ. Sãctificatio ãt capit multiplicit, primo° ꝓ applicatione ad diuina et ſic leuite et ueſtes facre etc. dicũtur ſanctificari et quecũq; res inaĩate deo oblate dicũtur ſanctificari, ſecũdo capit ꝓ redẽptõe alicui⁹ debiti deo ſicut aliqua primogenita ĩ ueteri lege debebãt redimi ut pȝ ĩ Leuiti.12. tertio capit pro tẽplo, ut Mach.1. intrauit anthiochus in ſanctificationẽ. quarto ꝓ infuſione gr̃e.i. charitatis, et illa eſt ꝓpria acceptio, quito ꝓ excellẽtia uirtutũ.i. pro adeptõe heroice uirtutis de qua patebit in.3.li. ſexto ꝓ glorificatione angeloꝝ et aĩaꝝ, ſeptimo ꝓ manifeſtatione. Ex his reducit hoc mõ ſanctus ad bimẽbrẽ diuiſionẽ et breuẽ, qa qdã eſt ſanctus p eẽntiã.i. indepẽdent ſiue a ſe nece° ſanctus, et ille eſt ſolus deus. Secũdus p pticipationẽ.i. depẽdent ſiue ab alio et cõtingent. Et ille eſt duplex.ſ. comp̃henſor.i. uere beatus clara uiſione et apta fruitione diuine eẽntie, alius eſt uiator uel ptinẽs ad uiatorẽ. Et hoc duplicit. Vno° rõne uirtutum ſimulatorie ſicut faciẽtes miracula nõ exiſtẽtes ĩ charitate, uel ꝓprie, et hoc duplicit uel gratuita uirtute q̃ eſt charitas, ul' nõ gratuita. tũc ĩteꝝ duplicit, uel heroica.i. excellẽti, uel humana.i. nõ excellẽti. Alio° dr̃ uiator uel ptinens ad uiatorẽ ſanctus rõne officii, et hoc duplicit qa uel eſt res aĩata ſicut miniſtri eccleſie diuino cultui dedicati et aĩalia, uel ẽ res inaĩata ſicut templũ et uaſa. ¶ Pro declaratione tertii termini notandũ ꝙ ꝓductio capitur quadruplicit. Primo ꝓductio.i. ꝓcul ductio et ſic ſol radios ſuos dr̃ ꝓducere. Secũdo dr̃ ꝓductio.i. pp ductio et ſic creatio dr̃ ꝓductio eo ꝙ creaturas ꝓducit deus pp ſe ip̃m. Tertio dr̃ productio.i. ĩ lucẽ ductio ut ꝓductio teſtiũ uel ĩſtrum̃toꝝ ĩ iudicio. Quarto dr̃ ꝓductio.i. prope idem ductio, et ſic proprie ẽ ĩ diuinis. Productio ergo capiẽdo ĩ uniuerſali eſt datio uel acceptio entitatis alteri uel ab alio uel realit uel eẽntialiter diſtincto. Et eſt duplex uel capit duplicit, primo methapho. ꝓ ꝓductione entiũ rõnis, et hoc multiplicit. Primo grãmaticalit, et ſic ipoſitio ſignificationũ, modoꝝ ſignificãdi, formatio cõſtructionũ et uſus figuraꝝ grãmaticaliũ, lõge ſillabe ꝓnũciatio dicit productio. Secũdo° capit rethoricalit et ſic ĩuẽtio et diſpoſitio, elo quutio et cetera huiuſmodi dicũtur ꝓductiones. Tertio° logicaliter et ſic formatio ꝓpoſitionũ, diffinitionũ, diuiſionũ, et argumẽtationũ dr̃ ꝓductio. Quarto° mathematice et ſic ꝓductio intellectualis numeroꝝ et figuraꝝ ex inuiceȝ dicitur productio. Quinto ciuiliter ꝓut generatio cõſanguinitatis uel affinitatis dicit q̃dã ꝓductio et tñ forte ĩter cõſanguineos et affines nulla eſt realis habitudo ſed ſolũ rõnis niſi inter pentes et ꝓlem. Sexto theologicaliter et ſic baptiſmi perceptio dr̃ ꝓductio ſiue generatio, ut de cõſe.di.4. Regenerãte. Et illa theologica ẽ multiplex, qa q̃dã eſt ĩ baptiſmi pceptione ut dictũ eſt, q̃dã in compaternitate, in cõmaternitate, in cõfraternitate, quedã eſt ĩ gr̃e adoptione, q̃dã ĩ reprobatione, et eſt ꝓductio in odiũ etc. Secũdo pricipalit capit ꝓductio ꝓprie ꝓ entis realis et ueri ꝓductione, et eſt duplex, q̃dã eſt ſine mutatione ut in diuinis de qua dictũ eſt di.2.et.5. q̃dã eſt cũ mutatiõe, et hoc dup^r, qa uel ſubiectũ eius tẽpore p̃fuit ſicut ĩ naturali ꝓductione materia, uel nõ p̃fuit tpe ſicut ĩ cõceptione beate Marie ſine tpis ĩterlapſu fuit creatio aĩe et gr̃e infuſio, que iterũ eſt duplex, qa uel eſt reſpectu ſpũs uel reſpectu corporis. Quõ hec ſequẽtia ad ſeinuicẽ habeãt et qd ꝓprie ſint.ſ. pullulatio, origo, ꝓductio, generatio, germinatio, natiuitas, elicitio, ſpiratio, dictio, factio, cauſatio, creatio pȝ ſupra diſt.5. ¶ Pro declaratione quarti termini notãdũ ꝙ uolũtas eſt duplex.ſ. increata et creata. Voluntas increata capit dupl'r, primo° ꝓprie, et hoc quituplicit, primo ꝓ ipa potẽtia uolitiua q̃ realiter eſt eẽntia diuina et qdditatiue includitur ĩ eẽntia, ſecũdo ꝓ uolitione, tertio ꝓ uolũtate ut actu hẽt actũ uolẽdi, et ſic uidetur ſepius capi a doctoribus ꝓ tertia pte imaginis, quia ſi capetur uolũtas ꝓ uolitione ſola nõ eſſet cõſubſtãtialitas ptiũ imaginis, quarto° ꝓut eſt principiũ ſpirãdi.i. ipa eſſentia et diuina uolũtas, et ſimp^r.i. ſine addito dicũtur pricipiũ amoris.i. nõ dicũtur fecũdũ principiũ amoris niſi addatur, ut ĩ quito° additur. Quinto ꝓ eẽntia et uolũtate ſibi ſic unitis ut ĩmediate ĩtelligũtur ꝓductiua ſine oĩ defectu et impedimẽto et dr̃ uolũtas fecũda, qa ante generationẽ filii ẽ uoluntas ĩ patre ſimiliter eẽntia ſed ꝓ illo ſigno impoſſibile eſt ꝙ ſpiret pater ideo dr̃ uolũtas impediri et ut ſic nõ eſt fecunda. Alio° uolũtas ĩcreata capitur ĩproprie.i. ſignificatiue et ſic illud eſt uolũtas quod eſt ſignũ diuine uolitionis. Et eſt quintuplex.ſ. p̃ceptio, ꝓhibitio, cõſiliũ, pmiſſio, ĩpletio, de q̃bus ĩ fine libri patebit. Tertio mõ capitur uolũtas ĩcreata obiectiue ut idẽ eſt quod res uolita et potiſſime ꝓ uolitis illoꝝ quinq; ſignoꝝ.i. pro re p̃cepta ꝓhibita etc. qa ſepe et uſitate ip̃m obiectũ nominatur nominib⁹ potẽtiaꝝ et habituũ ut cũ qs oñdit amicũ dicit, ecce charitas mea. Volũtas creata capitur ꝓprie et improprie. Proprie quiq; modis ſicut diuina uolũtas, improprie aũt capitur ꝓ appetitu uel naturali uel ſenſitiuo, ſimiliter pro actibus eorũdẽ et ꝓ obiectis. Vbi notandũ ꝙ quot ſunt potẽtie app̃henſiue tot ſunt etiã appetitiue q̃ dicũtur large uolũtates. Sed quid ſit uolũtas naturalis uel libera, et qd uolũtas deliberatiua etc. patebit ĩfra li.3. ¶ Pro declaratione quĩti termini notandũ ꝙ aduerbia ſignificãt modos reꝝ uel ĩtentionũ uel magis ꝓprie cõſignificãt ipis cathegorematibus ita ꝙ ſicut ĩ re eſt res et modus eius ſic ĩ uoce eſt aliqua dictio chathegorematica q̃ ſignificat rem illã, ſimiliter eſt aliqua dictio q̃ conſignificat dictioni alteri et importat modũ illius rei ſed nõ ꝓprie ſignificat modũ illũ qa ſignificare eſt chathegorematis ꝓprie. Eſt ergo duplex modus ꝓducẽdi. Vnus eſt liber.i. a pricipio libero quod eſt ſui iuris et ptãtis potẽs ꝓducere uel nõ ꝓducere ſi ꝓducibile ẽ cõtingens et finitũ quod dico pp diuinã uolũtatẽ q̃ reſpectu cõtingentiũ eſt potẽs ꝓducere uel nõ ꝓducere ſed reſpectu pſone ſpirituſſancti neceſſario producit licet cũ hoc libere ut patebit in ſequẽtibus. Secũdus modus producẽdi eſt naturalis.i. pricipiũ illius productionis quãtũ eſt de ſe et ſua natura neceſſario pro

ducit non potens ſe ſuſpẽdere uel ad actũ ordinare ad placitũ.
Et quia ſepe ĩ hoc primo et in quarto ſit mentio de beatitudine
et beatificãte notandũ ꝙ beatificans capit dupr. Primo° natu-
ralit,et h° duplr,primo ꝓprie,et ſic nihil ĩ hac uita beatificat
niſi uolũtas uolẽs ꝯtentari, ſecũdo large et ſic diuitie,honores,
ptãs,remotio curaꝝ,cõſcie trãquillitas,uita delectabilis,ꝓſpi-
tas quecũq; dicũtur beatificare. Secũdo prĩcipalit capit theolo
gicalit,et hoc ſextuplicit. Primo effectiue et ſic põt ĩtelligi pri
mo ut quod.i.ipm cõcretum btĩficãs et illud eſt duplex.ſ.prin-
cipale ẽ hic deus ſingularis cõis tribus pſonis,et minus prĩcipa
le uel cõcomitãs ut tota trinitas. Secũdo ut quo.i.forma p quã
ſit ut eſſentia ut prĩcipalis,uolũtas diuina ut poñ,q̃ cãndi prin
cipiũ eſt in creaturis qa ĩ deo btĩtudo nõ cãtur,et ĩtellectus ut
oñdens diuine uolũtati ipam btĩtudinẽ factibilem,ueꝝ.tñ eſt ꝙ
eẽntia diuina naturalit cãt btĩtudinẽ ĩ creatura poſtq̃; pñtat
tali creature in rõne obiecti ſed uolũtas pñtat in rõne obiecti
põndente ĩtellectu de quo ſupra fo.3.col.3. Secũdo beatificans
theologicalit capitur ĩtercesſorie,et ſic q̃libet ſanctus de q° ſu
pra in eadẽ.q.beatificat. Tertio meritorie,et hoc duplr. Primo
de cõgruo ut bona opa ĩ pctĩs mortalibꝰ facta et etiam bona
opa ex puris naturalibus ab hñte charitatẽ et elicita ſine incli
natione charitatis. Secũdo de cõdigno.et hoc dupr,primo paſ-
ſio xpi,ſecũdo ꝓpria opa ex charitate elicita ſiue ſm inclina-
tionẽ charitatis elicita. Tertio theologicalit accipitur obiecti-
ue,et hoc triplr,primo ut rõ primo et p ſe et radicalit,et ſic eſ
ſentia diuina btĩficat,ſecũdo ut p ſe obiectũ nõ rõ beatificãdi,
et ſic ſunt pſone diuine.tertio ut redundãs ex plenitudine bea-
titudinis,et ſic duplr.primo beati alii realit pñtes. ſecundo ob
iecta uiſa ĩ diuina eẽntia. Quarto theologicalit capitur ſubiec
tiue,et ſic triplr,primo ut ultimũ quod eſt totus homo uel totus
angelus,ſecũdo ut remotũ quod eſt aĩa ĩtellectiua,tertio ut ꝓ-
ximũ quod eſt ĩtellectus et uolũtas. Quinto capitur formalit,
et ſic prĩcipalit cõſiſtit ĩ actu fruitionis pexigitiue neceſſitate
abſoluta uel magis ꝓprie ſuppoſitionis.ſ.ſuppoſito ꝙ ſit fruitio
eſt uiſio,cõſecutiue aũt eſt q̃etatio omniũ potentiaꝝ. Similit qa
ſemp loq̃tur de prĩcipio iõ notandũ ꝙ prĩcipiũ eſt duplex.ſ.cõ
plexũ,et ſic añs quodlibet dr̃ eſſe prĩcipiũ ſcĩe uel ĩ demõſtra
tione,nec aliqua ꝓpõ p ſe nota dr̃ eſſe prĩcipiũ niſi ut nata eſt
eſſe pmiſſa uel añs ad aliq̃ cõcluſionẽ ĩferendã. Secũdum ẽ in-
cõplexũ,et ſic capitur ſeptuplicit. Primo theologicalr,et ſic du
pliciter,primo apropriate et eſt attributũ patris cũ ſit prĩcipiũ
omniũ pter eẽntie et ſui ipſius,ſecũdo ꝓprie et ſic triplr. Primo
eſſentialit et hoc uel ad ĩtra,duplr.ſ.entiũ rõnis ſiue ideaꝝ et
propoſitionũ eſt ĩtellectio diuina et ĩtellectus diuinus, et entiu3
realiũ ut poſt patebit, uel ad extra ut uolũtas diuina. Secũdo
notionalit et hoc uel remote ut memoria fecũda reſpectu filii
et uolũtas fecũda reſpectu ſpũſſancti,uel ꝓxime ut generatio
actiua et ſpiratio actiua. Tertio pſonalit ut pater reſpectu fi
lii,pr̃ et filius ru ſpũſſcti. Secũdo prĩcipalr capitur logicalit,
et hoc duplr,primo ſyllogiſmi,et prĩcipioꝝ taliũ ſunt quadru
plicia licet nõ ſint oĩa ĩcõplexa,prima ſunt mãlia ut termini et
propõnes,ſecũda ſunt formalia,ut modus et figura. Quõ illa
duo ſint cõplexa uel incõplexa h3 uideri ĩ logica,tertia ſunt re
gulatiua ut dici de oĩ et nullo.quarta ſunt pfectiua ut cõuer-
ſio,p impoſſibile,et trãſpoſitio pmiſſaꝝ. Secũdo logicalr capit
pro prĩcipio aliquoꝝ entiũ rõnis et illa ſunt duplicia.ſ. forma
lia,et ſunt genus et dr̃ia eoꝝ et ꝓductiua, ut actus ĩtellectus
uel cõceptus de quo ĩ logica h3 uideri. Tertio prĩcipalr capit
metaphyſicalit,et hoc quĩtuplr. Primo in eẽndo,et ſic uel pri-
ma ps rei ut eſt materia uel prima ps durationis ut prima ho-
ra qñ res primo eſt,uel prima ps genita ut prius gradus calo
ris. Secundo in fiendo ut cauſe et priuatio,ut p3.i.phyſicorum.
Tertio in cognoſcendo et ſic omne p quod res cognoſcitur dici
tur prĩcipiũ eius. Quõ aũt diuerſa cognoſcãtur h3 ſpſim hinc
inde uideri. Quarto aliquod inductiuũ ĩ aliud,ut cõuiciũ ꝓuo-
cat bellũ. Quĩto prĩcipiũ ꝓductiuũ ut eſt ſupius ad cauſatiuũ
ut ſe extẽdit ad diuina,ubi eſt prĩcipiũ et nõ cãtio ad ĩtra li-
cet ad extra. Quarto prĩcipalit capitur rethoricalr et ſic eſt
prĩcipiũ uel exordiũ ĩ quo rethor reddit auditores dociles, be
niuolos et attẽtos. Quĩto prĩcipalr capitur politice et ſic prin-
ceps dr̃ eẽ prĩcipiũ prĩcipatus ſui. Sexto prĩcipalr capitur ma
thematice et ſic pũctus eſt prĩcipiũ omniũ continuoꝝ, et unitas
diſcretoꝝ. Septimo prĩcipalr capitur phyſicalit,et hoc duplr,
p° ĩ genere,et ſic ſunt quatuor cauſe.ſ.efficiẽs,finalis,materia-
lis,et formalis,ſecũdo in ſpẽ et ſic diuerſi diuerſa ſenſerunt de
prĩcipiis reꝝ nãliũ,ut3.i.phy.i.de aĩa.i.meta.etc.de q° ñ ad pñs

¶ Accedendo ergo ad lr̃am ſm cõſuetudinẽ reſeruato capite
pedibus uel caude. Corpus q̃ſtionis ĩ tres ptes diuiditur. Pri-
ma eſt q̃ſtionis directe ſolutiua. Secũda eſt triũ dubioꝝ moti-
ua,ibi hic tñ ſunt tria dubia. Tertia eſt eorũdẽ dubioꝝ exclu
ſiua et ad argumẽta eorũdẽ reſpõſiua,ibi. Cõtra dicta primo.

¶ Quo ad primã ptem doctor notat.38.dicta. Primũ,ꝓbatũ
eſt di.2.in deo eẽ uolũtatẽ ex natura rei. Secũdũ. Deus ex ſua
natura eſt beatus,ut p3 di.i.et.2. Tertiũ. De beatitudine duplex
eſt opinio, prima ꝙ prĩcipalr cõſiſtat ĩ actu ĩtellectus et cõco
mitãter ĩ actu uolũtatis,ſecũda opi.ꝙ ſit ecõuerſo. Que illaꝝ
uera ſit patebit ĩ quarto. Quartũ. Apud oẽm opi.nullus poteſt
eſſe beatus niſi habeat actũ uolẽdi et p ꝯñs ẽt uolũtatẽ. Quĩtũ.
Volũtas diuina ex ꝓpria ſua q̃dditate et natura eſt prĩcipiũ
ꝓductiuũ.i.ẽ naturale ĩſtrumẽtũ et nõ artificiale alicuius ſin-
gularis uel alicuius uel aliquaꝝ pſonaꝝ ĩ diuinis quo illud ſin
gulare uel pſona uel pſone naturalr eſt uel ſunt ꝓductiue ali
cuius ad ĩtra et ad extra,ad ĩtra q̃dẽ ꝓductiua pſone,ad ex-
tra creature. Dicitur alicuius ſingularis ꝓpter hũc deũ q nõ ẽ
pſona tñ uolũtate creatiuus eſt ſi p ĩpoſſibile nulla pſona eẽt
in diuinis ut diſt.4.q.2. Dicitur pſone,qa licet una nõ poſſit de
facto ſpirare uolũtate ut prĩcipio,põt tñ creare ſi p impoſſibi
le nulla alia pſona eẽt. Dicitur pſonaꝝ,pp ſpirationẽ qa abſo-
lute ĩpoſſibile eſt unã pſonã poſſe ſpirare ſpm̃ ſctm̃ nõ tñ ĩclu
dit ꝯdictionẽ p locũ intrĩſecũ, Sextũ uolũtatẽ eẽ prĩcipium.i.ĩ-
ſtrumẽtũ ĩ ſpiratione ſpũſſcti uel ĩ creatione põt duplr ĩtelli-
gi. Vno° ꝙ ſit realr diſtinctũ a pſonis, illo° eſt falſum. Alio
modo ꝙ ſit realr naturalis et eẽntialis pfectõ pſonaꝝ realr et
eẽntialr idẽ ipſis pſonis,et ſic bene ĩtelligitur. Septimũ. Princi-
pia ꝓductiua ĩcludẽtia impfectionẽ nõ ſunt ponẽda ĩ deo, ſed
includẽtia pfectionẽ. Octauũ. Nullũ prĩcipiũ cãlitatis ponẽdũ
eſt in deo reſpectu alicuius ad ĩtra,qa nihil eſt ibi cãbile.i.eſ-
ſentialiter et realr ab aliquo ĩ diuinis diſtinguibile. Nonũ. Pri
cipia ꝓducẽdi ſunt ĩ diuinis ad ĩtra licet nõ cãndi. Decimũ. Ex
quo modus ꝓducẽdi duplex de quo ſupra dictũ eſt ĩ declara-
tione quĩti termini nullã dicit impfectionẽ iõ ẽ ponẽdus ĩ deo.
ꝙ aũt nõ dicat impfectionẽ p3,qa quicq̃d cõuenit intrĩſece ponẽ
tibus pfectionẽ ſimpr nullã ĩcludit impfectionẽ,ſ3 ille duplex
modus ꝓducẽdi cõuenit intrĩſece ponẽtibus pfectionem ſimpr.
Nã includitur in ĩtellectu et uolũtate q̃ dicũt pfectiones ſimpr
ergo etc.ꝙ aũt ĩtellectus et uolũtas pfectionẽ ſimpr ponãt ꝓr.
Quicq̃d eſt ĩ deo formalr et ex natura rei ponit pfectionem
ſimpr ſed ĩtellectus et uolũtas ſunt ĩ deo formalr et ex natu-
ra rei ergo ponũt pfectõnem ſimpr. Minor p3,qa deus eſt na-
turaliter beatus quod nõ põt eſſe ſine ĩtellectu et uolũtate. Vn
decimũ. Cũ uenimus ad ſummũ ens debemus multitudinẽ crea-
turaꝝ ad ipm reducere uniuoce uel equoce ſm ꝙ põt fieri, eo°
quo docetur ſupra di.2.ita ꝙ multitudo ipſa et diſſ̃io reduca
tur ad unitatẽ ſimpliciter et ſimplicẽ ſi ẽ poſſibile. Duodecimũ.

Cum ille duplex modus producendi uirtualiter includat ꝯdictoria, ideo nō pōt reduci ad unū simpr in rōne pricipii ſed bene ad unū in re. Suppoſitū pꝫ, qa libere agere ē in ptāte ſua hr̃e actionē ſuā et modū agēdi, ſed naturalit agere eſt nō hr̃e i ptāte ſua etc. que ꝯdicūt ſibi. Tredecimū. Cū nō ſit minor numerus q̄ binarius, ſeqtur numerꝝ modorꝝ ꝓducēdi et pricipiorꝝ pfectorꝝ productiuorꝝ ſufficiēter reductū ad paucitatē cū ad binarium reducitur ex quo nō pōt reduci ad unitatē. Decimūquartū. Reducere pricipiū ꝓductiuū ad unitatē pōt dupr intelligi, uel unitatē in re, uel in cōceptu. Primo° certū eſt ꝙ oīs res quōcūq; nominet uel ꝯcipiat reducit ad unitatē ſimpr realē. ſ. ad ip̄m deū qui eſt unica res ſimplex, ſecūdo° pōt dupr intelligi, uno° ꝙ conceptus ille ſit tm̄ in itellectu nullā corrn̄dentiā hn̄s in re, illo° falſum eſt. Alio° ꝙ illa unica res ſit talis nature ꝙ ſub unitate reali ſit tāte pfectionis ꝙ uere et realr habeat pfectiones et potētias ſiles diſpſis hic inde i multis ſicut aīa itellectiua ſub unica realitate uere ē, intellectiua, uolitiua, uiſiua etc. q̄ tn̄ alibi diſpſe hn̄tur quod facit ſua pfectio, illo° uerꝝ ē ꝙ nō pōt mod9 producēdi ſimplicit ad unū cōceptū reduci. Decimūquitū. Poſſe reducere illū duplicē modū ad unū pōt dupr intelligi, uel cū ꝯdictione uel ſine ꝯdictione. Primo° planū eſt ꝙ ſi ad unū reduceretur illud unū icluderet ꝯdictionē ſed ꝓprie nō deberet dici unū ſed duo qa nullū icludēs ꝯdictoria ꝓprie debet dici unū ſed plura. Secūdo° illud unū nece° eēt uel tm̄ naturale uel tm̄ liberꝝ, qa ut dictū eſt utrūq; ſil includit ꝯdictionē. Decimūſextū. Ex quo iter ꝯdictoria nō eſt mediū et illi duo modi ꝓducendi includūt ꝯdictoria ſeqtur ꝙ nullus modus medius eſt inter illos duos modos ꝓducēdi. Decimūſeptimū, Quādocūq; plura reducūtur ad unū uel plura tāq; ad pfecta neceſſario illa perfecta ponūtur i deo. Dicit tāq; ad pfecta, qa aliqua reductio ē pluriū ad unū n̄ tāq; ad pfectū ſicut reductio omniū materiarꝝ ad materiā primā, de quo patuit ſupra di. 2. Decimūoctauū. Cū ꝓbatū ſit prius illū duplicē modū ꝓducēdi nullā icludere impfectionē eſſentialr, ſeqtur illū duplicē modū i ꝓpria forma et uniuoce i deo eſſe. Seqtur correlariū, itra diuina eſſe duplicem ꝓductionē. Seqtur ſecūdo, cū illa pricipia cōueniāt pfectionib9 ſimpr itellectui. ſ. et uolūtati q̄ realr, formalr et eēntialit ſunt infinita ꝙ nō repugnat ip̄is eſſe reſpectu iſinitorꝝ ꝓducibiliū intenſiue ad intra, et extēſiue ad extra. Decimūnonū. Quādo eſt aliquod ſuppoſitū quod hꝫ pricipiū ex ſua rōne formali ꝓductiuū ſine oī impfectione et ipedimēto, illo pricipio pōt ꝓducere illud cuius hoc pricipiū eſt ꝓductiuū. Exemplū, ip̄a diuina uoluntas eſt principiū ꝓductiuū pſone diuine capiēdo diuinā uolūtatē ꝓ uolūtate fecūda ut ſupra dictū eſt, et eſt i patre et filio ſine impfectione et ſine ipedim̄to. Seqtur correlarie ꝙ pr̄ et filius pn̄t uolūtate fecūda ꝓducere pſonā ſpūſſcti. Vigeſimum. Tres cauſe pn̄t eſſe ipediēdi uel impficiēdi pricipiū ꝓductiuū ne ip̄o pricipio ſuppoſitū poſſit ꝓducere. Prima eſt ſi agit per motū et nō hēt ſufficiētia correq̄ſita ad ꝓductionē. Secūda eſt limitatio uirtutis ita ꝙ ipediri pōt ꝑ ſupius agens. Tertia qn̄ eſt cōtingens et liberꝝ rōne cuius ipediri poſſit. i. libere nō uelle ꝓducere. Primū nō eſt i propoſito, qa illa uolūtas eſt realr ip̄e deus iſinitus i pfectione et eſt oībus idē realr et nece° q̄ requirūtur ad ꝓductionē. Nec ſecūdum eſt in ꝓpoſito qa illa uoluntas eſt iſinita formalr, nec tertiū qa licet uolūtas fecūda i diuinis ſit libera tā ad itra q̄; ad extra, et ad extra ſit cōtingēs, ad intra tn̄ eſt necea ut declarabit ifra. Vigeſimūprimū. Cum uolūtas fecūda ſit iſinitū et necem pricipium reſpectu ſpūſſcti ſeqtur ſpm̄ ſctm̄ eſſe terminū adequatū reſpectu uolūtatis fecūde pp iſinitatē et neceſſitatē agēdi. Vigeſimūſecūdū. Amor hic capit dupr uno° pro actu uolēdi alio° pro oī producto a uolūtate. Vigeſimūtertiū. Spūſſctūs nō eſt amor primo° ſed eſt amor ſecūdo modo. i. productus uoluntate fecūda. Vigeſimum quartū. Spm̄ ſctm̄ eſſe amorē ꝓductū pōt dupr itelligi, uno° ꝙ ſua pſonalitas et entitas ſit amor qui eſt actus uolūtatis, illo° falſum eſt, alio° ꝙ ip̄e ſit pſona ꝓducta ꝑ uolūtatē fecūdā libere ſiue ꝑ modū libertatis, illo° uerꝝ eſt. Vigeſimūquintū. Spūſſctūs ſm̄ cōem opi. eſt una pſona poſitiue duo includēs, primo eſſentiā cū eēntialibus et relationibus cōibus. i. equipantie cuiuſmodi eſt idēptitas, equalitas et ſilitudo, ſecūdo icludit relationem pſonalē que eſt ſpirari qua cōſtituit in eſſe pſonali cū tribus negationibus, quarꝝ pa eſt actu nō cōicatū eſſe, ſecunda nec aptū natū eſſe cōicari. tertia nec abſoluta diuina poa poſſe cōmunicari. Cōſtituit ergo in eſſe ꝑ eſſentiā et ſpirari poſitiue, et per tres negationes negatiue, ꝑ eſſentiā qdē cōſtituit in eſſe abſolute et i eē deū ſed ꝑ ſpirari et ꝑ tres negationes cōſtituit i eſſe pſonali. Vigeſimūſextū. Spūſſctūs dr̃ amor ꝓprie et apropriate, ꝓprie qa ip̄e eſt amor. i. actus amādi p̄dicatione idēptica, apropriate qa ſicut amor i creaturis ꝓducit ꝑ uolūtatē ſic in diuinis ſpūſſctūs ꝓducit ꝑ uolūtatē fecūdā et propter hoc ſpūſſctūs uocat amor ꝓductus. Vigeſimūſeptimū. In hoc ē differētia iter ꝓductionē create uolūtatis et icreate, qa uoluntas creata nō pōt ꝓducere amorē adequatū i eſſe. i. cui9 eſſnetia et entitas eſſet tanta quāta eſt eēntia uolūtatis. Nā uolūtas creata eſt ſubſtātia et amor eſt accn̄s. Sed diuina uolūtas ꝓducit amorē adequatū i eſſe. Vigeſimūoctauū. Volūtas creata ꝓducit adequatū amorē i operari ſi uult. i. tantū amorē quātū pōt facere. Dixi ſi uult qa eſt cōtingens et liberꝝ pricipiū et nō cogitur ſemꝑ operari ſm̄ omne poſſe ſuū. Sed diuina uolūtas ꝓducit amorē adequatū ad intra nece°. i. nō pōt ꝓducere iferioreꝫ ſe i entitate, cuius rō ē, qa ip̄a et obiectū ſunt iſinita entitatiue. Vigeſimūnonū. Tantū amorē. i. tā pfectā perſonā pōt uolūtas diuina ꝓducere uel eſſe pricipiū ꝓductiuū tāti amoris, quanto amore obiectū diligit. Per hoc tn̄ nō eſt itelligēdum ꝙ amor diuinus ſit ꝓductio ſpūſſancti. Trigeſimū. Nihil eſt iſinitū niſi ſola diuina eſſentia. i. niſi ſit realr diuina eēntia. Nā licet attributa et ꝓprietates perſonales ſint formalit diſtincta ab eēntia, ſunt tn̄ iſinita uel potius iſinitū, qa oīa ſunt una eſſentia et un9 deus. Trigeſimūprimū. Amor diuinus formalit eſt i deo et ꝑ ꝯn̄s nō eſt accidens et ꝑ ꝯn̄s idē cū eſſentia etc. Trigeſimūſecūduꝫ. Amor ꝓductus. i. ſpūſſctūs eſt iſinitus rōne idēptitatis ad eſſentiā. Seqtur ergo ꝙ n̄ eſt accidēs. Trigeſimūtertiū. Differt dicere exiſtere et ſubſiſtere. Exiſtere eſt realit extra animā eſſe, Sed ſubſiſtre eſt ultimate et indepēdent et incōicabilr per ſe exiſtere. Trigeſimūquartū. Incōicabilit exiſtere ē dupr, uel incōicabilit ꝓprio ſuppoſito uel alieno. Primo° oīs ſubſtantia creata etiā diuina eēntia cū oībus eſſentialibus ſuis eſt cōicabilis, ſed ſecūdo° eſt incōicabilis. i. nō inclinatur ut cōicetur alieno ſuppoſito uel nature, nō tn̄ repugnat ulli nature. Nā diuina natura eſt cōicata aliene nature in xp̄o licet nō alieno ſuppoſito, oīs aūt alia natura cōicabilis eſt ꝑ diuinā potentiā tā alieno ſuppoſito q̄; aliene nature. Pro quo notandū. ꝙ illa negatio i ſuppoſito q̄ ē actu nō cōicari nō pōt alteri cōicari, qa ſi aliqua natura ſingularis alteri cōicat tūc ſtati corrūpit illa negatio. Cū ergo dr̃ aliquā rē eſſe incōicabilē itelligit ip̄am nō iclinari naturalit ad cōicari alicui realit diſtincto a ſe, qa oībus ſuppoſitis realibus ieſt iclinatio ad nō cōicari alicui realit diſtincto, nulli tn̄ abſolute repugnat, niſi dicat ut dictū eſt, ꝙ ſuppoſitalitati quo ad negationē actualis cōicationis repugnat, quia cōicato ſuppoſito deſtruit iſta negatio q̄ eſt actu nō cōicari, et niſi dicat poſitiuā diuinā pſonalitatē icludere repugnātiā ad cōicari, quod qdē uerꝝ eſt reſpectu alieni ſuppoſiti, quia nō pōt cōicari alieno ſuppoſito ſed bene aliene nature ſicut ſuppoſitū filii nature humane, ſane itelligēdo. Nā ly cōicari tm̄ ualet ſi-

cut uniri, ut dicit relationem equiperantie, non diſquiperantie, quia relatio una diſquiperantie ſaltē in modo ſignificādi uidet excellentius aliqd q̄; alia ſicut generare et cōicare et unire ut fundātur in agere et ut ſic ſunt relationes diſquiperātie uidētur aliqd melius q̄; generari, cōicari, et uniri. Trigeſimūquintū. Aliquid ſubſiſtere capit dupr. Vno mō idepēdenter exiſtere. illo mō ſola diuina perſona ſubſiſtit. Alio modo ad ſe exiſtere uel incōicabiliter exiſtere. illo modo ſuppoſitū creatū ſubſiſtit. Trigeſimūſextū. Independenter exiſtere eſt dupr. Vno modo ſimpr et extra genus, et ſic ſolū diuina eēntia et perſona independenter exiſtunt, licet eēntia nō ſubſiſtat indepēdenter. Alio mō in genere. i. i aliquo genere entiū ut ſuppoſitū ſube in genere ſube indepēdenter ſubſiſtit. i. a nullo quod eſt i genere ſube depēdet ſed nō ſubſiſtit ſimpr indepēdenter qa adhuc dependet a deo. Trigeſimūſextū. Cū nihil ꝑducat ſe ad eē reale et ſuppoſitale, ſeqtur. ſ. ſctm̄ eē aliqd perſonalr diſtinctū a pr̄e et filio. Vltimū d. Productio. ſ. ſcti in hoc differt a ꝑductione filii. qa ꝑcedit per modū nature ſiue itellectus, ſed. s. ſanctus ꝑ modum uoluntatis ſiue libertatis, et non per modum contingentie nec per modum nature.

¶ HIC TAMEN SVNT TRIA DVBIA etc. Nūc ſequitur ſecūda pars pricipalis huius corporis q̄ cōtinet tria dubia. Quoꝝ primū eſt iſtud, quō poſſibile ſit uolūtatē diuinam eſſe pricipiū ꝑducēdi ſuppoſitū ſubale cū uolūtas creata nō niſi accidēs producere poſſit. ¶ Ad hoc rn̄det doctor ſolēnis Hen. Gandenſ i ſumma ar. 6. q. i. diſtinguēdo de natura diuina que capitur quadrupliciter. Primo mō eēntialiter iquātū tres perſone in ea ſubſiſtūt: Secūdo mō pricipiatiue iquātū per modū nature eſt ꝑductiua filii, et ſic eſt eēntiale. i. poª generandi cōtractū ad notionale. i. ad generationē, et i ſumma hoc uult ꝙ diuina eēntia ut i ea eſt generare i ſolo patre dr̄ natura ſecūdo mō. Et ne uideatur friuole diſtinguere allegat Hylariū ſic dicentē, ꝙ filius ſubſiſtit per generari ex uirtute nature. i. ex diuina eēntia inquātū eſt ꝑductiua naturaliter, in eadē natura ideſt i diuina eēntia inquātū i ea ſubſiſtunt tres perſone, et ſic Hylarius cōplectit ambos illos modos capiēdi diuinā naturā. Tertio° capit natura ꝑ oi poª ꝑductiua etiā libera q̄ naturaliter eſt in diuina natura, et ideo illa poª ꝑductiua uocat natura eo ꝙ naturalit exiſtit i diuina natura. Quarto°. neceſſitas incōmutabilis ad eē uel ad opari. i. repugnātia ad aliter eē uel operari reſpectu oīs potentie etiā diuine, nō ex coactiōe ſʒ ex naturali qdditate dr̄ natura, et eſt ſolū modus eēndi uł operandi et nō eēntia. Ex his rn̄det ꝑ quatuor cōcluſiones. Prima eſt. Intellectus inquātū intellectus nō eſt pricipiū ꝑductiuū generationis. i. ꝑductionis ꝑ modū nature, et productiōis uniuoce, probat, qa ſi intellectus inquātū itellectus eſſet generatiuus tūc ubiq; eēt generatiuus, qa quicqd cōuenit rei ex ꝑpria ſua qdditate ubicūq; fuerit ſemp ſibi idē cōueniet, ſed i creaturis itellectus nō elicit generationē ſed bene itellectionē ergo etc. Secūda cōcluſio, uolūtas inquātū uolūtas nō eſt elicitiua ſpirationis ꝑ quā ſpirationē ꝑducat aliqs cōſubalis ꝑducenti, ꝑpter eandem rōnem. Tertia cōcluſio, intellectus et uolūtas in creaturis ſolū eliciūt itelligere et uelle ſʒ i natura diuina eliciūt generare et ſpirare. Quarta cōcluſio. per naturā diuinā hʒ intellectus et uolūtas quādā naturalitatē ad ꝑductiones notionales. i. naturaliter eliciūt generare et ſpirare et neceſſario neceſſitate naturalitatis. i. ratione nature diuine, qa impoſſibile eſt deū ꝑ itellectū et uolūtatē nō elicere generare et ſpirare etc. Et licet ſp dicat de elicitione generationis et ſpirationis, credo tn̄ ꝙ ipe intelligat de ꝑſonis ꝑductis, ut cū dicit, intellectū nō eē principiū generationis, ſenſus ſit. i. filii. ¶ Ad declarationē haꝝ q̄tuor cōcluſionū. Primo notat ꝙ naturalitas eliciendi generationē et ſpirationē in itellectu et uolūtate eſt a natura diuina in q̄ ſunt ſed diuerſimode, quia intellectus ex ſua quidditate eſt naturale pricipiū ſicut natura, et ꝑ modū nature q modus eſt pricipalis ratio eliciēdi ipʒ generare, et ibi naturalitas nature eſt pricipale pricipiū, et naturalitas itellectus cōcomitat, et ſic pure naturalit elicit generare, et ſic ſeqtur ꝙ pr̄ generat magis proprie natura itellectuali q̄; naturali itellectu ita ꝙ itelligat natura pricipalius eſſe et itellectus cōcomitans, quod notat cum dr̄, natura itellectuali, ecōuerſo notat cū dr̄ itellectu naturali. Seqtur ſecūdo ꝙ ſecūda ꝑſona i diuinis pricipalit dr̄ filius q̄ſi naturalit ꝑductus et ſecūdo dr̄ uerbū quaſi itellectualit productus. Volūtas aūt hʒ naturalitatē a natura i qua eſt et non naturalit elicit inquātū uolūtas ſed libere, tn̄ qa fundat i natura diuina ideo hēt naturalitatē annexā, ſed iſta libertas eius ē pricipalis rō eliciēdi ſpirationē et natura diuina nō elicit naturaliter ſpirationē ſed aſſiſtit uolūtati. i. tribuit uolūtati ſuam entitatē et libertatē qua elicit et ſine ipa non pōt. i. niſi eſſentia tribuiſſet ſibi talē naturā et entitatē, non poſſet uolūtas libere elicere. ¶ Secūdum dubiū pricipale eſt illud, quō uolūtas cū ſit libera poſſit nece° ꝑducere ſpm̄ ſctm̄. ¶ Ad quod rn̄det idem Hen. diſtinguēdo de triplici actione uolūtatis. Prima eſt que eſt elicita a uolūtate inquātū uolūtas pure libere abſq; oī naturalitate et necete et i nobis ſolūmodo tendit i bonū creatus. Secūda actio ē uolūtatis ut uolūtas cōiūcta naturalitate imutabilis neceſſitatis ut qn̄ uolūtas fruit deo apte q̄ fruitio nece° neceſſitate imutabilitatis elicit a uolūtate. Tertia eſt q̄ eſt elicita a uolūtate nō inquātū uolūtas ſimpr ſed ānexa naturalitate nature ſm ꝙ i fine p̄cedētis dubii dictū eſt ut ē illa q̄ eſt i ſolo deo reſpectu ſui ipſius et reſpectu amoris ſui q dr̄ amor incētiuus. ¶ Ex his ponit duas cōcluſiones. Prima, uolitio diuina et creata i ſecūda et tertia actiōibus eſt a uolūtate inquātū libera cū neceſſitate imutabilitatis q̄ nō ineſt ꝑ eſſentiā ſed ē a libertate uolūtatis. Secūda cōcluſio. Inquātū amor diuinus tēdit in. s. ſanctū naturalitas ānexa uolūtati ex aſſiſtētia nature facit neceſſitatē imutabilitatis i ſpiratione et nō ru ſpūſſcti ſimilit libertas uolūtatis facit aliā neceſſitatē, et ſic eſt duplex neceſſitas i ſpiratione. ¶ Tertiū dubiū pricipale ē illud. Cū per modū neceſſitatis et ꝑ modū nature ꝑducere ſint idem, quō pōt eē ꝙ ꝑductio ſpūſſcti ſit neceſſaria et tn̄ n̄ ꝑ modū nature. ¶ Ad hoc rn̄det Hen. quoli. 6. q. i. q̄ rn̄ſio breuit ponit imediate an̄ ſolutionē argumtoꝝ pricipaliū, et pʒ ꝑ ſe illa rn̄ſio, qa breuiter dicit ea q̄ diffuſe habētur di. 2. pte. 2. q. 4.

¶ CONTRA DICTA PRIMO Quantum ad hoc etc. Hec eſt tertia ps pricipalis corporis huius. q. q̄ eſt improbatiua opi. Hen. Vbi dupr procedā, prius textū in dicta notabilia reſoluā. Poſtea ad formā ipm textū ponā primū cōſiſtit in. x. dictis. Primū. In illo dicto ubi Hen. dicit naturā aſſiſtere uolūtati etc. i. uolūtatē a nā hr̄e ꝙ poſſit cōicare naturā. i. eſſe principiū ſpirādi ſpm̄ ſanctū i idēptitate nāe, uident multa dubia cōtineri. Secūdum. Nulla neceſſitas eſt illius aſſiſtētie, qa habent due ꝑſone ꝑfecte cōueniētes ſpirationi q̄ hn̄t uolūtatē fecundā ſpiratiuā ꝑfectā et ultra illud nihil amplius reqritur. Tertiū. Nō ſufficit ſp ſuppoſitū unū ad actionē ꝑfectā, ut pʒ in propoſito, qa reqrunt duo ſuppoſita. Quartū. Nō eſt ſp neceſſe ipm agēs eſſe ſuppoſitū, ſicut pʒ de colore i euchariſtia imutante uiſum q nō ē ſuppoſitū, nec oportet ſp hr̄e modū ſuppoſiti. i. ꝑ ſe eſſe, licet nō ſm naturalē inclinationē. (Nā aīa ſeparata et accn̄a i euchariſtia hn̄t modū ſuppoſiti. i. ꝑ ſe exn̄tiā ꝯ naturalē inclinationē) qa accn̄a i ſubiecto actu exn̄tia ꝑpriā hn̄t actionē nihil coopante rōne ſuppoſitali, qa cū ſepant a ſuppoſito eādem actionē hn̄t, utʒ i euchariſtia poſt conſecrationem hn̄t eādem actionē quā ante habuerūt. Quintū. Et ſi nō oīa illa

reqrant ad productionē uel ad actionē ab Hen. poſita, ſufficit tamen habere ſuppoſitū uel ſuppoſita ꝑfecta et principiū agēdi ꝑfectū debite aproximata et nō impedita. Et ſic eſt in diuinis reſpectu ſ. ſcti. Sextū. Quādo plura cōcurrūt ad idem ſm prius et poſterius, id quod prius eſt, pricipalius eſt. Sed natura ſꝫ Hen. eſt prior uolūtate, et ꝑ ꝯñs pricipalius ſpiraret qḋ eſt oīo falſum. Septimū. Falſum eſt duplicē eſſe neſsitatē i ſpiratione. ſ. libertatis et naturalitatis et tm̄ unicā i uolitione. ſ. libertatis, qa Hen. dicit quoli. 6. q. 1. ſpirare fundari i uolitione, et ſic fundās eſſet ſemel necem et fundatū eēt dupr neceſſariū. Octauū. Non eſt poſsibile fundamētū minus necem eſſe q̄ fundatū, qa tūc ſublato fundamēto poſſet remanere fundatū, uerbi grā. Si fundamētum hꝫ unicā neceſſitatē, fundatū duplicē, auferat utrobiq; una neceſſitas, tunc fundatū remanebit neceſſariū una neceſſitate quā adhuc hꝫ et fundamētum nullā hēbit. Nonū. Falſum eſt ꝙ cōdictio fundātis ſeqtur ꝯdictionē fundati ſed ꝓcedit, ſed naturalitas eſt cōdictio nature fundātis uoluntatē, et libertas eſt ꝯdictio uolūtatis fundate, ſeqtur ergo ꝙ in nullo caſu libertas ꝓcedit naturalitatē. Decimū. Dicta illa Hen. ſibi ꝯdicūt, cū ſic arguit, intellectus et uolūtas inquātū intellectus et uolūtas nō ſunt pricipia cōicandi naturā, qa tūc in creaturis etiā eēnt. Nā ex illo ſeqtur itellectū et uolūtatē eſſe uniuoce i deo et creatura cuius ꝯdictoriā ponit i ſum. ar. 22. q. 2. et. 3. Silr ꝯdicit ſibi, qa dicit hic uolūtatē eſſe pricipiū eliciendi actum et naturā coaſsiſtere quod nō pōt eē niſi ſit aliq̄ diſtinctio ex natura rei inter eſſentiam et uoluntatem cuius cōtradictoriam ponit, quoli. 5. q. 1.

¶ NVNC AD FORMAM. Improbationis etc. Hen. tria ponit falſa. Primū eſt uolūtatē ut pricipale principiū uirtute nature aſsiſtentis poſſe cōicare naturā. Hoc improbat dupr. Primo ſic. quādocūq; hñtur oīa reqſita ad aliquā ꝓductionem nihil aliud reqrit ad eā, ſed ſm Hen. ſola diuina uolūtas ē pricipiū ſpirādi, et pr et filius ſunt ſuppoſita cōuenietia, ergo non reqrit aſsiſtētia nature. Secūdo ſic, ſemp prius concurrens ad actionē eſt pricipalius, ſed diuina eēntia eſt prior uolūtate, qa fundat uolūtatē ſm Hen. ergo eēntia nō ē aſsiſtēs uel cōcomitans ſed principale. Secūdum falſum quod ponit Hen. eſt illud; ꝙ uolitio diuina eſt necea unica neſsitate. ſ. libertatis et ſpiratio duplici. ſ. libertatis a uoluntate, et naturalitatis a natura. Hoc improbat dupr. Primo ſic, ſm oēs doctores actus eēntiales aliquo ꝓcedūt actus notionales, ergo uolitio que eſt actus eēntialis nō eſt minus necea q̄ ſpiratio q̄ eſt actus notionalis, ꝯña ꝓbat, qa q̄to priora, tāto magis uident necea. Secūdo ſic. Hen. cōcedit ſpirationē fundari i uolitione, ergo uolitio ē magis necea uel eq̄ cū ſpiratione. Tertiū falſum quod ponit Hen. eſt ꝙ ponit itellectū et uolūtatē inquātū tales poe ſunt nō eſſe productiua nō aſsiſtēte natura, et tñ i ſpiratione neceſsitatē libertatis ꝓcedere neceſsitatē naturalitatis, qa ꝯdictio eſt ꝙ uoluntas accipiat ſuā actiuitatē ab eſſentia, et ꝙ eſſentia non ſit principalius principium.

¶ CONTRA ISTAM POSITIOnem etc. Hec eſt ſecunda ps corporis huius queſtiōis ſcilicet improbatiua dicte opinionis et cōtinet quinq; argumēta. Primū. Nulla fuga queſtionis debet ꝑ aliquo reputari, ſed illa opinio eſt fuga queſtionis ideſt ne cogatur reſpōdere ad eam ut cum honore deſiſtat, ergo nō debet ꝑ aliquo reputari iſta poſitio. Maior eſt nota, minor patet quia queſtio nō ꝓponitur ut ſuppoſita et principalia in ea ſint uera, nec ſemper omnis queſtio cōtinet omnia uera ſ; ut ꝑ intellectum uideatur inter multa que cōcurrunt ad unum quod illoꝝ ſit ratio diſtiguēdi filium a ſpūſancto et ecōuerſo. ¶ Secūdum argumentum. Omnis queſtio includens ꝑ cōſequētiam eſſentialem imediate tantū unū ꝯtradictorium, et aliud ꝑ locum extriſecū poteſt admitti, ſed hec queſtio eſt huiuſmodi, ergo ipſa poteſt admitti. Maior ꝓbatur, illa queſtio debet admitti qua poſita poſſunt ſuſtineri regule diſputationū, hec eſt huiuſmodi ergo, maior principalis eſt uera. Maior proſyllogiſmi patet ꝑ omnes logicos, minor probatur quia in tali queſtione ꝯñs eſſentiali cōſequētia poteſt cōcedi et repugnās negari et ſi illud repugnās ſequatur ꝑ locū extrinſecū adhuc debet negari. In ꝓpoſito aūt.i.ad poſitionem tituli queſtionis, filiū eſſe filiū ſequitur eſſentiali cōſequētia, ſed filiū ſpirare ſpm̄ſanctū ſequitur ꝑ locum extrinſecū ad filii poſitionē.i.ſuppoſito ꝙ filius ſit i diuinis ſequitur ꝑ locum extrinſecū ꝙ filius ſpiret qa ſpiratio eſt quaſi accidentalis filio. ¶ Tertium argumentū. Poſsibile eſt eſſentialia excludere a rōne inherentie predicati ad ſubiectum, et querere an predicatum adhuc inſit illo eſſentiali excluſo, ut ſuppoſito ꝙ homo nō ſit animal utrū adhuc diſtinguatur ab aſino, ergo multo magis accidētalia, capiēdo accidens ꝑ extraneo poſſunt circūſcribi. Sequitur correlarium. Si ſpiratio actiua eſſet de ratiōe formali filii adhuc poſſet queri utrū ea circūſcripta filius diſtinguatur a ſpūctō. ¶ Quartum argumentum. Differentia magna eſt inter ponere aliquid uel ſecludere aliquid de aliquo et querere ulterius aliquod ꝑdicatum de illo, ut ſuppoſito ꝙ homo nō ſit animal, quod tamen ſcio eſſe falſum et tunc querere utrum illa cōſequentia ualeret, homo eſt ergo riſibile eſt. Et aliud eſt querere utrū illa cōditionalis ſit uera ut ſi ſctūſſpūs nō ꝓcederet a filio diſtinguerētur filius a ſpūſancto. Et ideo i ꝓpoſito itentio duplex poteſt eſſe querēdi. Vna eſt, bene ſcio ꝙ ſuppoſitum hoc eſt falſum ꝙ ſpūſſanctus nō ꝓcedat a filio nec quero utrum ſit uerū, ſed ideo quero ut uideam ſi proceſsio ſpirituſſancti a filio ſit cauſa di-

ſtinctionis illius uel non,qa multa ſcio eſſe in uno ente quorum unum eſt ratio inherentie alicuius predicati et aliud alterius et neſcio quod illoꝝ eſt cauſa inherētie huius predicati uel alterius,tunc per abſtractionē ueracē.i.phātaſticā depoſitionem unius illoꝝ que ſunt ī hoc ente formo ꝓpoſitionē et tūc uideo ſi adhuc illa ꝓpoſitio ſit uera,ſi adhuc eſt uera tunc ſignum ē ꝙ illud abſtractū et phantaſtice depoſitū nō fuit rō ſaltem adequata et tota inherentie huius,dico adequata et tota, quia aliquādo multa ſunt rationes et quodlibet ī ſolidum.i.ſeorſum ſine aliis ut omnis entitas realis in homine eſt ratio diſtinctionis hoīs a quolibet alio licet nō in cōceptu.Exemplum homo eſt diſcurſiuus,ſi uolo uidere quid ī homine ſit rō inherētie huius ꝑdicati, primo ego per ītellectū tollo corporeitatem et tunc q̄ro ſi nō eſſet homo corporeus utrū eſſet rationalis uel diſcurſiu⁹. Non quero utrū ſit ueꝝ hominem nō eſſe corporeum nec credo poſſibile ſed ſolū imaginarie depoſui ut uideā utrū corporeitas ſit ratio inherentie uel nō, et ſic per ſingula facio quouſq; ego rationem inuenio.Secūda ītentio querēdi eſt iſta.Vtrū hoc ſit ueꝝ ꝙ ſpūſſanctus nō ꝓcedat a filio.Hee due ītentiōes multum diuerſe ſunt,et nō eſt mens titulū queſtionis ponentiū,ſecūdo mō uelle querere ſꝫ tantū primo mō quod nō eſt incōueniēs.

❡ Quintū argumentū.Ille modus ponēdi titulos queſtionum eſt cōueniēs quē ſancti doctores theologi,et ſummi philoſophi ſeruauerūt ſed iſte eſt huiuſmodi ergo etc.Minor patet ꝑ exēpla,nam Auguſtinus ſic ponit,ſi pater nō eſſet inaſcibilis,nihil prohiberet eū genuiſſe filiū,et Richardus ponit,ſi ſola una perſona ī deitate eſſet,nihil ꝓhiberet eam habere plenitudinem ſapientie et ītellectus.Item Ariſto.4.phyſicoꝝ ſic ponit.Si eſſet ſpaciū ſine corpore locato et tn̄ ibi eſſet ſonus uel color utrum deberet dici uacuum,illa tria poſita ſunt ſimilia queſtioni nr̄e, ergo minor uera. ❡ In hoc ergo textu doctor multa notat q̄ non ſunt tam clare tacta ī arguendo. Primū.Hec queſtio mouetur ut uideatur quid ī ſpūſancto uel ī filio ſit ratio diſtinctionis illaꝝ pſonaꝝ inter ſe.Secūdum. Queſtio īcludens incōpoſſibilia eſt duplex, quedā ſtatim ex rōne formali terminoꝝ īmediate includit ꝯdictoria, illa non debet admitti. Alia q̄ſtio eſt que unū cōtradictoriū ex rōne formali terminoꝝ includit et aliud per locū extrinſecū includit ut eſt titulus noſtre queſtionis,illa poteſt admitti.Tertium.Locus extriſecus uel accidentalis dicitur a Scoto omnis locus q̄ tenet uirtute terminoꝝ qui non includunt ſe formaliter uel unus alium ut patet ī textu expreſſe.Sed locus eſſentialis dicitur iſte qui tenet uirtute terminoꝝ quoꝝ unus aliū includit formaliter et nō ſufficit incluſio realis,quia ſpiratio actiua eſt realiter idem patri et filio, et tamen doctor dicit ſpirationem ſequi ad eſſe filium per locū extrinſecū. Quartū.Titulus noſtre queſtionis duo incompoſſibilia includit unum eſſentiali cōſequentia ſcilicet illud filius eſt filius quod eſt incompoſſibile ſi non ſpirat, nam ſi non ſpirat non eſt filius, et tamen bene ſequitur ad titulū queſtionis ꝙ ſit filius quia queſtio ponit filium eſſe,et querit de diſtictione eius a ſpūſancto quia nihil nō diſtinguitur ab alio, ergo querendo utrum diſtinguatur filius a ſpūſancto pono filium eſſe filium,et tamen non ſpirare ſpiritūſanctum.Aliud conſequentia accidentali,ſcilicet filium non ſpirare quod impoſſibile eſt accidentaliter.Nam ſpiratio non eſt de ratione formali filii,ideo q̄uis ſit incompoſſibile filium non ſpirare hoc tamen non eſt eſſentiali conſequentia. Quintū.Impoſſibile eſt patrem non eſſe innaſcibilem imo ſi nō eſſet innaſcibilis nō eſſet pater. Tamen queſtio illa uel illa conditionalis ꝓpoſitio ponitur ab Auguſtino ut oſtendat innaſcibilitatem non eſſe ad rationem generatiōis filii,idem dicatur de queſtione Rich. In libris phyſicorum habet expediri tertia queſtio ſcilicet de loco uacuo.

Cetera patent in prioribus.

❡ IDEO ADMITTENDO ETCE. Hec eſt tertia pars huius corporis in qua recitatur opinio ſancti Thome.i.p. ſum. q.35.arti.2.Et Egidii de ro.quoli.1.q.6.Et cōſiſtit hec opi.ī una concluſione directe negatiua tituli queſtionis.Hanc ꝯcluſionē probat dupliciter, primo relatio diuina ſufficiēter conſiderat, ſi cōſideratur ſm rationem ſuam formalem,uel ſm exiſtentiā realem.Neutro modo filiatio uel filius diſtinguitur a ſpūſancto,ergo cōcluſio uera.Maiorem ſupponit,minorem probat.Nā primo modo tantū reſpicit correlatiuū a quo diſtinguitur cuiuſmodi nō eſt ſpūſſanctus,ſecūdo modo eſt realiter eēntia diuina,que eſſentia eſt idem realiter ſpūiſancto, et ſic nō diſtinguitur a ſpiritu ſancto.Secūdo.Nulla uniuerſalis eſt uera cui dabilis eſt inſtantia,ſed huic uniuerſali,omnis diſpatio eſt ſufficiens cauſa diſtinctionis diſpatoꝝ,dabilis eſt inſtātia ergo cōcluſio principalis uera.Maior eſt nota,minor oſtenditur,quia in patre ſunt due relationes diſpate.ſ.paternitas et ſpiratio actiua,que tamen nō diſtinguūtur ſed ſunt idem realiter. Confirmatur.Si relatiua duo aliquoꝝ duoꝝ correlatiuoꝝ ſunt idem tunc etiam illa correlatiua ſunt idem et ecōuerſo, ſed dicte relationes ſunt idem in patre ergo et correlationes ſunt idem.ſ. filiatio que eſt correlatio paternitatis, et ſpiratio paſſiua que eſt correlatio actiue ſpirationis.

❡ CONTRA ISTAM OPINIONEM etc.Hec ē quarta ps corporis queſtionis,in qua doc.improbat hāc opi. dupliciter. Primo ſic. Quo res formaliter in eſſe conſtituitur, illo diſtinguitur ab aliis, ſed filius conſtituitur formaliter in eſſe pſonali per filiationem,ergo per filiationem diſtinguitur a quolibet alio.Sequitur correlarie.Circūſcripto quocūq; alio etiā per impoſſibile,ſeruata ſola filiatione,per ipſam ſufficienter diſtinguitur filius a ſpūſancto.Rn̄det ſanctus Tho.et ſui ſequaces, negando maiorē,qa formali cōſtitutiuo diſtinguitur res ſolus ab illis que ſunt eiuſdē generis,ut homo ꝑ dr̄iam ſolū diſtiguit ab aliis animalibus nō a lapidibus. Ad hoc reſpondet doc.aſſerendo et confirmādo ſuam maiorem,et nō reſpōdet rationi negationis maioris ſed habet pro dicto friuolo ſine rōne.Secūdo. Generatio diſtinguitur a ſpiratione dato ꝙ nihil aliud eſſet niſi illa duo,uel dato ꝙ filius nō ſpiraret,ſolum ſalua diſtinctiōe principioꝝ generādi et ſpirādi,ergo omni alio circūſcripto,adhuc diſtiguitur filius a ſpūſancto,ꝯntiam ꝓbat rōne ſepius habita ſupius. ❡ Circa hāc improbationē multa bona dicta dicit.Primū.Illud qd̄ dat eſſe formaliter dat etiam diſtinctionē ab oī alio ab illo cui dat eſſe,ut aīalitas dat eſſe homini,et diſtiguit ab oī qd̄ non ē aīal. Secūdum.Idem eſt qd̄ dat entitatē et unitatē ꝯuenientē tali entitati,ut animalitas dat unitatē genericam,rationalitas ſpecificam,ſorteitas indiuidualem, entitas tranſcendentem. Tertium. Vnum deſcriptiue idē eſt quod in ſe indiſtinctum et ab aliis diſtinctum. Quartum.Filius in diuinis conſtituitur in eſſe perſonale per filiationem. Quintum. Filiatione diſtinguitur filius ab omni alio a ſe,quia filiatio cōſtituit in eſſe ultimo ſubiicibili ideſt facit filium eſſe ſubiectus reſpectu omnium predicatorum cōmuniorū et ipſum nullo eſſe ſuperiorem in predicando. Sextum.Diſtinctio eſt inter impoſſibile et incompoſſibile. Nam illud dicitur impoſſibile quod habetur pro incomplexo cuius partes ſibi repugnant,ut homo irrationalis,ſed incompoſſibile eſt unio plurium complexorum ſibi inuicem repugnantium,ut omnis homo eſt albus et ſortes eſt niger. Septimum. Circumſcribere eſt per intellectum ab alio uel aliis ſepare, non realiter,ideſt intellectus debet nō curare, ac ſi non eſſet cum aliis,non tamen debet cogitare ꝙ non ſit cus aliis.Octauū.Oīb⁹ aliis a filio circūſcriptis potiſſime poſterioribus remanēte ſola filiatiōe,fili⁹ diſtiguit ab oī qd̄ nō eſt fili-

us.Sequitur correlarie. Cum ergo ſpũſſanctus ſit alius a filio diſtinguetur a filio,et ecõuerſo filius a ſpũſcõ. Nonũ. Doctor in lr̃a addit maxime poſterioribus qa pluribus ur impoſſibile circũſcribere priora et eẽntialia a filio, et filiũ diſtigui ab aliquo alio. Nam circũſcriptis eẽntialibus et prioribus non eſt filius et per ꝯñs nõ diſtinguitur filius. Sȝ hoc non obſtat ut dictũ eſt ſupra. Illa circũſcriptio.n.nõ fit ut filius deſtruatur ſȝ ut uideatur, utrũ aliqua ſint cã diſtinctionis filii a ſpũſcõ, uel utrũ oĩa in filio requirãtur ad illã diſtinctionẽ. Decimũ. Filius ñ ꝯſtituitur in eſſe pſonale ſpiratiõe actiua, qa cõſtitutiuo ſuo diſtiguitur ab oĩ alia pſona ſed ſpiratiõe nõ diſtiguitur a prẽ ergo dictũ uerũ. XI. Spiratio actiua eſt cõmunis prĩ et filio ĩ unitate numerali et reali. XII. Filius solũ habet duas notiones uel proprietates poſitiuas.ſ.filiationẽ que ideȝ eſt qđ generatio paſſiua, et ſpirationẽ actiuã. Dr̃ poſitiuas, quia inſpirabilitas ẽ proprietas negatiua. Et debet intelligi de proprietate reali, qa ſi ſigna originis aliquid aliud dicant q̃ ipſas origines.i.productiones tũc eẽ ab alio uel eſſe ab una penſona forte eſt rlo et proprietas rationis. XIII. Omne habens aliquod eſſe, diſtinguitur ab aliis per illud eſſe que non habent illud eſſe. XIIII. Spiratio actiua nõ eſt de ratione fili inquantũ eſt perſona.i. non eſt eſſentiale et formale cõſtitutiuũ filii in eſſe perſonale nec eſt formaliter eſſentia qua filius ſimpliciter eſt et qua deus ẽ. XV. Accidens ad propoſitũ capitur dupliciter.ſ.proprie, et p extraneo ideſt qđ non eſt de ratione formali alicuius ſicut hõ eſt accñs animali, ſecundo mõ ſpiratio actiua debet dici accñs patri et filio, quia nõ eſt de rõne eorũ ut dictũ eſt. XVI. Spiratio actiua dicitur quaſi aduenticia, quia non uere aduenit.i.aliquo tpe poſt eſſe pr̃is et filii quia ſemp ab eterno fuit in prẽ et filio, ſimiliter dr̃ quaſi, quia nõ eſt uerũ accñs ſed large ut dictũ eſt pro extraneo. XVII. Spiratio actiua eſt poteſterior paternitate et filiatione quia intelliguntur due prime perſone cõſtitute in eſſe perſonale prius q̃ hr̃e in ſe ſpirationẽ actiuã. XVIII. Diſtinctio unius ab alio eſt duplex quedã adequata, quedã inadequata. Prima ẽ eoꝝ que cõuertibiliter et ulr diſtiguũtur a ſe inuicẽ, ſicut deus et creatura p finitũ et ĩfinitũ. Nã oẽ finitũ diſtiguitur ab oĩ infinito, et oẽ infinitũ diſtinguitur ab oĩ finito. Secunda ẽ qñ nõ ẽ ꝯuertibilis diſtictio. XVIIII. Non oȝ oĩa diſtincta primo mõ diſtigui ſȝ ſufficit ſecũdo mõ. XX. Hõ nõ diſtiguitur primo mõ, a lapide p corporeitatẽ ſȝ p aĩalitatẽ et p rõnalitatẽ. XXI. Aliqua diſtingui põt dupr intelligi .ſ.primo.i.pricipl'r, et ſecũdario. Prima ẽ p eẽntialia, ſecũda p accñtalia capiendo añs pro extraneo. XXII. Per formale cõſtitutiuũ diſtiguit ꝯſtitutũ adeq̃te ab oĩ alio nõ tali. XXIII. Adequata diſtictio põt capi dupr. uno mõ ut extrema cõuertibilitatis illius ſint illa duo diſticta, alio mõ ut unũ diſtictũ ſit extremũ illi' ꝯuertibilitatis et ipa diſtictio ſit aliud extremũ, de prima ẽ dictũ in.18.dicto, et ſic hõ p rõnale diſtiguit a lapide adequate qa bñ ſer, oẽ rõnale diſtiguit a lapide, et oĩs lapis diſtinguit a rõnali. De ſecũda loqtur doc.ĩ textu ut nõ ſer. oĩs lapis diſtinguit a rõnali, ergo oẽ diſtinctũ a rõnali ẽ lapis. illo mõ nõ diſtiguit hõ a lapide adeq̃te p rõnalitatẽ. XXIIII Nõ ſolũ illud diſtinguit qđ adequate diſtiguit capiẽdo adeq̃te ſecũdo mõ, ſȝ prius.i.eẽntialiter diſtiguit et p alia ut hõ diſtinguit a lapide in gñe corpis adequate p aĩatũ, qa oĩs lapis diſtiguit ab aĩato et oẽ aĩatũ diſtinguit a lapide, capiẽdo adequate diſtiguere primo° ſȝ nõ ſecũdo°, ut nõ ſer, oĩs lapis ẽ diſtinctus ab aĩato, g° oẽ diſtinctũ ab aĩato eſt lapis, iõ notare ops textũ, qa doc. nũc capit adequate diſtigui primo°, nũc ſecundo mõ, tñ eẽntialiter diſtiguitur hõ a lapide per rõnalitatẽ circũſcriptis oĩbus aliis p̃dicatis ab hoĩe. XXV. Illud qđ ſi poneretur eſſet incõpoſſibile alicui diſtiguitur ab illo, ut ſi poneretur ſpũſſanctus non ſpirari a filio q̃uis illud poſitũ ſit impoſſibile adhuc tamen filius filiatione diſtingueretur a ſpũſcõ quia filiatio eſt incõpoſſibilis ſpũſcõ. XXVI. Si ſpũſſanctus per impoſſibile tm̃ a filio procederet, adhuc pr̃ paternitate diſtingueretur a ſpũſancto. XXVII. Sepius ĩ dictis additur hec dictio p impoſſibile ad inuendũ q̧ illud poſitũ ſit impoſſibile, tñ non obſtante hac impoſſibilitate aliqđ põt inueſtigari uel diſtincte doceri, per illã poſitionẽ et nõ põt ita bene fieri ſine illa poſitione impoſſibilis. XXVIII. Impoſſibile eſt ſaluari diſtinctionem generationis et ſpirationis circũſcripta realiter diſtinctione pricipioꝝ pductiuoꝝ, nõ tñ eſt impoſſibile circũſcripta diſtinctione principioꝝ per intellectũ. Nã nõ pñt ille productiones eſſe realiter niſi per illa principia, tñ quia nõ ſunt de rõne formali productionũ ideo pñt per intellectum circũſcribi. XXVIIII. Ille productiones ſe ipſis forr diſtinguũtur, ſed p principia pductiua diſtinguũtur principatiue. XXX. Fili' et ſpũſſanctus ſe ipſis formaliter diſtinguũtur dato q̧ oĩa alia per impoſſibile nõ eẽnt uel circũſcriptis oĩbus aliis per intellectũ. Vltimo doctor ſubiungit unã cõfirmationẽ diſt.2.expeditã. ¶ Reſeruatis aũt ſolutionibus argumentoꝝ principalium, primo ſoluam argumẽta.s.Tho. Pro ſolutione g° primi argumenti doc. plura notat, poſtea in forma ſoluit. Primũ notabile. Relatio perſonalis filii et ſpũſancti manet ſm̃ quidditatẽ et rõnẽ formalẽ ſuã et ſm̃ eſſe exponẽdo eſſe pro ꝓprio eẽ relationis qđ eſt quidditas eius et eſſe ad aliud, quia quãuis ſit idẽ eẽntie realiter, tñ ẽ relatio qua perſona una refertur ad aliã. Secundũ. De eẽntia relationis et cõuertibiliter ipa relatio eſt eſſe ad aliud. Terciũ. Cuius eẽ nõ eſt eẽntialiter ad aliud, illud eſt abſolutũ. Quartũ. Apud Aug. ſepe ſuba capitur pro abſoluto. Quintũ. Non capiũt eodẽ mõ.s.Tho.et Sco.eſſe relatiõis diuine, qa Sco.accipit pro quidditatiua rõne rlonis.s.Tho.pro eẽ reali qđ hẽt idẽ cũ eẽntia diuina. Sextũ. Eſſe rlonis diuine et quidditas relationis ſunt realiter idẽptificata cũ eẽntia. Septimũ. Nihil ẽ in diuinis quin ſit realiter idẽ cũ eẽntia. Octauũ. Relationes et attributa ĩ diuinis dicũtur trãſire in eẽntiã.i.idẽptificãtur realiter cũ eẽntia et dicuntur manere, quo ad rõnes formales.i.quidditas relationis et ſapientie etc. non perit uel corrũpitur cũ eẽntie idemptificatur, quia licet una res ſint oĩa, in illa tñ unica re ſunt oĩa licet ſub unitate reali, ut dictũ eſt di.2.et.8. Nonũ. Vera idemptitas eſt realis idemptitas ideo oĩa in diuinis ſunt uere idem cũ eẽntia. X. Diſtinctio formalis põt bene ſtare cũ uera idemptitate ideſt reali. XI. Diſtinctio realis eſt duplex. ſcilicet eſſentialis et ſuppoſitalis. XII. Omnis relatio perſonalis ĩ diuinis hoc propriũ habet ſcilicet diſtingui realiter ſuppoſitaliter, non eſſentialiter ab omni relatione ſibi incõpoſſibili tã diſparata q̃ oppoſita. XIII. Relatio oppoſita dicitur correlatio ſed diſparata dicitur in propoſito relatio incõpoſſibilis alteri, tñ non eſt correlatio illius, ut filiatio eſt oppoſita paternitati et diſparata ſpirationi paſſiue. XIIII. Diſparatio ẽ duplex.ſ.proprie dicta et large. primo mõ eſt incõpoſſibilitas in re et diſtinctio rõnum formaliũ in intellectu, ſecũdo mõ ſufficit diſtinctio rõnũ formaliũ in intellectu, ita q̧ ille ratiões formales nullã hñt ſuperioritatẽ uel inferioritatẽ adinuicẽ, primo mõ capit doc. in textu ſuo. Seqtur q̧ relatio diſparata eſt duplex.ſ.incõpoſſibilis ut eſt pr̃nitas et ſpiratio paſſiua et conpoſſibilis ut eſt pr̃nitas et ſpiratio actiua. Ad formã argumẽti rñdet doc. negando minorẽ, quia diſtinguitur ſm̃ ſuã quidditatẽ, ad ꝓbationẽ minoris cõcedit q̧ nõ reſpicit filiatio ſpirationẽ ut correlatiuũ, et negat ꝯñaȝ illã, g° nõ diſtinguitur ab ea, quia licet non diſtinguatur ab ea ſicut a correlatione, tamẽ diſtinguitur ab ea ut a diſparata. ¶ Secũda rõ.s.Tho.ẽ ſoluta di.2. p.2.q.2. Tñ põt dici q̧ minor eſt falſa, qa et ſi non omnis

diſparatio ſit eā diſtīctiōis realis ē tn̄ cā diſtīctionis foralis. ¶ NVNC AD argumēta principalia pro pte negatiua, quorum primū eſt tale. Nulla pſona diſtīguitur ab alia niſi referatur ad eā ſꝫ ſi ſpūſſanctus nō pcederet a filio nō referretur ad eū, gº nō diſtīguetur ab eo. Maiorē pbat, qa ſm Boetiū eēntia cōtinet unitatē, relatio multiplicat trinitatē. ¶ Doc. rn̄det negando maiorē, nec Boetius eā pbat. Notat tn̄ tria. Primū nō ſolū diſtīguitur relatio a correlatiōe, nec qualitas ſolū a ꝯria qualitate ſꝫ ab oī que n̄ eſt ipa, ſicut albedo diſtīguitur a dulcedine et odore q̄uis ſint incōpoſſibilia in eodē. Secūdū. nō ſolū incōpoſſibilia diſtinguūtur ſꝫ ēt compoſſibilia. ut pꝫ in exēplo dicto. Tertiū. triplices ſunt relationes, quedā ſunt incōpoſſibiles in eadē natura, quedā in eodē ſuppoſito, quedā ſunt cōpoſſibiles in eodē numero, de quo hr̄ di. 3. q. 7. ¶ Secundū argumentū eſt tale, et ē pbatio maioris argumēti pcedentis, quia Aug. dicit, ꝙ deus eſt qcqd hēt pter relatiua pſonarū etc. ¶ Ad hoc rn̄det doc. directe ducēdo ioppoſitū, nā Aug. dicit deū uel pſonam eē qcqd hēt, preter relatiuū ſed in caſu q̄ſtionis nr̄e filius n̄ habet ſpūm ſc̄tm̄ gº nō eſt ſpūſſanctus, et per ꝯn̄s diſtīguitur ab eo, qa filius nihil eſt niſi illud hēat, et nō hēt ſpūm ſc̄tm̄, ergo nō eſt ſpūſſanctus. Et notat unū. ſ. habere eſt dupliciter, formaliter, et correlatiue uel originaliter ideſt productiue, primo modo pater habet eſſentiam, ſecundo modo filium.

## DISTINCTIO DVODECIMA.

ITEM QVERITVR CIRCA DISTINCTIONEM DVODECImā etc. Hec eſt duodecima diſtinctio. In qua doc. determinat de unitate uel diſtinctione perſonarū ſpirantiū in ordine ad actū ſpirandi. Et mouet duas q̄ſtiones principaliter, annexa una difficultate queſtioni prime. Titulus autem prime q̄ſtionis talis ē. Vtrū pater et filius ſpirent ſpūmſc̄tm̄ inquātū oīno unum uel inquantū aliquo mō diſtincti. ¶ In hoc titulo, ſolū unus terminus reſtat declarandus. ſ. ſpiratio, nā alii oēs ſunt declarati, ut unū di. 2. q. 3. diſtinctio ibidem, et uoluntas. di. io. Spiratio ergo accipitur uno mō generaliter put eſt actus ſpūs quōcunq; capti, ideo ſm diuerſam acceptionē ſpūs ēt diuerſimode capit̄ ſpirare. Capitur etiā pro inſpiratione dei mentibus hoīum. Alio mō proprie et hoc tripʳ. primo mō actiue, et hoc quadrupliciter, uno mō pro ui ſpiratiua. i. uoluntate fecūda, alio mō p ſpiratione actiua, tertio mō pro ſpiratore, quarto mō pro ſpirare ſignificato cōcretiue. Secundo principlr̄ capitur paſſiue, et hoc tripliciter, primo pro ſpiratione paſſiua in abſtracto. ſecundo pro ſpirari in cōcreto. tertio pro ſpūſc̄tō. Tertio principaliter capitur ut ē rl̄o cōis tā actiue q̄ paſſiue ſpirationi.

¶ IN ISTA QVESTIONE planū eſt etc. Dimiſſo capite q̄ſtionis ſm ꝯſuetudinē, corpus q̄ſtiōis diuiditur in tres partes, prima determinat queſtionē directe, ſecunda difficultatem unā mouet et determinat ibi. Sed ē difficultas, tertia aliā difficultatē mouet et ſoluit, ibi, iuxta iſtā queſtionē. Prima pars cōſiſtit in una cōcluſione. ſ. illā. Pater et filius ſunt unū principiū ſpūſſancti, que pbatur auctoritate eccleſie. Et qa declaratio huius queſtionis et aliqua pcedētia et multa ſequētia requirunt determinationē ordinis originis etc. Ideo notādū ꝙ ordo capit̄ duplr̄. ſ. theologicaliter et naturalr̄. Primo mō capitur multiplr̄. primo pro ſacramento ordinis, de quo in quarto libro patebit, ſecūdo p ſtatu religiōis eo ꝙ ordinatus dr̄ eē, tertio p ordinaria ptāte et iuriſdictiōe in aliquos ſubditos, et ſic eps dr̄ ordinarius ſubditorum ſuorum. quarto p gradu eminēte i eccleſia qui n̄ eſt ordo ſacramētalis, ut multi tenēt de epatu. quito p officio in eccleſia, ut cū dr̄ ordo cātoris. i. officiū cātorie, ſiʳ ſenatus dicitur ordo ſꝫ Boetiū et oēs pſone eccleſiaſtice dn̄r ordo. ſexto p choris angelorum, et illi modi ſufficiāt. Secūdo mō principʳ capitur dupʳ. ſ. p prioritate et poſterioritate, ita ꝙ ordo ipſe nihil unū ē, ſꝫ ſunt ad minᵉ duo. ſ. prioritas et poſterioritas, ſiue primū et pꝫ et tertiū etc. Capiendo gº ordinem tā pro priori q̄ poſteriori ē duplex. ſ. eēntialis et accn̄talis capiendo ordinē eēntialē p oī ordine neceº inter aliq̄ et accidētalē p ordine cōtingēti iter aliq̄ q. ſ. p accn̄s et cōtingēter eis ineſt. Ordo eēntialis capit tripʳ. Primo mō p ordie qui cōſeqtur extrema ex ppria ſua rōne in eē pprio, et ē duplex, primus cōſeqtur res ſm entitatē ſuā realē neceº. ſecūdus eſt qui cōſeqtur extrema ſꝫ ſuas rōnes formales et qdditatiuas in itellectu ut ſumūtur a re. Et ille dr̄ ordo nature. Primus iterum ē duplex, qa quidā ꝯſeqtur rē ſm eēntialē ſuā et naturalē entitatē, quidā ſꝫ indiuidualē. Secūdo mō pro ordine rerum in pſupponēdo aliqua ſicut iposſibile ē eē rl̄onē ſine extremis et tn̄ extrema nō ſunt de intrinſeca entitate rl̄onis. Tertio mō in cognoſci ſicut in oī gn̄e eſt ordo eēntialis ſpērum. i. eēntiarum in mēſurando et cognoſcēdo qa p unā mēſurātur oēs. Quid ſit illa mēſura pꝫ ſupra di. 2. Et ille ordo ē neceſſarius, qa ex ppriis ſuis entitatibus ē ꝙ ille ordo eſt inter ſpēs ortus ex qdditatibus earum. Eſt gº eēntialis ſtricte ſumptus ordo earum rerum quarum una aliā reqrit ad ſuum eē reale ita ꝙ ab ea ſuā eēntiā uel opationē hꝫ pductiue uel cōſeruatiue uel influxiue uel pſuppoſitiue uel mēſuratiue. Et ē duplex qa quidā eſt ſimpʳ neceſſarius. i. cuius extrema ſic ſe hn̄t ꝙ abſolute impoſſibile ē unū illorum eſſe uel cōſeruari etc. ſine altero ſed bene ecōuerſo, illo mō inter deū et creaturas ē ordo uel depēdentia eēntialis in gn̄e cāe efficiētis et finalis realiter et pprie et nūq̄ alibi, iproprie tn̄ dependet rl̄o ad ſuū fundamentū et terminum q̄ nō ē uera cātio. Sꝫ in gn̄e cāe materialis et formalis oīs ſuba corporea eēntialiter dependet a ſua materia et ſua forā, ita ꝙ iposſibile ē ipam eē hāc ſubaꝫ corporeā ſine hac materia et hac forma, uerum tn̄ quia nulla creatura eſt ſimpʳ neceſſaria nullus ordo creature ad aliā creaturā nec ad deū ē ſimpʳ neceſſarius, immo nullus ordo accn̄talis eſt ſimpʳ neceſſarius qa ſemp unū extremū eſt creatura. Sꝫ qn̄ dr̄ ordo eēntialis eē neceſſarius intellıgitur neceſſariᵒ ex ſuppoſitiōe. i. ſupoſito ꝙ extremū impfectius ſit in eē reali tūc impoſſibile ē abſolute aliud nō eē uel impfectū eē ſine illo a quo eēntialr̄ dependet. Alius eſt ſꝫ qd neceſſarius. i. ſm curſum cōeꝫ uel ſꝫ curſum naturalē, quē nulla creatura mutare pōt, ideo dr̄ neceſſarius, qa tn̄ deus pōt eū mutare ideo dr̄ ſm qd neceſſarius. Dr̄ cōem, quia ordinauit deus p certa media nos debere acqrere grām ut per ſacrā et orōnes et opa meritoria et interceſſionē ſanctorum etc. q̄ tn̄ nō niſi ex ordine diuine uolūtatis ſunt neceſſaria nō cōiter. Dr̄ naturalē, qa cōiter dr̄ eēntialr̄ ordinari hoiem, ſolem et deū, et tn̄ ſol nō ē ſimpʳ neceſſarius ad hoīs gn̄ationē, ſꝫ ſine eo pōt fieri, ſiʳ hō nō ē ſimpʳ neceſſarius, lꝫ forte ad gn̄ationē. i. ad hoc ꝙ gn̄etur hō reqrat hō, nō tn̄ ad hoc ꝙ hō pducat̄, qa pōt fieri a ſolo deo p creationē nō p gn̄ationē. Quidā cōſeqtur res ſꝫ eē indiuiduale et ille coīter eſt accn̄talis ut poſtea patebit. Capiendo alio mo ordinē eēntialē pro ordine eēntiarū, ut ordo eminētie ſiue pfectionis dr̄ ordo eēntialis, ſic nō oē poſterius requirit priᵉ ad eē ſuū reale, qa impfectius pōt realiter exiſtere ſine pfectiori. Secūdus ordo accn̄talis ē ille qui pōt euerti. i. pōt ecōuerſo fieri de ſecūdo primū, ut ordo pentū ad filios ē accn̄talis qa eque bn̄ ecōuerſo eēt poſſibile ut. ſ. filius eēt pr̄ ſui pr̄is ut pbabitur libro. 2. ſeʳ correlarie ꝙ oīs ordo cuius extrema n̄ neceº ex rōne ſua formali uel entitate reali ſic ordinantur ſꝫ pn̄t p accn̄s oppoſito mō ordinari eſt ordo accn̄talis. Cū autem cōiter dicatur oēm ordinē reducibilē ad illos duos ſcilicet eſ-

ſentialem et accidentalem conſtat ꝙ ualde large capitur ordo eẽntialis.ſ.pro illo qui cõſequit̃ extrema ex rõnibus formalibus eoꝝ,ſiue ex reali exñtia eorũ,ſiue in intellectu. ¶ Ser ex dictis primo.Si capit ſtricte ordo eẽntialis pro dependẽtia eẽntiali.ſ.ut primo eſt ille ordo deſcriptus ibi. Primus eſt etc.unũ relatiuũ nõ ſemp eẽntialiter dependet ab alio immo ĩ eſſe relatiui uel correlatiui nunq̃;,quia ordo eẽntialis nõ ẽ mutuus nec eſt ecõuerſo,ſed relatiua ſunt mutua.Seqtur ſecundo,nõ omne eẽntialiter dependens eſt ordinatũ eẽntialiter quia relatiua (lꝫ nõ propriiſſime) a ſe eẽntialiter dependẽt in eſſe relatiui lꝫ nõ in eẽ abſoluti fundantis et termini quia ĩpoſſibile eſt eẽ unum ſine altero,tñ quia eſt mutua dependẽtia ideo nõ ẽ ordo eſſentialis ꝓpriiſſime. Seqtur tertio,ꝙ nõ oĩs depẽdentia eẽntialis ẽ ordo eẽntialis ſꝫ bene ecõuerſo.Seqtur quarto,ꝙ in ordine eẽntiali aliqñ prius et poſterius ſunt in eodẽ ſuppoſito ut cãe intrĩſece et cãtũ eaꝝ,aliqñ nõ ut in genere cãe efficientis et finalis ru ſube nõ ru accñtis. Seqtur quinto,capiendo ſtricte ordinem eẽntialẽ ſemp prius põt realiter exiſtere ſine poſteriori in genere cãe extrĩſece,nõ in genere cãe intrinſece,lꝫ aliqñ ẽt poſſit fieri.Nã cãe intrinſece hoĩs pñt exiſtere realiter ſine hoĩe ſed nõ in bruto,quia corrupto bruto corrũpitur aĩa eius que eſt cã formalis eiꝰ.Ser ſexto,ordinẽ eẽntialẽ tm̃ proprie eẽ in abſolutis.Ser ſeptimo,ꝙ ordinata eẽntialr nõ ſemp ſunt ſepata actu. ſunt tñ ſemp ſeperabilia capiendo ſtricte.Ser octauo,capiendo ordinẽ eẽntialẽ pro ordine perfectionis eſſentiarum ꝙ ſemp poſterius põt eẽ realiter ſine priori et ecõuerſo. Seqtur nono, capiendo ordinẽ eẽntialẽ ut primo eſt deſcriptus quãto perfectiora tanto ſunt priora et illa pñt exiſtere ĩ alio ſuppoſito deſtructo illo qđ ab ipſo dependet.Seqtur decimo,inter ſubiectũ et paſſionẽ ſi eẽnt realiter idem et inter quecunq; que ſunt realiter idẽ,nullus ẽ ordo eẽntialis ſtricte,quia ordo eẽntialis requirit diſtĩctionẽ eẽntialẽ et realẽ ordinatorũ.Seqtur undecĩo, ꝙ ordinata eẽntialiter dr̃nt ſpecifice nec eſt ꝓceſſus in infinitũ, quia ſpẽs nõ ſunt infinite.Capiendo ordinẽ eẽntialẽ large ꝓ ordine qui cõſeqtur extrema ex rõnibus formalibus eoꝝ ut ẽ ſecundus in primo mõ capiẽdi eẽntialẽ ordinẽ uel ex reali ꝓductione ortũ hñs eſt quadruplex.ſ.nature,originis,pfectionis et cãlitatis,de ultimo dictũ ẽ prius,quia quidã ordo cãlitatis eſt eẽntialis,et quidã accñtalis,ut patuit di.2.fo.47.Ordo nature eſt ille qui immediate fundatur in rõnibus formalibus extremoꝝ.i.ordinatoꝝ uel qui ĩmediate oritur ex rõnibus formalibus ordinatoꝝ.Et capitur tripr.Vno mõ pro ordine naturarũ eẽntialiter et realiter diſtinctaꝝ.Alio mõ pro ordine naturaliũ pfectionũ forr diſtinctaꝝ in eadẽ natura.Tertio mõ ꝓ ordine naturalis ĩtelligẽtie ſic ĩtelligẽdo,ꝙ ordo naturalis intelligentie ẽ qui pp nr̃m modũ intelligẽdi ineſt,nõ pp rõnes formales intellectoꝝ obiectoꝝ qa alias coincideret cũ ſecũdo mõ ſicut nos pp pctm̃ originale prius naturalr ꝯcipimus ſenſibilia, et pp impfectionẽ prius uniuerſalia et poſtea ſingularia ſꝫ ille ꝓprie eſt ordo accñtalis. Notandũ ẽt ꝙ ordo aliqñ capitur ꝓ ſiltate aliqñ ꝓ prioritate,et poſterioritate.Nã ordo equaliũ et pariũ,ſm Aug.eſt ſimultas nõ prioritas nec poſterioritas.Ex his ſeqtur ꝙ ordo p̄dicatorũ de aliquo eodẽ uel pluribus fundatus in natura rei eſt ordo nature.Seqtur ſecundo ordo p̄dicamẽtalis eſt ordo nature.Ser tertio ꝙ naturali ordine in p̄dicãdo cõiora ſunt priora et particulariora ſunt poſteriora , ſed ĩ ſubiiciendo eſt ecõuerſo. Seqtur quarto ꝙ qñ aliqua p̄dicata ſic ſe hñt ꝙ unũ ex rõne ſua formali preſupponitur alteri et ñ ecõuerſo ſunt ordinata ordine nature ſicut cõceptus entis preſupponitir oĩbus aliis et nõ ecõuerſo,ideo cõceptus entis ſimpliciter eſt prius in ordine nature et ſic cõſequenter eſt de omnibus aliis.Sequitur quinto , ꝙ in diuinis uere eſt ordo nature.

Sequitur ſexto,ꝙ ordo nature non eſt realis ordo niſi ſit rerũ realiter exiſtentiũ,ſed in ĩtellectu eſt tm̃ ordo rõnis, dr̃ tñ ordo realis extrinſeca denominatione ſi ordinata corrñdent rebus realiter diſtinctis,ut diuina eẽntia eſt una res que eſt uolitiua intellectiua etc.ex ꝓpria ſua natura et entitate, et ordo eſt inter intellectũ et uolũtatẽ naturaliter,ſed non eſt ordo realis quia nõ ſunt due res ſed una,que uere eſt ĩtellectiua et uolitiua.In intellectu aũt ſunt uere duo,ideo ibi eſt ordo eorũ ſꝫ rõnis quia uoluntas et intellectus in intellectu non ſunt entia realia ſed rõnis dicitur tamen realis,quia illa duo in ĩtellectu repreſentant unam rem realem,ita ꝙ entitas eorũ in intellectu ſub diſtinctiõe et ſub dualitate habetur ĩ re ſub unitate. Quõ aũt diſtinguantur ex natura rei,uiſum eſt di.2.et.8.Sequitur ſeptimo,ꝙ in diuinis pr̃ eſt prior natura filio,quia ex rõne ſua formali preſupponitur filio ita ꝙ nullo mõ eſt poſſibile illum qui eſt pater eſſe filiũ nec ecõuerſo idem de pr̃e et filio reſpectu ſpũſſancti nec eſt poſſibile patrẽ nõ eſſe priorẽ filio ex ratione formali paternitatis et filiationis.Seqtur octauo, ꝙ ĩ deo eſt prius et poſterius et ſimul,licet nõ ſit prius et poſterius duratione et ſituatione et pfectione.Seqtur nono,ꝙ ordo abſolutorũ in deo naturaliter eſt prior ordine relationũ,quia abſolutũ inquantũ abſolutũ precedit reſpectiuũ.Seqtur decimo,ordo generationis qui ẽ eoꝝ que ordinate occurrũt uel incognoſcendo uel eẽndo ẽ ordo nature , et pro ſtatu iſto cõiora ſunt priora generatione in cognoſcendo diſtincte qđ eſt accñtaliter iõ eſt euerſus ordo ad naturã rei,quia ex natura rei oppoſituꝫ eſſet, ſꝫ ille ordo eſt ex natura uel pena cognoſcentis,et per ꝯñs accidẽtalis.Dicitur in cognoſcẽdo pp cãm proxime dictã. Dr̃ in eẽndo,quia in eẽndo ſemp ſingularia occurrunt primo iõ ſunt priora generatione in eſſendo. Per hoc intelligitur unuꝫ cõe dictũ,ꝙ priora generatione ſunt poſteriora pfectione. Nam illud intelligitur in eſſendo,quia natura procedit in eẽndo ab imperfecto ad pfectũ ut a materia prima et a formis impfectioribus ad perfectiorẽ,ut in generatione hoĩs ab embriõe etc.uſq; ad aĩam intellectiuã,et iſte ẽ ordo in creaturis ex rõnibus formalibus eorũ,nõ in hoc ꝙ tpe unũ eſt aliquo prius quia hoc eſt accñtale.Similiter intelligitur illud dictũ Scoti.ꝙ proceſſus in creatura eſt oppoſitus ei qui fit in deo,nã ſenſus eſt , in ꝓceſſu reali nõ ĩtellectiuo prius eſt impfectius in creatura et ultimo pfectius ſi intelligitur tpe tũc eſt ordo accñtalis ſi ĩtelligitur p̄ſuppoſitione naturali,ſic eſt ordo nature ſꝫ in deo primũ ſimpliciter.i.oĩbus aliis p̄ſuppoſitũ.i.eẽntia diuina eſt pfectiſſimũ et ultimo ſunt alia que lꝫ in re ſint eque pfecta cũ eſſentia,non tñ in rõnibus ſuis formalibus abſtractis q̃; q̃; ut ſunt ĩ deo omnes hẽant infinitatẽ ut modũ intrinſecũ rõnis formalis eorũdẽ. Similiter pꝫ illud dictuꝫ ꝙ in cognoſcendo ex natura rei ordo generationis et pfectionis ſunt ideꝫ tã in deo q̃; in creatura qa ſemp a perfectiſſimo alicuiꝰ ordinis accipiũtur oĩa alia ut ab indiuiduo recipiuntur oĩa alia p̄dicata et tñ indiuiduũ eſt perfectiſſimũ in illo ordine neceſſario quidẽ a perfectiori ſumunt alia quia a rebus ſumit̃ noticia , oĩs res aũt eſt ſimplex a qua poſtea abſtrahũtur ulr̄ia idẽ eſt in deo. Nã ab eẽntia uia alia p̄dicata ſumũtur. ¶ Sꝫ dubitat̃ quõ intelligatur eẽ realis proceſſus ĩ deo a pfecto ad impfectũ. Dico ꝙ nõ ẽ ꝓceſſus ad impfectũ ſꝫ eſt ꝓceſſus ab eo qđ ẽ pfectiſſimũ ad alia q̃ ſunt in re eque pfecta,ſꝫ illud primũ ẽ radix oĩuꝫ alioꝝ et hꝫ a ſe ſuam pfectionẽ,et alia ab eo,iõ alia dñr quodãmõ impfecta. ¶ Ser xi.ꝙ diuina eẽntia eſt oĩno primũ in ordine nature in diuinis. Ser.12.Cũ exñtia actualis ſit idẽ qđ eẽntia diuina iõ ſicut eẽntia ẽ pm ſiue in po ſigno nature ſic ẽt exñtia.Ser.13. Quãuis intellectꝰ et uolũtas ſint idẽ forr eẽntie et in primo mõ dicendi ꝑ ſe , adhuc tamen eſt ordo nature inter eſſentiam et potentias

ita ꝙ ex natura rei preintelligitur eẽntia per modũ ſundamẽti. Secundo intelligitur ipa eẽntia ut opatiua. Et omnino prima operatio diuina eſt intelligere (quia oĩa alia dependẽt ab illa, capiendo dependere pro ꝓſupponere) ideo intellectus eſt in ſecundo ſigno nature in diuinis. Tertio eſt uoluntas. Et ille ordo eſt naturalis ordo et realis, ſic intelligendo ꝙ ipa eẽntia ẽ una res et realiter eſt intellectiua et uolitiua, et ſicut uelle realiter preſupponit itelligere ſic ẽt uolũtas preſupponit itellectũ ideſt neceſſe eſt ad hoc ꝙ eẽntia ſit uolitiua ꝙ ſit itellectiua ex intrinſeca rõne eẽntie et illarũ potentiarũ tam in cõceptu ꝙ̃ in re. ſunt tñ alia predicata de deo in intellectu ſumpta ab eẽntia ñ in ordine reali ſimpliciter, nec eo modo quo potẽtie ſumuntur ſ; ſolũ abſtractiue ut ens, ſpũs, ſubã capta pro per ſe exñtia, que tria quidditatiue predicantur de deo ita ꝙ in primo ſigno nature in talibus eſt ens quia quandocunq; ualet ꝯña de uno ad aliud et nõ econuerſo illud a quo non cõuertitur ꝯña ſubſiſtendi .i. facta per ly eſſe uel eſt, eſt prius natura alio. Subſtantia eſt in ſecundo ſigno, ſpũs in tertio. Seqtur ꝙ ſi ſigna nature capiantur pro ordine ad ipam naturã, eẽntia eſt in primo ſigno, intellectus in ſecundo, uoluntas in tertio etc. Si aũt capiãtur ſigna nature pro ordine cõceptuũ in preſupponendo, ſic ens eſt ſimpʳ in pᵒ ſigno nature etc. ¶ Vbi notandum ꝙ ordo nature multipʳ accipiẗ qa aliqñ icipiẗ in infimo in pñdo et terminatur ĩ ſupremo, aliquando ecõuerſo, et ideo ſepe in uno ordine aliquod obiectũ eſt primum qđ in alio eſt ultimũ, aliqñ ſumitur ꝭm modũ quo res ordinãtur ꝭm eẽ reale, aliquãdo ꝭm conceptus formatos de eadem re, aliquando in predicãdo ponitur cõmunius prius et minus cõe inferius, aliquãdo ponitur infimum primo et in reſolutione conceptuũ q̃to ꝓpinquiora tali rei tãto priora, et ſic ꝭm diuerſas conſiderationes diuerſimode ſumitur ordo nature et ꝭm hoc aliquid idẽ põt eſſe primũ naturaliter et ultimũ et medium ꝭm ꝙ diuerſimode cõſideratur res licet ſit tm̃ una res et una rõ formalis in ea tñ põt multiplex ordo fundari. Sequũtur modi intrinſeci quidditatis, qui ideo dicũtur intriſeci quia ſunt intra quidditatem et formalitatẽ, nõ tñ ſic ſunt ibi ꝙ ſint illi fundamentales et ueri cõceptus qui rem diffiniunt ſed ſunt totius diffiniti modi uel etiã diffinientiũ cõceptuũ ut in re ſunt, et poſſant aliquo modo cõcipi quidditas et modus eius ſub diuerſa habitudine, ſiue diffinientia pñt concipi ſine mõ ſed tunc nõ perfecte cõcipiuntur nec ꝓprie ipſa qđditas cõcipitur cũ ſine intrinſeco mõ ſuo cõcipiatur. ꝙ aũt aliq dicunt ꝙ poſt modos intrinſecos ſequũtur potẽtie et habitus, ꝑ; falſum quia potentie ſunt ꝓprie fundamentaliter capiendo de qdditate et modus quidditatis eſt mod us earꝫ, ideo ſeqtur modus illas potentias, nec habitus eſt in deo aliquo mõ diſtinctus ab eẽntia uel actu, ideo licet aliqua uocabula ut eſt ſapientia etc. ſignificent per modũ habitus, illi tñ modi ſignificandi nõ ꝑtinent ad ordinẽ nature, quia ſolũ differũt rõne, et ſic patet ꝙ ſapientia eſt ipm intelligere diuinum, ſimiliter de aliis dicatur. ¶ Notandum aũt ꝙ ſigna nature uel originis nihil aliud ſunt q̃; primum, ſecundũ, tertiũ etc. Ideo cũ dr̃ hoc eſt ĩ primo ſigno nature ſenſus eſt in ordine nature hoc eſt primũ. Similiter notandũ ꝙ ſigna nature .i. primũ ſecundũ tertium etc. pñt multipliciter ordinari. Vno mõ per ſimpʳ ſimplicia ut ſi aliqua res reſoluatur in ſimplʳ ſimplicia etc. illo mõ ꝓciſe et ꝓprie ſumitur. Alio modo qñ aliqua plura ſimul ponũtur et unũ primum reſpectu aliorũ, ut ſi oĩa quidditatiua in diuina eẽntia ponantur in primo ſigno, et attributa oĩa in ſecundo ſigno. Illo mõ capitur improprie. Eſt tñ ille modus uſitatus apud plures, iõ debet bene conſiderari illa diſtinctio ad cõcordandũ dicta doctorũ. Similʳ ſepe dr̃ ꝙ in uno ſigno nature ſunt plura ſigna, quod debet intelligi de ſigno nature ſecundo mõ. Seqtur duodecimo, ꝙ immediate poſt modos intrinſecos ſequũtur actus. primo intelligendi, ſecũdo uolẽdi. Et l; illi actus ſint ſimpʳ ſimplices et per ꝯñs non poſſint uere in quolibet eoꝝ in ſe l; bene reſpectu diuerſorũ fundari plura ſigna nature et in utriſq; poſſint qa ipi ambo hñt primũ et ſecundũ .i. ſigna nature tñ ex parte obiectorũ et extrinſece diuiditur quilibet illoꝝ in ualde multa ſigna. Et oĩa illa dicũtur eẽ in uno ſigno ſi cõſideratur ipe actus in ſe, ut intelligere dei reſpectu ſui, ꝑſonarũ diuinaꝝ, creaturarum oĩum etc. ſunt oĩa illo mõ in uno ſigno nature cõſiderando intelligere dei in ſe, et oĩa precedunt uelle diuinum. Si aũt obiecta ipa cõſiderantur, cũ creatura ſit eẽntialiter poſterior ipſo uelle diuino ſimilʳ perſone diuine ſint naturaliter poſteriores uolitione diuina (quia intelligit deus ex ſe ſine oĩ ꝓductione eẽ uolẽs, ſ; tñ per ꝓductionẽ ſunt ibi ꝑſone) ſic intellectio ꝑſonarũ et creaturaꝝ ẽ naturalʳ poſterior uolitione diuina, iõ ſit unuſquiſq; cautus ut bene cõſideret qđ ſit prius aut poſterius et ꝑ quã cõſiderationẽ. Neceſſaria quidẽ eſt illa cõſideratio ad ueritatẽ cognoſcendã et ad difficultates ſtudioſis occurrẽtes bñ ſoluendas. Illa ergo intellectio diuina dr̃ ſapientia, intellectus, ſcientia, ꝓſciẽtia, ars etc. ubi ſemp d; notari obiectum reſpectu cuius dr̃ ſic uel ſic, et tũc ꝭm ordinẽ obiectoꝝ debet ordo notari intellectionis diuine, ſed ut dixi ille ordo nõ eſt ex parte intellectionis quãtũ in re exiſtit quia eſt uere unica ſimplex ſed in obiectis, uerbi grã, diuina intellectio dr̃ ſapientia quia eſt reſpectu eternorũ ſ; dr̃ ſcia qa eſt rᵘ creaturaꝝ iõ ſapia ẽ prior naturalʳ ipa ſcia .i. obiectũ ſapie eſt naturalʳ prius q̃; ſcie et ſic ꝯñter de oĩbus noĩbus fiat, de quibus infra habebitur. Sẽper notetur ꝙ in uno ſigno nature ſepius diuerſa fundant aliquãdo ex intrinſeca rõne illius qđ ponitur in illo ſigno ut ſi ſit nõ ſimpʳ ſimplex, aliqñ extrinſece dato ꝙ ſit ſimpʳ ſimplex .ſ. ꝑ obiecta. Siʳ abſoluta ſemp ꝓcedũt reſpectiua et ea q̃ ad extra ſunt. Idẽ dicat de ipo uelle qđ ĩmediate ordinatur poſt intelligere. ¶ Si obiciatur ꝙ paſſiões ut ẽ unitas, ueritas, et bonitas ꝓcedũt naturalʳ intelligere et uelle, qa ueritas idem ẽ qđ intelligibilitas et bonitas idem eſt quod appetibilitas etc. Ad hoc reſpondeo. unitas eſt modus ĩtrinſecus ut ſupra probatũ ẽ diſtinctione prima. Siʳ ſi bonitas capitur pro ꝑfectione eſt modus intrinſecus, et ẽ ipa infinitas, ſ; illo mõ nõ ẽ paſſio entis, ſ; qñ capiẗ ꝑ appetibilitate, mõ intelligibilitas et appetibilitas in re nihil aliud ſunt q̃; res intelligibilis et appetibilis, et in ſe ꝓprie nõ ſunt niſi entia rõnis ſicut oĩs potentialitas et aptitudo iõ nõ opʒ ordinẽ nature in eis fundare aliũ ab eo qui in rebus itelligibilibꝰ et uolibilibus fundat. Seʳ .14. ꝙ ꝓductiones ꝑſonaꝝ ſequuntur actus intelligẽdi et uolẽdi. Nã illi actus neceſſarii ſunt ad eẽntialẽ ꝑfectionẽ dei ſingularis ſiue huius dei dato ꝙ nulla ꝑſona eẽt ꝑ impoſſibile ſ; ꝓductio nõ põt eẽ ſine ꝑſona, mõ certũ eſt ꝙ ea q̃ cõueniunt huic deo ſingulari ſunt priora ꝑſonalibus. Seʳ .15. ꝙ dicere eſt prius natura quã ſpirare. Seʳ .16. ꝙ prioritas q̃ pr̃ prius intelligit uel uult q̃; filius nõ ẽ naturalis prioritas ex pte intellectionis et uolitiõis qa ſolũ ꝑ originẽ ẽ .i. ꝓductionẽ, non ex natura intellectionis et uolitiõis cũ ſit una numero. Seʳ .17. ꝙ pr̃ naturalʳ prius intelligit et uult q̃; filius ſit, quia productione filius eſt filius et intelligere et uelle ſunt priora naturaliter illa productione. Seqtur .18. pr̃ naturalʳ poſterius ſpirat q̃; filius ſit filius quia ex natura extremorum oritur ille ordo. Sequitur .19. ꝙ relationes cõmunes .i. idẽptitas, ſimilitudo et eqlitas etc. ſunt naturalʳ poſteriores ꝑſonis qa nõ pñt ineſſe niſi perſonis pluribus. Seqtur .20. Relationes originis ſunt naturaliter priores totis perſonis ſicut eẽntia (nõ tñ in eodẽ ſigno cum eẽntia) eo ꝙ preſupponitur cõſtitutiuũ cõſtituto, ꝑſona eſt cõſtituta, relatio ꝯſtitutiuũ. Seqtur .21. ꝙ relatiões ꝑſonales ſunt naturalʳ priores relonibus coībꝰ. Seqtur .22. ꝙ pr̃ in diuinis eſt

naturaliter prior filio et ſpū ſcō,quia ex intrinſeca ratiōe ſua
ille ordo oritur.Similiter ē filius prior.s.ſancto naturalr.nam
ſicut actio naturalr ex rōne ſua formali ē prior paſſione ſic ī
relatiuis per modum actionis et paſſionis ut in ſecundo relati
uoꝝ ſemper illud quod ꝑcat per modū actionis ē eētialr pri/
us ſuo correlatiuo.et ſic pr̄ ē eētialiter prior filio.Ser 23.ꝙ in
ter generare et ſpirare ē ordo nature.Ser 24.ꝙ aliqn̄ īter ori/
gines ē ordo nature.ut3 correlario .23.aliqn̄ inter unū eētiale
et unā originem ut inter intelligere et generare.aliqn̄ inter eēn
tialia tm̄,ut inter ītelligere et uelle, aliqn̄ īter perſonas,ut pa/
tet correlario.22. aliqn̄ īter eſſentialia et ꝑſonas ut inter intel
ligere et pr̄em. Ser.25.ꝙ pr̄ nō proprie prius natura intelligit
q̄; filius,nec uult,nec ſpirat,nec creat etc.quia intelligere uelle
etc.non hn̄t ex ſua rōe formali ꝙ prius pr̄ intelligat et uelit q̄;
filius,tn̄ per accn̄s eſt illa prioritas. ¶ Secundus ordo eſſen/
tialis large capiendo eſt ordo originis qui eſt ordo qui nō con
ſequitur extrema ex rōne formali eoꝝ, ſ3 tm̄ per hoc ꝙ unum
eſt ab alio uel a nullo alio. ita ꝙ illud quod ē a ſe naturaliter
eſt prius illo quod eſt ab eo.tamen in habendo idē ex parte il/
lius quod ab utroq; hētur nō eſt ordo nature,ſed ꝙ in hoc ē pri
us q̄; in alio nō eſt ex parte ſui,ſed propter hoc ꝙ unum illoꝝ
habentium eſt ab alio,ut ꝙ pr̄ dicitur prius intelligere filio,nō
eſt propter hoc ꝙ pater eſt pater,et filius filius, nec propter in
tellectionem in ſe,ſed quia pr̄ genuit filium, et illā intellectionē
ſibi cōmunicauit,ideo propter illam generationem dicitur pri/
us eſſe in patre quā in filio,et hoc eſt eſſe prius origine.i.ꝑpter
ꝑductionem.Notādum aūt ꝙ ordo originis nihil aliud ē q̄; pri/
mum,ſecundum et tertium,ſic ꝙ nihil aliud eſt illa relatio q̄; il
la tria formaliter,et ſubiectantur in perſonis et fundantur in
originibus.i.productionibus. ¶ Notandū ēt ꝙ dupliciter ac/
cipitur ordo originis.Vno mō proprie ut dictum eſt. Alio mō
large pro eſſe a ſe uel a nullo,pro eē ab uno per modū nature,
eſſe a duobus per modū uolūtatis,ſed illo ſecūdo mō ſunt re/
lationes rationis potiſſime prima,nec etiā aliqua relatio ordi
nis in diuinis eſt aliud q̄; illud in quo fundatur.Et ſi talis rela
tio oritur ex natura rōnum formaliū uel reꝝ dr̄ relatio rea/
lis et diſtinguūtur inter ſe formaliter,ſi aūt oritur ſolū ꝑ con
ſideratione intellectus tunc eſt relatio rōnis.Eſt ergo ordo ori
ginis ꝑprie quādo aliquid idē habetur in tribus ꝑſonis et ē cō/
municatū uni per aliā.tunc dr̄ hr̄e ordinem originis in ſe pro/
pter productiones perſonarū,et quia talis ordo non eſt ex ra/
tionibus formalibus extremoꝝ,ſed tm̄ per hoc ꝙ habetur in ha
bentibus talē ordinē et realē,ideo eſt ordo qui quodāmō ꝑ ac/
cidens cōuenit eſt tn̄ eētialis.i.neceſſarius hn̄s ortū a produ/
ctione reali.Ex quo p3 ꝙ ordo originis ſecundo mō in diuinis
nihil aliud eſt q̄; eſſe a nullo,uel eſſe a ſe,et hoc eſt primu3 ſi/
gnum,ſecūdū eſt eſſe ab uno per modū nature, tertiū eſt eſſe a
duobus ſuppoſitis per modū uoluntatis. Et fundantur in reali
bus originibus,ideo ꝓm fundamenta eſt ordo realis ſed capien
do primū ſignū pro eſſe a nullo,uel a ſe qđ idē eſt, eſt pura ne
gatio,ſecundū ſignū eſſe ab uno ſi dicit relationē aliquā aliā
q̄; filiationem,nihil reale eſt,ſimiliter dr̄ de tertio ſigno.Sequi/
tur primo ꝙ ſi dicatur pr̄em prius intelligere q̄; filiū uel prius
ſpirare,hoc tm̄ eſt prioritate originis nō nature,et nihil aliud
eſt dicere q̄; ꝙ pr̄ a nullo accepit intelligere uel nullus ſibi cōi
cauit,ſed filius accepit a pr̄e etc. Seqtur ſecundo,pr̄ eſt prior
origine q̄; filius,quia eſſe a ſe eſt prius q̄; eſſe ab alio.Sequitur
tertio,ꝙ pater non prius origine generat q̄; ſpiret,ſed ſimul,qa
utrunq; h3 a ſe.Seqtur quarto,ꝙ cū dr̄ filius hēt a pr̄e ꝙ eſt ab
alio nō debet intelligi ꝙ eſſe ab alio ſit aliquid reale aliud a fi/
liatione,ſed ꝙ illud eē ab alio predicatur de filio hoc hēt a pa/
tre eo ꝙ pr̄ genuit filiū.Nā eē ab alio ꝑ modum nature funda
tur uel conſequitur generationē. Seqtur quinto, ꝙ ſicut dictū ē
di.10.de ſpū ſcō ꝙ pater et filius intelligere ipm̄ pn̄t duplr intui
tiue, ſic ſimiliter pōt dici de filio reſpectu pr̄is ꝙ ipm̄ intelli/
gat in primo ſigno intuitiue. ¶ Pro quo notandum ꝙ cum il/
la ſigna ponuntur nō ponuntur ideo ꝙ ſic ſit in re, ſed ponunt
ut quidditatū et formalitatū noticia habeatur que alias habe
ri nō pōt,ꝑpter quod non ſequitur pro illo ſigno non cōuenit il
li perſone actus ergo nō cōuenit ſibi.Exemplū in hoīe ſunt plu
ra ſigna quidditatiuorū cōceptuū et accidentaliū,licet ergo hō
realiter et uere habeat accidentia,tn̄ limitādo nos ad primū ſi
gnum pro illo ſigno nō hēt.i. ſtando preciſe per intellectū in eſ
ſentialibus et quidditatiuis nullū ibi reperitur accidens,tamen
uere in re eſt accidens (et notetur ille modus imaginandi de ſi
gnis.i.intellectus ſtet in cōſideratione illius cogniti pro illo ſi
gno,et tunc nihil aliud qđ non eſt illud intelligitur pro illo ſi/
gno.i.inquantū ſtat ꝑciſe et limitat ſe ad conſiderādū illud,ut
dedi exemplū de hoīe) Non ſequitur ergo hō pro ſigno quiddi
tatiuoꝝ ꝑdicatorū nō includit accidentia,ergo nō hēt acciden/
tia quia abſolute h3,ſed non pro illo ſigno.i. quia me limitaui
ad cōſiderandū tm̄ quidditatiua inter que nullū accidens eſt.
Ex hoc ſequitur ꝙ illa eſt uera, ſpiritusſanctus nō eſt pro pri
mo et ſecūdo ſignis originis,ſed nō ſequitur ergo aliquādo rea
liter non fuit uel nō eſt ſpūſſanctus.Seqtur ſexto principaliter
ꝙ cū primū ſignū originis.ſ.eſſe a ſe uel eſſe a nullo producēte
uerificetur de toto patre in quo eſt eētia cū oībus eētialibus
ſuis etc.ꝙ in illo uno ſigno quaſi totus ordo nature habetur, qa
habetur eētia ītellectus,uoluntas,ens,ſpūs, ſubſtātia,intellige
re.uelle,generare,ſpirare etc.Dixi quaſi,quia ordo nature in/
ter perſonas et origines non habetur in pr̄e ſolo, uel in primo
ſigno originis.Sed ꝙ doctor noſter dicit.ꝙ totus ordo nature ī
illo ſigno habeatur,debet diſtingui de ordine nature, quia qui
dam eſt qui reſultat preciſe per eētiā uel naturā diuinā. illo
mō uerū eſt,alius reſultat ex rōne formali cuiuſcunq; ſiue ſit
natura uel ſuppoſitum uel perſona uel origo.illo mō non intel/
ligitur Scotus. ¶ Vbi ſemp notandū,ꝙ ordo nature multipr
accipitur quia aliquādo centū cōceptus ſumūtur ſimul,ꝑ uno ſi
gno reſpectu alioꝝ,alquādo capiuntur multi ordines inter il/
la centū ſic ꝙ unū et idē aliquādo eſt prius poſtea poſterius iō
nō eſt miꝝ ſi aliquando aliquid dr̄ primū reſpectu unius qđ ē
poſterius reſpectu alterius.Seqtur ſeptimo,cū diuina eētia et
ꝑſone ſint entia permanentia ꝙ oīa ſigna fundata in ipſis ſunt
permanentia nō ſucceſſiua.Seqtur octauo cū ordo durationis
conſiſtat in ſignis ſucceſſiuis ꝙ in quolibet ſigno durationis to
tus ordo originis ſit et nature. ꝙ aūt aliqui dicunt ſigna origi/
nis diſtingui realiter pōt intelligi ꝙ origines in quibus fundan
tur diſtinguantur realiter ipa tn̄ ſigna originis ſecundo mō ꝑ
eē a ſe et eſſe ab alio nō diſtinguūtur realiter cū ſint rōnis ni/
ſi ly realiter accipiatur ꝑ ſeꝑabiliter et uerificabiliter de ſup
poſitis realiter diſtinctis. ¶ Tertius ordo eētialis eſt ordo ꝑ
fectionis et eminentie qui eſt exceſſus uel defectus alicuius re
ſpectu alterius,ita ꝙ quanto res eſt nobilior,tanto eſt prior,et
nobiliſſima eſt prima,et ignobiliſſima ē ultima, de quo ſupra
fo.72.Et ille ordo eſt realis in realiter exiſtentibus,in aliis n̄.
ille ordo non eſt in diuinis ad intra,ſed ad creaturas,ſed ordo
nature eſt tā ad intra q̄; ad extra,ſimiliter ordo originis.

¶ EXPEDITA materia de ordine eſſentiali.ſequitur nunc
determinandū de ordine accidentali,qui eſt duplex,quidā rea/
lis.i.ꝓm quātitatē realem,quidā intentionalis,ut eſt ordo digni
tatis uel īdignitatis ta3 in gradibus officioꝝ uel meritoꝝ atq;
demeritorū.Primus ē quadruplex.ſ.localis ſiue naturaliter ſi/
ue caſualiter ſiue uoluntarie.Secundus eſt durationis ut quā
do unum eſt prius alio duratione.Tertius eſt ꝯtinuationis ſi/

ue partium in eodem. Quartus eſt ordo numerorum, qui quidem etiam eſt eſſentialis loquendo de ſpecibus numerorum, ſed loquendo de ordine unitatũ accidentali ille eſt accidentalis. Illi aũt ordines dicũtur accidentales, quia quomodocũq; ordinãtur extrema illorũ ordinũ ſemp poſſunt alio mõ ordinari non repugnante natura extremorum.

¶ EXPEDITA materia de ordinibus diuerſis, nũc accedo ad reſolutionẽ prime partis in corpore queſtionis ubi doctor ſex dicta intendit. Primum. Ordo originis capitur tripliciter. Vno mõ ut ſupra dictum eſt illo mõ memoria in patre non eſt prior origine uolũtate fecunda. Alio mõ large pro ordine nature, et ſic capitur hic. Tertio mõ pro ordine fundato in originibus et ſic capitur etiã hic. Secundũ. Memoria fecunda .i. intellectus cũ eſſentia que ſunt productiua filii prius naturaliter habetur in p̃re q̃; uolũtas fecunda. Tertiũ. Generare eſt origine prius in p̃re q̃; ſpirare, etiã naturaliter eſt prius. Et dr̃ prius origine quia ipa extrema ſunt origines. Quartũ. Impoſſibile eſt patrẽ generare filiũ et eque primo ſpirare ſpm̃ſanctũ, quia neceſſario ſpirare preſupponit generare, immo prius generat q̃; ſpiret. Quintũ. In illo priori pr̃ cõmunicat filio eſſentiam cũ oĩbus eſſentialibus ſimiliter et uoluntatem fecundã eã dẽ numero quã ipſe pr̃ hẽt, et quia in ſigno poſteriori pater ſpirat ſpũm ſc̃tm̃, non põt ſine filio ſpirare quia filius hẽt illam eandẽ uoluntatẽ qua ſpirat pr̃. Sextũ. Pater et filius ſunt oĩno unũ principiũ ſpũſſancti .i. q̃uis ſint due perſone pater et filius, tamen uoluntas qua ſpirant eſt ſimpliciter una, ideo dicuntur non unus ſed unum principium, ita q̄ ly principium determinat ad uoluntatem qua ſpirant.

¶ SED EST DIFFICVLTAS etc. Hec eſt ſecunda pars principalis in qua doc. primo ponit opinionẽ. Hen. gan. in ſum. ar. 54. qui ponit quinq; dicta. Primũ. Suppoſita ſpirãtia ſunt duo. Secundũ. Expreſſio illius articuli .ſ. de proceſſione ſpirituſſancti debet exprimere diſtinctionẽ ſuppoſitorũ ſpirantiũ, et unitatẽ principii ſiue uoluntatis fecunde. Tertium. Voluntate concordi ſpirare uere et ſufficienter exprimit predicta, ideo debet dici q̄ uoluntate cõcordi ſpirent ita q̄ cõcordia aliquid per ſe requiſitũ ad ſpirationẽ denotat .ſ. diſtinctionẽ perſonarũ. Quartũ. Bene põt cõcedi q̄ pr̃ et filius ſpirent in quantum ſunt diſtincti, quia impoſſibile eſt ipſos eſſe eandẽ perſonam. Quintũ. Diſtinctio patris et filii in ſpiratione ſpũſſancti dupliciter conſideratur. Vno mõ ut in eis eſt actus ſpirandi, et illo mõ cũ ille actus et principiũ eius ſit unus ſiue unũ non põt dici q̄ ſpirent inq̃tũ plures quia principale ad ſpirationem ẽ uoluntas unica et ſpiratio unica, ſuppoſita aũt p̃ris et filii ſunt extranea et nõ principale rõne cuius ſpirant. Alio mõ ut eſt in eis cõcordia in amore mutuo et in ſpirãdo ſpũm ſc̃tm̃ ratione illius ↄcordie põt dici q̄ ſpirãt ut p̄les, ſi[r] diligũt ſe ut p̄les.

¶ CONTRA ISTAM OPINIONEM etc. Hic doc. improbat Henri. octo rõnibus. Prima. Si ſpũſſanctus ille eſt productus uoluntate ut concordi ergo eſt unus alius ſpirituſſanctus productus uoluntate fecunda ut precedit cõcordie rationẽ (quia cõcordia eſt extranea uoluntati) cõſequẽtia ꝓbatur dupliciter. Primo quicunq; hẽt oĩa requiſita ad ſpirationem et neceſſario actu agit q̃d põt, ille pro illo ſigno pro quo hẽt illa requiſita ſpirat, ſed pater et filius in priori ſigno q̃; uoluntas ſit cõcors uel q̃; uoluntas cõcors ſpiret hñt oĩa requiſita ad ſpirationem .ſ. ſuppoſita cõuenientia, principiũ perfectũ .i. infinitã uolũtatẽ cum obiecto infinito, ergo cõſequentia bona. q̄ aũt uoluntas diuina non ut actu uolens ſit principium producendi, ꝓbatur, uoluntas ut uolens nõ eſt libera, ſed ut ꝓductiua uel ſpiratiua ſpũſſancti eſt libera, ergo aſſumptum uerum. Secundo idẽ probatur, filius nõ producitur intellectu ut actu intelligẽs, ergo nec ſpũſſanctus uoluntate ut actu uolens. Secundo probatur ↄña, uoluntas habens primariũ obiectũ ſibi p̃ns magis eſt productiua ſpũſſancti q̃; habens ſecundariũ, ſed primarium obiectũ eſt eſſentia diuina, ſecundariũ eſt perſona, ergo uoluntas magis eſt ſpiratiua ſpũſſancti inquantũ hẽt eẽntiam pro obiecto q̃; iq̃tũ hẽt pſonã, ſi aũt ↄcors amor et mutuus eẽt rõ ſpirationis tunc uolũtas inq̃tũ hʒ pſonas cordiↄter amãtes ꝓ obiectis eſſet ratio ſpiratiõis. Seqtur correlarie q̄ pr̃ nõ p[o] ſpirat inq̃tũ diligit filiũ nec filius p[o] ſpirat inq̃tũ diligit pr̃m nec ſpirat inq̃tũ diligũt eẽntiã, ſed inquantũ amabilis eſt eẽntia .i. ſub ratione qua eſt hec eſſentia, quia amabilitas nõ eſt rõ ſpiraronis, ſicut nec rõ actus amandi. ¶ Secunda rõ principalis cõtra Hen. Si eẽt uoluntas in uno ſuppoſito perfecta poſſet elici actus ſpirãdi, ergo mutuitas que nece[o] requirit pluralitatẽ nõ eſt rõ ſpirationis. Añs probatur. Nã nihil plus requiritur ad actionem niſi principiũ quo perfectũ, et ſuppoſitũ cõueniens et perfectũ. ¶ Tertia rõ principalis. Si uoluntas ſub rõne cõcordis et mutui amoris eſt principiũ ſpirandi ſequitur q̄ erunt duo principia formalia ſpirandi et proxima .ſ. uoluntas fecunda et concordia mutua. ¶ Quarta rõ principalis. Inquantũ concordes ſpirare nõ eſt ut unũ principiũ ſpirare ſicut nec ut unũ ſuppoſitũ. ¶ Quinta rõ. Quero ab Hen. ſi pater ſpirat ſpũm ſc̃tm̃ ut actu amans filiũ utrũ etiã inquantũ filius redamat patrem uel tantũ ut pater diligit filiũ. Si primũ, tũc pater non eẽt ſufficiens principiũ ſed aggregato patre ad filiũ cõpleretur rõ principii ſpiratiui q̃d eſt incõueniẽs. Si detur ſecundũ, hoc flm̃ eſt, quia ut probatũ eſt ſupra ſi non eſſet amor actualis adhuc uolũtate ut uoluntas diuina nõ ut uolens ſpiraretur ſpũſſanct[9]. ¶ Sexta ratio principalis. Si illa rõ quaʒ pro ſe habet Rich. et Hen. eſſet bona .ſ. quia amor mutuus eſt iocundiſſimus et ſi non eẽt mutuus non eẽt iocundiſſimus, ſequeretur q̄ deus nõ eſſet beatus niſi amore mutuo, ſimiliter ſi eſſet una perſona ſolũ, illa non poſſet eſſe beata, quia nõ haberet amorẽ mutuũ quod falſum eſt. ¶ Septima rõ. Ad iocunditatẽ amoris facit redamatio, et noticia redamationis, et ſic ſequeretur q̄ niſi cognoſcerem me redamari nõ eſſem beatus, ſimiliter noticia redamationis eſſet magis rõ ſpirandi et cõpletiſſima q̃; uoluntas et amor uoluntatis. ¶ Octaua rõ eſt cõtra Hen. ex ꝓpriis dictis, quia quoli. 5. q. 6. tenet q̄ ſpũſſanctus diſtingueretur a filio dato q̄ ñ eſſet a filio, ex quo ſequitur ſpm̃ ſc̃tm uel nõ neceſſario requirere filiũ ad ſui productionem, et per conſequens nec amorem mutuum, uel q̄ illud dictum ſuum ſit falſum ſcilicet q̄ diſtingueretur a filio ſi non eſſet a filio.

¶ PREMISSIS ergo argumentis et formatis, reſtat nunc litteram doctoris reſoluere in dicta. Quorum primum eſt. Falſum eſt ſpm̃ ſc̃tm̃ ſpirari uoluntate ut conconditer ea ſe mutuo diligunt pater et filius. Secundũ. Quando ſuppoſitũ aliquod hẽt principiũ perfectũ producendi in aliquo ſigno nature uel originis et illud ſuppoſitũ eſt cõueniens productioni .i. non eſt illo principio productũ põt illo principio producere in eodem ſigno nature uel originis in quo habet. Nam poſſibile eſt creaturam agere in primo inſtanti ſui eſſe, ut pʒ in ſecundo libro, ergo multo magis ſuppoſitũ diuinũ põt agere pro omni ſigno in quo conuenit ſibi agere. Tertiũ. Infinita uoluntas cũ obiecto infinito preſente non impedita põt producere preter omne uelle et ante omne extraneum. Quartũ. Voluntas ut actus primus .i. in ſe ut eſt produccliua uolitionis in nobis eſt libera et productiua libere. Similiter in deo eſt prĩcipiũ libere producendi. Quintum. Actus uolendi non eſt liber .i. non eſt productiuus alicuus per modũ libertatis, tamen eſt liber ſic intelligẽdo q̄ eſt libere productus. Sextum. Actus uolendi in creaturis ẽ qualitas abſoluta et naturalis .i. ſi aliquid producit me-

re naturaliter producit. Septimũ. Si ab actu uolẽdi generatur habitus moralis, naturaliter generatur. Octauũ. Si ſpũſſanctus ſpiraretur uoluntate ut actu eſt uolens nõ libere ſpiraretur, eo ꝙ uolitio non ẽ liberũ principiũ. Nonũ. Obiectũ naturale di uini intellectus eſt duplex. ſ. primariũ et ſecundariũ. Primũ ẽ eẽntia cum eẽntialibus, ſecundũ ſunt perſone. Decimũ. Aliquid eſſe naturale obiectũ intellectus divini põt dupʳ intelligi, uel ꝙ naturalitas ſe teneat ex parte ĩtellectus diuini uel obiecti. Pri mo mõ omne ens eſt naturale obiectũ dei, quia ex rõne intelle ctus diuini ipe intellectus eſt reſpectu oĩum. Secundo mõ in eẽ obiectiuo ſimiliter eſt naturale oẽ ens, ſed in eſſe reali non. Nã in tali eſſe eſt mere contingens et per ꝯñs nõ eſt naturale obie ctũ illo mõ, ſed põt nõ eẽ obiectũ. Vndecimũ. Creaturã in eſſe cognito eſſe naturale obiectũ põt intelligi dupʳ, uel ꝙ illud eſſe cognitũ ſit ratio illius obiectiuitatis, uel ipa intellectio diuina; primo mõ falſuz eſt, ſecũdo mõ uerꝫ eſt. Duodecimũ. Pater pri us origine intelligit q; filius ſit genitus capiendo prius origine large. Nam illa prioritas dr̃ originis eo ꝙ terminatur ad filiuz genitũ cuius generatio eſt origo, eſt tñ prioritas nature. Tre decimũ. Actus intelligendi in patre nõ eſt rõ generandi filiuz. Decimũquartũ. Pater et filius prius natura, et prius origine (capiendo prius origine ut ꝓxime dictũ eſt) uolunt et amant formaliter ſe inuicẽ et eẽntiam ſuam, q; ſpirẽt ſpũmſctm̃, et tñ uolitio nõ eſt rõ formalis ſpirandi. Decimũquintũ. Quando principium aliquid agendi eſt ita perfectũ in uno ſuppoſito ſi cut in duobus, eque bene et perfecte eſt uni principiũ agendi ſi cut duobus. Decimũſextũ. Principiũ agendi nõ recipit pfectio nem ſibi cõpetentẽ a ſuppoſito ſed cõmunicat ſuppoſito. Decimũ ſeptimũ. Per principiũ agendi ſuppoſitũ eſt potens agere. De cimũoctauũ. Ex eſſe in uno uel pluribus ceteris paribus, non fit unũ numero melius, immo in uno ſic eſt perfectũ ſicut in pluri bus. Decimũnonũ. Quicquid abſolutũ et reſpectiuũ hẽt pater in primo ſigno originis qd̃ põt hr̃e a ſe hꝫ a ſe et nullum tale reci pit a filio. Et dr̃ originis nõ nature, quia licet habeat abſoluta oĩa prius natura q; filius ſit genitus, non tamen reſpectiua, quia paternitas eſt ſimul natura cũ filio, lꝫ aliquo mõ ſit prior natu rali intelligentia. Similiter relationes communes naturaliter ſunt poſteriores ſunt tñ priores origine, quia a nullo ſunt ſed filius ab alio. XX. Voluntas fecunda eſt abſolutuz in ſe, tamẽ ly fecunda importat unũ reſpectuz ꝓductiuitatis. XXI. Volũ tas fecũda prius origine eſt in pr̃e q; in filio. XXII. Mutuitas dilectionis ẽ relatio rõnis. XXIII. Nulla rl̃o rõnis preexigi tur diuie ꝓductioni ut pricipiũ illᵒ. XXIIII. In uolitiõe et oĩ actu uitali eſt una rl̃o ad obiectũ uel ad terminũ. XXV. Pa ter et filius uniformiter ſpirant ſpũmſctm̃ ſicut oẽs tres pſone ſunt oĩno unᵒ creator et uniformiter creãt qcqd creãt. XXVI Hereticũ eſt dicere pr̃em nõ eſſe beatũ formaliter in ſe ſed in filio obiectiue. XXVII. In creaturis triplex ẽ rõ amabilitatis Prima eſt bonitas honeſti uel utilis uel delectabilis. Secunda ẽ redamatio. i. ſi dilectus rediligit. Tertia ẽ qñ cognoſco ꝙ me rediligit. XXVIII. Magis amabilis ẽ creatura ex oĩbᵒ tribus q; ex uno ſolo. In diuinis aũt oppoſitũ ẽ. XXIX. Filius nõ eſt amabilior pr̃i ex redilectione q; ſine ea. XXX. Eſſentia ẽ tota rõ dilectionis perſonarum adinuicem, nec ſi una perſona redi ligit redilectio eſt alia ratio amabilitatis.

¶ QVANTVM AD ISTVM articulũ etc. Hic deter minat doctor difficultatẽ iſtam ſm̃ propriã mentem ponendo aliqua dicta. Primũ. Pater et filius ſpirant ſpm̃ſctm̃ uolunta te inquantũ omnino una. Secũdũ. Ad principiũ ut pricipium tã tum duo reqruntur. ſ. perfectio eius in ſe, et ꝙ habeatur in ſup poſito conueniente anteq; illud principiũ intelligatur hr̃e termi num. i. productũ adequatũ. Tertiũ. Voluntas prius origine eſt in pr̃e et filio q; intelligatur hr̃e terminũ adequatũ. i. ſpm̃ſctm̃ ſpiratũ. Quartũ. Voluntas concors põt intelligi dupʳ. Primo ꝙ perſone ſeinuicem diligant, qd̃ eſt concordare actu ſecundo elicito et ille amor põt uel eſſe eſſentie, uel perſonarꝫ, et debet eſſe equalis dilectio utrobiq;, ſecundo ꝙ ipſa uoluntas ſit nata utriuſq; perſone eẽ principiũ unũ in ſpirando ſpm̃ſctm̃. Pri mo mõ nõ ſpirant pr̃ et filius ſpm̃ſctm̃ ſed ſecundo modo ita ꝙ cõcordia illa nihil aliud eſt q; ipſos uniformiter eodẽ princi pio ſpirare. Quintũ. Doc. pᵐ modũ diuidit ĩ duos, quorꝫ primus ẽ amor cõcors eẽntie, ſecũdus amor cõcors pſonarũ inter ſe, iõ dicit primis duobus modis. Sextũ. Magis ſpirãt pater et filius uoluntate una q; cõcordi, quia unitas uoluntatis fecunde eſt principalis ratio, diſtinctio aũt pſonalis quã notat cõcordia ẽ acceſſoria uel extranea licet ſumme neceſſaria. Septimũ. Quã do in uno ſunt duo principia actiua que hñt ordinẽ inter ſe in agendo non eſt ꝓxime actiuũ per ſecũdũ principiũ quin prein telligatur agere per primũ principiũ. Octauũ. Pr̃ in diuinis hꝫ duo principia actiua. ſ. intellectũ et uoluntatẽ que hñt natura lem ordinẽ in agendo, et nõ põt ſpirare per uoluntatẽ niſi prein telligatur genuiſſe per intellectũ. Sequitur correlariũ, cum ad generare ſequatur duas perſonas eſſe. ſ. pr̃em et filiũ, ſequitur ꝙ ſpiratio neceſſario cõueniat utriq; perſone, qa filio pater ne ceſſario cõmunicat oĩa ſua abſoluta. Nonũ. Non eſt uoluntas fecunda in proxima potentia ad ſpirandũ niſi memoria fecun da ſit ĩ actu generãdi. Decimũ. Tota rõ quare neceſſario actᵘ ſpirandi eſt in duobus ſuppoſitis eſt ordo fecunditatũ intelle ctus et uolũtatis ad quã ſequitur, ante ſpirationẽ uim ſpirati uã. i. uoluntatẽ fecundã eſſe in filio ſicut in patre. Vndecimuz. Cum dicit Richardus dilectione mutua ſpirari ſpm̃ſctm̃, debꝫ ſic intelligi dilectione. i. uoluntate fecunda in pr̃e et filio exiſtẽ te, qua uoluntate ſe inuicẽ diligunt et eadẽ ſpirant, tñ ipa dile ctio non eſt ratio ſpirationis. Duodecimum. Si alia eſt mens, Richardᵒ debet negari, quia contradicit beato Auguſtino. Tre decimum. Auguſtinus exponitur diſtinctione. 32. in his quibus uidetur dictis contradicere.

¶ IVXTA QVESTIONEM iſtam etc. Hec eſt tertia ps huius queſtionis in qua doctor mouet difficultatem grãmati calẽ que eſt iſta, utrũ pater et filius poſſint dici unus ſpirator. Circa quã doctor plura bona dicta ponit. Primũ. In hac diffi cultate uis eſt de ſignificato termini ideo ñ multũ ẽ immorãdũ. Secundũ. Nullũ nomen uerbale denominat principiũ agendi ni ſi in ordine ad ſuppoſitũ. i. nullũ predicatur in cõcreto de prin cipio productiuo niſi in cõcretione ad ſuppoſitũ, ut ſpirator eſt cõcretũ et non denominat uoluntatẽ fecundã niſi ut in ſuppoſi to, quia uolũtas non eſt ſpirator ſed ſuppoſitũ hñs uoluntatez cui uoluntas eſt principiũ ſpirandi. Tertium. Lectio ſignificat actum legendi, tñ modus ſignificandi eſt per modum habitus et quietis qui eſt modus ſignificandi eſſentialis nominis grãmati ci. Et ſunt idem habitus et quies. Nã quia dicitur primo de ge neratione, habitibus preſentibus. i. formis acquiſitis quas inten debamus acquirere ceſſat motus. i. eſt quies, et ideo habitus ibi capitur pro quiete, et ſic cũ dr̃ per modum habitus et quietis, ly et debet exponi pro ideſt, ut ſit ſenſus, habitus ideſt quietis. Quartũ. Lector ſignificat actum legendi cũ ꝯcretione ad ſup poſitũ cui ille actus cõuenit. Quintũ. Cũ doctor dicit, ꝙ lector ſignificat principiũ huius actus in cõcreto ut denominat ſuppo ſitũ agens ly ſignificat, debet capi pro ſupponit. Nã ſignificatuz oĩum grãmaticaliũ inflexionũ et partium orationis tantũ ſunt entia rationis et ſunt modi ſignificandi etc. ideo omnes dictio nes de lectione ſiue ſint noĩa ſiue uerba ſiue participia omnia ſignificant idem, ſed non oĩa ſignificant eodem modo nec habent modos ſignificandi eoſdem. Sextum. Spirator ſignificat uim ſpi

ratiuam in cõcreto.i.in concernentia ad ſuppoſitũ. Septimum. Terminus numeralis multitudinẽ importat,ideo cũ quocunque termino cõſtruitur notat ipm̃ uel ſignificatum eius eſſe multiplex. Octauũ. Non põt ſaluari terminus numeralis cõſtruct⁹ cũ ui ſpiratiua,quia ipã eſt unica et terminus numeralis notaret eius multiplicitatẽ. Nonũ. De ui ſermõis nõ debet cõcedi ꝙ ſint duo ſpiratores. Decimũ. Principiũ ſcat actũ ꝑ modũ fluxus et fieri ſicut uerbum. Vndecimum. Illa eſt concedenda, pater et filius creant,ſimiliter illa pater et filius ſunt creantes, ſimiliter illa pater et filius ſpirant,ſimiliter illa, pater et filius ſunt ſpirantes. Sed non conceditur ꝙ ſint duo creatores uel ſpiratores,quia ſunt noĩa uerbalia et ſignificant actum per modum habitus et quietis,et non per modum actus .i. per modũ fluxus et fieri. Ecce hic dicit doc.ꝙ ſpirator et creator ſignificant actũ ideo ſupra accepit ſignificare pro ſupponere. Duodecimũ Terminus numeralis additus alteri termino cõſtructus cum eo determinat ipm̃ ſm naturam termini numeralis.i.ſignificat ipſum numerari,ut cum dicitur tres perſone ſignificat perſonã numerari. Tredecimum. Idem ſignificat ſubſtantiuũ et adiectiuum, et differunt tm̃ in modo ſignificandi. Decimumquartum.ꝙ ſanctus Tho.i.par.ſum.q.35.ar.ult.dicit propter adiacentiã uel cõcretionem ad ſuppoſita poſſe terminũ numeralẽ addi termino adiectiuo non ſubſtantiuo eo ꝙ ſuppoſita poſunt multiplicari forma manente una eſt falſum,quia ſignificant idem adiectiuũ et ſuũ propriũ ſubſtantiuũ. Decimũquintũ. Adiectiuũ ſignificat formam in adiacentia ad ſuppoſitũ,ſed ſubſtantiuũ nõ ſed hoc tantũ eſt ſecũdũ modos ſignificandi. Decimũſextum. Omne dependens ultimate habet aliquid oĩno independens qd̃ ultimate terminat dependentiam eius ideo quãdo duo dantur quorũ unũ nõ eſt ultimate independens,tũc opȝ ulterius querere aliud a quo utrunq; dependet. Decimũſeptimũ. Quando adiectiuum cõſtruitur cũ uerbo ſubſtãtiuo,illud ſubſtantiuũ terminat dependentiam illius adiectiui ſufficienter, quando aũt ſunt duo adiectiua neutrum ſufficienter terminat dependentiam alterius,ſed opȝ aliud querere. Decimumoctauum. Dicẽdo duo ſpiratores,ly duo hȝ ſubſtantiuũ ſuum ſufficienter terminans dependentiã eius ideo denotatur ſpirator multiplicari ꝑ ly duo, ſed cũ dicitur duo ſpirantes,utrũq; eſt adiectiuum,ideo oportet querere ſubſtantiuum qd̃ eſt ly perſone uel aliqui,ſimiliter tres creantes ſubintelligitur aliqui uel perſone. Decimumnonũ. In diuinis adiectiuũ maſculinũ per ſe poſitũ hẽt ſubſtantiuum ſubintellectũ.ſ.quis uel perſona. XX. Vſitate maſculinũ et femininum non ſunt ſubſtantiua, ſed ſolum in neutro genere, tñ in diuinis nomina maſc.uel fe.generis bene ſunt adiectiua,quia perſone ſunt ultima ſubſiſtentia ideo hñtur loco ſubſtantiui. XXI. cũ dicitur pater et filius non ſunt unus ly unus eſt adiectiuũ et ſubĩtelligitur quis ꝓ ſubſtãtiuo uel ꝑſona,ut ſit ſenſus pater et filius nõ ſunt unus quis uel una perſona. XXII. Non ſequitur diſtinctio ꝯñtis ad diſtinctionẽ añcedentis ſi illud cõſequens ſimpl̾r ſeqtur ad añs ſimpliciter ut non ſequitur, ſicut ſequitur unus ſpirans ergo unus ſpirator,ſic ſequitur duo ſpirantes ergo duo ſpiratores. Hec regula procedit de formalitate ꝯñe,tñ quãdo cõſequens diſtinguitur in antecedente beneſequitur ut ſicut ſequitur,unus homo ergo unũ aĩal ſic ſequitur duo homines ergo duo aĩalia,quia ly aĩal quod eſt ꝯñs diſtinguitur in añte.i.hoĩe. In propoſito aũt ſuppoſita ſpirãtia multiplicantur et perſona ſiue ſpirans diſtĩguitur in patre et filio, ideo bene põt dici,unus ſpirans et duo ſpirantes. Sed quia ſpiratiuũ principiũ.i.uoluntas quam notat ly ſpirator non numeratur nec diſtinguitur in patre et filio non poteſt dici duo. XXIII. Quando arguitur a diſtinctione añtis ad diſtinctionem cõſequentis eſt fallacia cõſequentis,ut ſic arguendo ſicut unus ſpirãs ita unus ſpirator,ergo ſicut duo ſpirantes ita duo ſpiratores. XXIIII. Multe auctoritates ſanctorum non ſunt uere de uirtute ſermonis ſed debẽt exponi. XXV. Si inuenitur illa propoſitio in doctorib⁹,ꝙ pater et filius ſint duo ſpiratores debet exponi ꝙ ly ſpirator capiatur large pro ſpirante.

¶ AD ARGVMENTA etc. Nunc expedito corpore queſtionis cauda reſtat abſcindenda. Et fiunt tria argumenta pro illa parte,ꝙ pater et filius ut diſtincti ſint principiũ ſpũſſancti. Primũ eſt tale. Oĩs nexus eſt diſtinctoꝝ, ſpũſſanctus eſt nexus pr̃is et filii ergo ut diſtincti ſpirãt ſpm̃ſctm̃. ¶ Ad hoc rñdet doc.diſtinguendo de nexu,quia capitur dupliciter. Vno mõ proprie pro reali nexu aliquoꝝ. Alio mõ metaphorice pro aliquali cõuenientia aliquoꝝ ſicut hic,ſpiratio actiua eſt unica in patre et filio qua ſpiratur ſpũſſanctus, ideo pr̃ et filius dicuntur necti in ſpũſctõ. Similiter quia perſona ſpũſcti ẽ una et pater et filius ſpirãt uniformiter ſpm̃ſctm̃,ideo ẽt dicuntur pater et filius necti in ſpũſctõ. Ad formã g° argumẽti. Maior ẽ uera de nexu p° mõ ñ ſo mõ,mõ de nexu ſo mõ ẽ ad ꝓpoſitũ, nõ de nexu p°°. ¶ Secũdũ argumẽtũ. Actio ẽ ſuppoſiti,g° duorum ſuppoſitorũ nõ eſt una actio. Seqtur ꝙ pater et filius ut diſtincti ſpirãt. ¶ Ad hoc rñdet doc.ponendo aliqua dicta. Primũ. Illa eſt falſa ſi uniuerſaliter intelligatur actio eſt ſuppoſiti ſed bene illa eſt uera actio eſt ſingularis per ſe exiſtentis. Secundũ. Licet pulchre dici poſſet,ꝙ ſicut hic deus eſt coĩs tribus ꝑſonis ſic ſit hic ſpirator coĩs patri et filio,et ſicut hic deus non eſt certũ ſuppoſitũ.i.non eſt ĩ ſe ſuppoſitũ q̃uis ſit idẽ realiter tribus ſuppoſitis ſic etiam hic ſpirator eſſet ſingulare non ſuppoſitũ,cõe tamen duobus ſuppoſitis.ſ.patri et filio. Simil̾r ſicut tota trinitas nõ ẽ ſuppoſitũ,et tñ unica creatiõe creat. ſic hic,ſpirator unica ſpiratione ſpirat, et tñ nõ ẽ certũ ſuppoſitũ. Sȝ hoc falſe dicitur qa ſi eſſet hic ſpirator coĩs qui ſpiraret ſpiritũſanctũ ipẽ realiter referretur ad ſpũmſctm̃. Et quia eſſet prior patre et filio qa eſſet improduct⁹,ſequeretur ꝙ ante patrem filiũ et ſpm̃ſctm̃ eſſet aliquod relatiuũ ad intra qd̃ nõ eſſet perſona. Tertiũ. Oĩs relatio realis ad intra eſt ſolius perſone.i.nihil aliud q̃; perſona refertur relatione ad intra, tamẽ ad extra hic deus refertur ad creaturas ut creator, ſed illa relatio nõ eſt realis relatio ſed rõnis,ut patebit diſt.30. Quartum. Actio ultimate denominat.i.in concreto predicatur tantũ de ſuppoſito uel de habente modũ ſuppoſiti.i.de per ſe exiſtente ſiue ſit naturaliter ſiue ſupernaturaliter ut eſt aĩa intellectiua ſeparata uel accidentia in euchariſtia. Quintũ. Accidẽtia illa et aĩa ſeparata per ſe exiſtunt ſed non incõmunicabiliter exiſtũt,quia nata ſunt in eſſe et ĩformare. Sextũ. Nulla forma denominat ſubiectũ nec ſua eſſentia nec actionibus ſuis niſi actu informet,ut corpus non põt dici aĩatũ niſi de facto aĩa ſit in corpore,et informet ipſum quia nõ ſufficit eſſe ĩ corpore ſicut et ſepe aĩa poſt mortem in corpe ſuo exiſtit et punitur in ipſo,quia tñ nõ informat corpus ideo non denominat corpus.i. nomẽ ſuũ nõ tribuit corpori in cõcretiua predicatiõe. Septimũ. Sicut forma exiſtens in corpore uel ſubiecto dat ſubiecto illi nomẽ ſuũ in cõcreto,ut hõ dr̃ albus ſic etiã nomẽ actionũ ſuarũ tribuit ei et paſſionũ ſuaꝝ,ut hõ uidetur,homo immutat uiſus etc. Octauũ. Predicatio actionis in cõcreto põt fieri de forma que ẽ in ſubiecto,ut albedo uidetur et immutat uiſum, tñ illa denominatio non eſt ultima,ſed qñ ſubiicitur ſubiectũ in quo ẽ accñs illud in talibus ꝓpoſitionibus tũc ẽ ultima denominatio. ut homo uidetur etc. Nonũ. Subſtantie et ſubiecta habent a forma illam denominationẽ,ideo principaliter et proprie de forma uerificantur denominationes niſi uocabulum ꝑꝑ modũ ſignificandi repugnaret forme et cõueniret ſubiecto. Decimũ. Quãdo una forma eẽt in decem ſubiectis et haberet aliquã actionẽ

propriam, ſicut aľcedo immutat uiſum illa unica actio denominaret oĩa ſubiecta unica denominatiõe, ut ſicut pr̃ et filius una ſpiratiõe ſpirant, ſic hec decẽ ſubiecta una ĩmutatione immutarent uiſum. Nunc ad formã argumẽti. Cũ arguitur. Actio ẽ ſuppoſiti ergo pluriũ ſuppoſitoꝝ ſunt plures actiones, negat cõſequentiã, quia actio illa nõ nũeratur nec multiplicatur nec diuiditur in ſuppoſitis, et eſt in ualore eadẽ ſolutio que eſt data in fine corporis queſtionis. Vndecimũ. Aliqñ una res hẽt multas rõnes agendi. i. includit plures rõnes agendi. ſ. multas potẽtias que pñt denominari actionibus ſuis ac ſi eẽnt forme realiter diſtincte. ¶ Tertiũ argumentũ. Si pater et filius producunt ſpm̃ ſctm̃ inquantũ ſunt unũ, uel ergo ut unũ in eẽntia uł perſona uel ui ſpiratiua, nõ primo mõ, qa tũc ſpiritusſanctus ꝓduceret ſe quia eſt eẽntialiter idẽ cũ pr̃e et filio, nõ ſecũdo mõ, quia ut ſic non ſunt unũ, nec tertio mõ, quia ſi pp̃ unitatẽ principii perſone debent dici unũ principiũ ergo pp̃ pluralitatẽ principii põt una perſona dici plura principia. Cum ergo pater habeat uim generãdi et ſpirãdi, ipẽ deberet dici duo principia. ¶ Ad hoc rñdet doctor concedendo tertium membrum diuiſionis, incõueniens autem quod infert negat. Nã pluralitas ſuppoſitoꝝ requireretur ad hoc ꝙ pater diceretur duo pricipia uel duo ꝓducẽtia, de quo in tertio libro diſtinctione prima.

## Queſtio. Secunda.

SECVNDO QVERO VTRVM PATER etc. Hec eſt ſecunda queſtio huius diſtinctionis. In qua doctor querit utrũ pater et filius uniformiter ſpirent ſpm̃ ſctm̃. ¶ In quo titulo omnes termini ſunt declarati preter unũ. ſ. uniformiter. Vbi notandũ, ꝙ uniformiter ſpirare eſt eadẽ ui eque pfecte ſpirare ſine dependentia et in perfectione. ¶ Corpus huius queſtionis conſiſtit in paucis dictis. Primũ. Actus tripliciter cõſideratur. primo in ſe. ſecundo inquantũ aliquid ipſo eſt actũ. i. productum. tertio inquantũ fit ab aliquo ſuppoſito uel aliquibus ſuppoſitis uel ſingularibus. Secundũ. Vniformitas notat diſtinctionem, ideo cõſiderando actũ ſpirandi primis duobus modis eſt unitas numeralis nõ uniformitas proprie quia eſt ſine diſtinctione. Nã ſpiratio actiua in ſe eſt una et ſpiritus ſpiratus ſimiliter unus. Tertiũ. Filius hꝫ uim ſpiratiuã a pr̃e, iõ pater prius origine. i. a ſe habendo uim illã et a nullo alio ſuppoſito ſpirat, ſꝫ filius poſteri⁹ origine ſpirat quia uim illã ſpirandi hẽt a pr̃e. Quartũ. Non ſeʳ. filius poſteri⁹ origine ſpirat et pater prius origine ſpirat ergo ſimpliciter et realiter prius ſpiratur ſpiritusſanctus a pr̃e q̃ꝫ a filio, quia illa ſigna prioris et poſterioris non ſunt in re ſed ſolum ĩ itellectu quia in re eſt oĩmoda unitas ſpirationis. Quintũ. Simile eſt ſicut ſi idẽ effectus numero eſt a deo et creatura ille effectus eſt prius a deo q̃ꝫ a creatura. i. independẽter, non tñ duratione nec realiter ẽ prius a deo q̃ꝫ a creatura. Sextũ. Pater prius natura et origine generat q̃ꝫ ſpiret, et dr̃ natura, quia ex rõnibus farmalibus gñationis et ſpirationis, eſt ille ordo. Dicitur origine eo ꝙ generatio et ſpiratio ſunt origines, ideo capitur large prius origine. Septimuꝫ. Non eſt ſimile de generare et ſpirare pr̃is ex una parte, et de ſpirare patris et filii ex alia parte. Nã idẽ pater utrũq; facit, ordinate tñ, quia prius generat poſtea ſpirat ordine nature et ordine quodãmõ reali, ſed pr̃ et filius ſimul ſpirãt, ſpm̃ ſctm̃ realiter ſine ordine nature et reali ex parte ſpirationis, licet iter patrẽ et filiũ ſit ordo realis. Octauũ. Iſte eſt ordo ad ꝓpoſitum intelligendũ, quia primo in patre eſt ſecunditas generãdi et ſpirandi a ſe, ſecundo pater generat et filius ſimul hꝫ uim ſpirandi, tertio pater et filius ſimul ſpirant cuꝫ ſolo illo ordine, quia pater habet a ſe ſuũ ſpirare, filius habet a patre. Nonũ. Non ẽ ordo originis inter ſpirationẽ patris et filii, quia illa eſt unica in re, et ordinata ordine originis ſunt realiter diſtincta ſi proprie capitur ordo originis, tñ inter patrẽ ſpirantẽ et filiũ ſpirãtem eſt ordo orignis proprie, et inter hr̃e ſpirationẽ in patre et filio eſt ordo originis, quia eſt in patre a ſe, et in filio a patre. Decimum. ꝙ doc. dicit, ꝙ pater in ſecundo ſigno originis ſpirat a ſe, filius nõ aˢ ſe ſecundũ ſignũ dicit uel intelligit inter tria ꝓxime noiata que ſunt ſigna nature tñ dicit ea eſſe ſigna originis. i. originationis perſonarũ. In illo aũt ſigno ſecundo eſt duplex ſignũ originis quia. ſ. pater a ſe ſpirat, filius non. Vndecimum. Si uoluntas fecunda habuiſſet productũ adequatũ ante q̃ꝫ fuit cõicata filio, filius non potuiſſet uolũtate produxiſſe ſpiritũſanctũ cum patre ſicut nec ſpiritusſanctus, qui licet habeat uoluntatem fecũdã, qa tñ ipa uolũtas fecunda preĩtelligit̃ hr̃e ꝓductũ adequatũ anteq; ſit ſibi uolũtas cõicata, qđ ꝓductũ ipſe eſt, ideo nõ põt ꝓducere per illã uolũtatẽ, ſecus ẽ de filio.

¶ PRO SOLVTIONE ARGVmentorũ. Notandum primo ꝙ principaliter pater ſpirat intelligendo principaliter. i. a ſe. Secũdo intelligẽdo principalr̃ ut dicit auctoritatẽ. i. quia filio cõicauit, ſed nõ intelligendo ꝙ filius ſit ſecũdarius ſpirans. Tertio. Alexander de alexãdria. i. lib. di. 12. q. 2. et ſctũs Bona. in preſenti diſt. q. 2. in fine, et in tertio dubio litterali ¶nt patrẽ ſpirare principaliter et principalius ſed filiũ tm̃ pricipaliter, quia pr̃ habet auctoritatẽ. i. fecunditatem reſpectu filii et ſpiritusſancti, ſed filius tm̃ hẽt auctoritatẽ. i. fecunditatem reſpectu ſpũſſancti. Sed. Gulielmus uarro cõtradicit illis doctoribus negando, quia cõparatio proprie dicta debet eẽ in aliquo uno qđ ſit in utroq; cõparatoꝝ, ſed patrẽ principalius ſpirare nullam unã formã dicit in pr̃e et filio, nã in ſolo pr̃e eſt principalitas qa ideꝫ eſt principalr̃ ſpirare qđ a ſe ſpirare, ſed a ſe ſpirare nõ eſt in filio. Notandũ aũt ꝙ quotiens doc. ſubtilis narrat opinionem ſancti Bonauẽ. uel defendit eã uel ſi nõ placet ſibi ipſe ad minus non improbat eam, ſic facit hic, ipẽ adducit aduerſariũ. s. Boneuẽ. quaſi diceret. Mihi charus es, te nõ improbabo, quia tñ neceſſitas eſt declarandi tuã cõcluſionẽ alteri cõmittere curaui. Nihilominus tñ opinio Bonauẽ. bene ſtat, quia licet ſibi exponere uocabula ſua, ſicut Aug. qui ly principalr̃ exponit ut placuit, ſic ẽt. s. Bonauẽ. exponit uocabulũ illud principalius ad uoluntatẽ ſuã. Per hoc eſt ſolutũ primũ argumentũ qđ innititur auctoritati Aug. ¶ Secundũ argumentũ innititur auctoritati Iero. dicentis. ſpm̃ ſctm̃ proprie per filiũ a pr̃e ſpirari. ¶ Pro ſolutione notandũ ꝙ proprie capitur tripliciter. Vno mõ ut idẽ eſt qđ nõ coiter. Secũdo ut idẽ eſt qđ nõ improprie uel nõ abuſiue. Tertio ut idẽ eſt qđ appropriate, et ſic pater proprie ſpirat pp̃ auctoritatẽ. i. fecunditatẽ q̃ꝫ a ſe hẽt. Secundo notandũ ꝙ proprie ſpirare ſi idẽ eſt qđ non improprie, illo mõ filius proprie ſpirat, ſi aũt idẽ eſt qđ nõ coiter, illo mõ nõ proprie ſpirat nec ẽt pater, quia pr̃ et filius coiter ſpirant. Si aũt capitur pro appropriate tũc ſolus pater ꝓprie ſpirat. Tertio notandũ ꝙ ſpirationẽ eſſe cõem põt duplr̃ intelligi uel predicatione uel realitate ſiue in eẽ reali. Vtroq; mõ eſt uerũ. Quarto notandũ ꝙ proprietarius dr̃ ille qui habendo rẽ nullo mõ depẽdet ab alio, ſed uſuarius qui utendo re dependet ab alio, et ille ñ eſt proprietarius. Quinto notandũ, quia pr̃ in habendo uim ſpiratiuã et actũ ſpirandi a nullo dependet ſed hẽt a ſe ipo, ideo proprie dr̃ ſpirare, ſecus eſt de filio, tñ ſpirat proprie ſi proprie idẽ eſt qđ pfecte ſpirare. ¶ Tertiũ argumentum innititur auctoritati Hylarii. qui orat ad deũ patrẽ di. ꝓmerear ſpm̃ ſctm̃ qui a te eſt per unigenitũ, et ſic uult ꝙ ſpiritusſanctus ſit a pr̃e per filium et per ꝯñs non uniformiter.

¶ Pro cuius ſolutiõe doc. notat ꝙ hec prepoſitio per. poteſt cõſtrui cũ uerbo tranſitiuo uel intranſitiuo uel abſoluto. Primo

mõ notatur ſubauctoritas in caſuali ꝑpoſitionis, ut pr̃ creat ꝑ filiũ. Secundo mõ notatur auctoritas. i. principalis cauſalitas et hoc uel efficientie ſicut hõ uiuit per deũ, uel cauſe formalis, ut hõ ſapit per ſapientiam. Ad Hylariũ ergo dicendũ ꝙ ly per unigenitũ dicit auctoritatẽ in pr̃e, ſ; non efficientie tñ productiuitatis, ſimiliter ſm mẽtẽ Scoti dicit ſubauctoritatẽ in filio. ¶ Quartũ argumentũ innititur auctoritati Richar. ꝙ dicit ſpiritũſanctũ procedere a patre mediate et immediate ſed a filio tm̃ immediate. ¶ Pro cuius ſolutione doc. notat. ꝙ pr̃ ſpirat ualuntate ſua propria ſpm̃ ſctm̃ ideo immediate ſpirat. Similiter qa cõmunicat filio eandẽ uoluntatem, ideo dr̃ mediate filio ſpirare. Filius aũt eo ꝙ ꝑ propriã uoluntatẽ ſpirat dr̃ immediate ſpirare, et quia nulli cõmunicat uim ſpirãdi, ideo non dr̃ mediate ſpirare. Secundo notat ꝙ in hoc nõ debꝫ intelligi ꝑfectio maior uel minor ſiue aliquid qđ notat diuerſitatem in actu ſpirandi, ſed tm̃ alius modus ſignificandi eandẽ unitatem ſpirandi. Tertio notat hr̃e a ſe et ab alio ſunt tm̃ modi habendi. ¶ Quintũ argumẽtũ. Oĩs cã prima plus influit. i. plus agit q̃ ſecunda, ſed pr̃ eſt prius producens q̃ filius, ergo plus et ꝑ ꝯñs difformiter a filio ꝑducit. ¶ Doc. rñdet, negando maiorẽ ad propoſitum, quia ipſa ſolum eſt uera in cauſis eſſentialiter ordinatis et eſſentialiter diſtinctis, ſic nõ eſt hic. Similiter patet qua prioritate pater ſpirat et qua non.

## DISTINCTIO. TREDECIMA.

POST HEC. CONSIDERANDVM EST QVANTVM A talibus etc. Hec ẽ diſtĩctio tredecima primi libri. In qua doc. agit de diſtinctione generationis et ſpirationis et contentatur unica queſtione cuius titulus is eſt. Vtrũ generatio ſit ſpiratio uel diſtinguatur ab ea. Termini eius omnes ſunt declarati ſupra. Queſtio iſta hẽt tres partes ſicut alie. ſ. caput, corpus, et caudã. In corpore queſtionis duo tangũtur. Primũ eſt quid circa eam ſenſerint alii, et improbatio eoꝝ. Secundũ eſt determinatio queſtionis ſm mentẽ ꝓpriã. ibi ad queſtionẽ reſpõdeo. ¶ Circa primã partẽ, primo ponitur opinio Egidii diſtinctione preſenti. ar. 2. et Guilielmi uarronis in p̃nti diſtinctiõe que ponit productiones diſtingui per terminos. i. per perſonas quas uocãt formales terminos. i. proprie dictos terminos, et quia eẽntia nõ eſt producta ideo eã non uocãt terminũ formalẽ. Probant. Motus diſtinguũtur per terminos. i. quot ſunt termini tot ſunt motus quinto phyſicoꝝ. ſed productiones ſunt quaſi mot⁹, ergo opinio uera. Dicitur in minori quaſi motus, quia non ſunt ueri motus nec mutatiões, ſunt tñ quaſi uie ad ꝑſonas. ¶ Cõtra hanc opinionẽ doc. ſic arguit. Nihil diſtinguitur ab aliquo a quo non hꝫ eſſe, ſed productiones nõ hẽnt eſſe a perſonis, ergo etc. Secundo, ſic. Nunq̃ motus diſtinguũtur ꝑ terminos niſi terminus et forma fluẽs ſint eiuſdẽ rõnis, ut probatũ eſt fo. 58. co. 4. ſed productiones que ſunt forme fluentes nõ ſunt eiuſdẽ rõnis cũ formali termino qui eſt eẽntia abſoluta cũ productiões ſint rlones. ¶ Secunda opinio eſt. s. Tho. i. par. ſum. q. 35. arti. 2. in ſolutione ultimi argumẽti, que dicit ꝑductiones diſtingui per hoc ꝙ gñatio eſt ab una perſona. i. ſolo patre ſed ſpiratio eſt a duabus. ¶ Cõtra hãc opinionẽ doc. arguit ſic. Primo. Eſſe in diuerſis ſuppoſitis nõ arguit eẽ diuerſuꝫ, quia albedo eiuſdem rõnis eſt in lapide et equo et eodẽ mõ immutat uiſum, ſimiliter ſi eẽt una in. io. ſubſtantiis eodẽ mõ immutaret uiſum. ergo per eẽ ab una et duabus nõ diſtinguũtur productiones niſi alias ſint diſtincte. Secundo ſic. Si nulla alia diſtinctio eſt ſequtur poſſe infinitas ꝑſonas eẽ, quia tertia eẽt a quatuor, et quarta a quinq; perſonis et ſic de aliis. Tertio ſic. Oĩs diſtinctio hẽt extrema diſtincta primo diuerſa uel ſaltẽ ultimate reducunẽ ad primo diuerſa que ſunt rõ fundamentalis quare ſic diſtinguuntur, ergo ſimiliter hic opꝫ dare ſed unitas et pluralitas ſiue eẽ ab una et duabus non eſt tale. ſ. primo diuerſa, probatur, quia primo diuerſa ſunt illa que ſe ipſis ſunt diſtincta ſi per impoſſibile oẽ aliud non eẽt adhuc eſſent diſtincta, ſed ſic non eſt de illis. ¶ Tertia opinio eſt Goff. de fontibus quoli. 3. q. 3. q. ponit diſtinctionẽ productionũ ex hoc quia ſpiratio eſt cum generatione actiua in pr̃e, et cũ paſſiua in filio, ſed generatio nõ ẽ talis, ergo ſunt diſtincte, ꝯñam probat, quia quãdo ſunt alique relationes diſparate. i. non correlatiue ſiue correlationes nec eſt aliqua ſuꝑioritas uel inferioritas inter eas tunc diſtinctio earũ habetur per oppoſitas relationes. i. per correlationes, qa ſi utraq; correlatio cõpatitur ſecũ illã diſparatã relationẽ tũc ip̃a eſt diſtincta ab oĩbus illis. i. ab utraq; correlatiõe. ¶ Contra hanc opinionẽ arguit doc. ſic. Stante hac opinione poſſent eẽ infinite perſone quia ſemp poſterior relatio ſtaret cũ oĩbus p̃cedentibus. Secũdo ſic. Stare cũ una tm̃ uel ſtare cũ oppoſitis ñ eſt prima rõ diſtinguendi, ſed hic queritur prima rõ diſtinguẽdi. Tertio ſic. Diſtinctio et entitas generationis et ſpirationis ẽ cã quare generatio actiua et paſſiua cõpatiuntur ſpirationem et gñatio actiua nõ cõpatitur, ergo nõ ecõuerſo illa cõpoſſibilitas uel incõpoſſibilitas eſt rõ diſtinctionis. Añs pꝫ, quia tota rõ quare aliq̃ ſunt ꝯpoſſibilia uel incõpoſſibilia ẽ rõ et entitas cuiuſlibet cõpoſſibiliũ, uł icõpoſſibiliũ qa. n. hoc ẽ tale, et illud tale, nõ ſunt cõpoſſibilia uel incõpoſſibilia. Quarto ſic. Aliqua prior rõ diſtinctionis põt dari, ergo tua rõ non eſt prima, añs pꝫ, quia principia productiua a quibus ille ꝑductiones hñt eſſe ſunt diſtincta, ergo per ip̃a principia diſtinguuntur. Similiter modus producendi eſt cã diſtinctionis et prior cã q̃ tua cã, qa generatio eſt per modũ nature, et ſpiratio per modũ uolũtatis. Goff. rñdet, negãdo ꝙ gñatio ſit per modũ nature, et ſpiratio ꝑ modũ uolũtatis, et cõcedendo ꝙ ſunt ſimiles talibus. Nam naturalis productio in creaturis nullã p̃ſupponit et ſimiliter generatio in diuinis, ideo generatio in diuinis dr̃ naturalis tm̃ eo ꝙ nullam aliã ꝑductionẽ preſupponit. Simile eſt de ꝑductione ꝑ modũ uolũtatis, quia illa in creaturis p̃ſupponit aliã. et ſimilr ſpiratio in diuinis p̃ſupponit generationẽ, ideo dr̃ ꝑ modum uoluntatis. ¶ Contra hoc arguit doc. primo ſic. Oẽs ſancti ponũt filiũ ex ui productionis ſue eẽ filiũ et imaginẽ, ergo proprie ꝑducitur ꝑ modũ nature. Secũdo ſic. Nõ poſſet aſſignari rõ quare filius magis eſt filius ex ui ꝑductionis ſue q̃ ſpũſſanctus, uł ecõuerſo quare ſpũſſanctus magis eſt ſpũſſanctus ex ui ꝑductionis ſue q̃ filius. Tertio ſic. Nõ ſolũ productio per modum uolũtatis p̃ſupponit aliã, ſed ẽt productio per modũ artis. Si ergo p̃ſuppoſitio eſt cã quare ſpũſſanctus dr̃ ꝑcedere per modũ uoluntatis, ergo etiã debet dici ꝑcedere per modũ artis. ꝙ autem artificialis ꝑductio p̃ſupponat aliã pꝫ, quia p̃ſupponit ꝑductionem uerbi interioris. i. intellectionis dirigentis opus artificis uel ip̃m artificẽ in opando, ſed falſum eſt ꝙ procedat ſpũſſanctus per modũ artis. quia filio attribuitur a doctoribus eſſe artem patris. Quarto ſic. In deo proprie eſt intellectus et uoluntas q̃ ex ratione ſua formali ſunt ꝑductiua, ergo potiſſime in deo ubi ſunt ꝑfectiſſime, ſed intellectus uere ꝑducit per modum nature, et uoluntas per modũ uoluntatis, ergo ꝓprie filius ꝑducitur per modũ nature, et ſpũſſanctus per modum uoluntatis. ¶ Quarta opinio eſt. s. Tho. i. par. ſum. q. 27. ar. 4. in ſolutiõe primi argumenti que ponit ꝑductiones diſtingui per hoc ꝙ generatio eſt prior et ſpiratio poſterior. ¶ Contra hanc arguit doc. illã cãm nõ eſſe primam cãm diſtinctionis, ſed prima ratio

diſtinctionis hic queritur. Secundo ſic. Nunq̄; una relatio diſti
guitur primo p aliā relationē, ſed relationes prioris et poſte
rioris ſunt alie a ꝓductionibus, ergo etc. maior ꝓbatur, quia il
le alie relationes diſtinguūtur per abſoluta, g° et ille que di
ſtinguuntur per illas ultimate etiā diſtinguuntur p abſoluta,
minor ꝓbatur, qn̄ ſunt diuerſi termini aliquaꝝ relationū ipē di
ſtinguūtur, ſed ille ſunt huiuſmodi, g° minor uera, minor illi⁹
ꝓbationis p3, qa ꝓductio h3 pſonas pro terminis, ſed prioritas
et poſterioritas hn̄t productiones, g° ſunt alii termini. ¶ Qui
ta opinio eſt Hen. in ſum. ar. 28. q. 7. que ponit ꝓductiones diui
nas diſtingui per principia formalia ꝓducendi, que ſunt rela
tiones pſonaꝝ producentiū. ſ. uis ſpiratiua, et uis generandi. S3
hec opinio improbata eſt diſt. 7. ¶ Sexta opinio eſt eiuſdem
Hen. quoli. 5. q. i. que ponit productiones illas diſtngui per natu
ram et uoluntatē que diſtinguūtur ſolū rōne l3 principient di
ſtinctas productiones. ¶ Contra iſtā opinionem doc. arguit.
Primo ſic. Nulla diſtinctio realis neceſſario preexigit diſtin
ctionē rōnis, ſed ille ꝓductiones neceſſario preexigūt diſtinctio
nē principiorū, ergo principia elicitiua nō diſtinguūtur ſolum
rōne. Iſti rōni datur inſtantia negando maiorē. Nā diſtinctio
realis creaturaꝝ neceſſario preexigit diſtinctionē ideaꝝ i mē
te diuina. Hanc iſtantiā excludendo. primo maior cōfirmatur.
ſecundo ipā inſtantia excluditur. primo mō exponitur maior.
Nā ipā ſic debet intelligi, diſtinctio rōnis in cā nō eſt ꝓprie rō
realis diſtinctionis in effectu ita q̄ ſint rōnes cauſandi. Tunc
arguit ſic. Sit cā. a. rōnes ſub quib⁹ cauſat ſint. b. c. effectus ſint
d. e. Si. a. inquantū hēt. b. et. c. eſt propria rō cauſandi. d. et. e. g°
ens rōnis eſſet per ſe principiū entis realis, ꝯn̄a p3, quia. b. c. ſunt
tm̄ entia rōnis in intellectu exiſtentia. Sed nullū eſſe diminu
tū eſt ꝓpria rō eēndi enti reali nec cā ꝓpria alicuius effectus
realis. Si dicas, ens rōnis l3 in ſe ſit ens diminutū tn̄ quia in in
tellectu eſt ideo participatiue uel denoiatiue dr̄ habere eſſe ip
ſius intellectus. Cōtra. Si diſtinctio nature et uoluntatis uel ēt
entitas intellectus et uoluntatis ut diſtincta ſunt ſolum princi
pia uirtute intellectus, tūc ipſis in propriis entitatibus nō con
uenit actio ſed ſolū intellectui, l3 attribuatur ipſis actio extrin
ſeca denominatione. Si dicas, q̄ obiectū cognitū inquantum co
gnitū eſt realiter actiuū circunſcripto intellectu in quo eſt. i. nō
agente intellectu. Contra, ergo quod nihil eſt realiter agit quia
tale obiectū in tali eſſe nihil eſt. Nā pōt eē in intellectu dato q̄
nullū eſſe reale hēat. Si dicas. Quicquid cognoſcitur a diuino
intellectu intuitiue cognoſcitur. ergo realiter exiſtit. Contra. b.
et. c. ſunt in eēntia ut cognita nō ut exiſtit, quia ut ſic nullū ens
rōnis in ea cātur. An̄s aūt eſt uerū et ꝯn̄a non ualet, quia intel
lectus diuinus intuitiue cognoſcit oīa per eēntiā, dato q̄ nō exi
ſtant obiecta cognita. Secundo ſic. eēntia tam in pr̄e q̄; in filio
ē naturaliter prior itellectione ſui, ergo eēntia ut in filio ē ſic
prior et per ꝯn̄s nulla relatio rōnis p̄exigitur filio uel genera
tioni filii cū oīs talis relatio per actū intelligendi ꝓducatur.
Si dicas, q̄ ut in filio ſeqtur relationes rōnis licet ut in pr̄e pre
cedat. Contra. Et eſt tertia rō, omnis per ſe rō cauſandi eſt p
ſe una, ſed ex. b. et. a. uel ex. a. et. c. nihil per ſe unū fit, ergo a ſub
rōne. b. uel. c. non eſt. per ſe rō cāndi, dato ergo q̄ in filio ſeque
retur eēntia relationes rōnis in pr̄e, adhuc tn̄ pr̄ inquantū pro
ducit filiū et ſpm̄ſctm̄ non hēt illas relationes et per ꝯn̄s ſub
illis non eſt pricipiū productiuū filii et ſpūſſancti. Preterea rō
producendi pſonas diuinā eſt infinita formaliter ſed nulla re
latio eſt formaliter infinita g° nulla relatio eſt rō producen
di. Quarto ſic, relatio rōnis nec ē formaliter nec realiter ides
alicui in diuinis ergo nō eſt principium producendi.

¶ ILLAM ISTANTIAM EXcludēdo. Cōfirmata ma
iore etc. nunc. doc. inſtantiam de ideis excludit dupliciter. Pri
mo quia in artificialibus ideo idea p̄exigitur quia eē cognitum
ideati nece° prius eſt eē reali eius, ſed in productione natura
li nō eſt ſimile qa ibi nō op3 eē cognitū p̄cedere eē reale produ
cibilis rei. Secūdo ſic falſum ē q̄ diſtinctio idearū nece° p̄ſuppo
natur diſtinctioni creaturarū, ſic intelligendo q̄ illa diſtīctio
ſit rō cātionis. i. principiū productiuū. ¶ Septima opi. eſt fr̄is
Adde li. i. di. 6. q. i. arti. 2. que ponit eēntiā ſub rōne oīno una eē
principiū utriuſq; ꝓductionis eo q̄ eſt illimitata, et p ꝯn̄s qd̄
alia diſperſim pn̄t, ipſa ſub unitate pōt ſine oī diſtinctione ex
parte rei uel ex natura rei. Probat, qa inquirendo ſimpliciter
primū in diuinis repritur eēntia et in ea op3 dicere radicaliter
oīa cōtineri que ſunt ad intra, et nō cū diſtinctione quia ſuppo
nimus q̄ ipā ut oīno unū ſit primū ſic. ¶ Cōtra. Seqtur q̄ nō ē
una ꝓductio per modū nature et alia per modū uolūtatis ſiue
libertatis. Si^r ſe^r q̄ cū memoria fecūda et uolūtas fecūda ex
rōnibus ſuis formalibus ſint productiue q̄ pp duas pſonas pro
ductas per eēntiā ut oīno una ē, eēnt alie due producte per me
moriā et uolūtatē fecundā. Si dr̄ in re non eſſe memoriā uel in
tellectū infinitū nec uolūtatē infinitā ſed ſolū per itellectū. Cō
tra, g° intellectus diſtinguit ab eſſentia, qa eēntia nō diſtinguit
ſm̄ re et intellectus diſtinguit, ergo cōſequens illaꝝ ueꝝ. Prete
rea deus eſt for^r btūs intellectione et uolitione et nō ē forma
liter btūs relationib⁹ ergo itellectio et uolitio non ſunt rl̄ones
rōnis. Preterea, ſi intellectus nō eſt ex natura rei in diuinis g°
nō eſt perfectio ſimpliciter, ſimiliter multa alia de quibus Au
guſtinus loquitur non eſſent perfectiones.

¶ AD ARGVMENTA PRO opinione. Cū dicit, infinitū
ex ſe indiſtinctū oīno pōt eē principiū diſtinctorū ueꝝ eſt ubi
illa diſtincta ex ſua rōne formali nō requirūt diſtinctionē in
principiis, ſed productio naturalis et libera reqrunt talē diſtin
ctionē ideo in propoſito aſſumptū eſt fl̄m. De ſapia aūt et boni
tate et ſic de aliis planū eſt, quia nō reqrunt oppoſitū modū pri
cipiandi nec diſtinctionē in principiis, nec eēntialia ſunt princi
piata ſed eēntia bene ē pfectio radicalis et fundamētalis eorū.
Et ſic procedit ꝓbatio qa eēntia ut oīno una eſt radix ſed nō ē
for^r oia. ¶ Circa iſtā partē notanda ſunt quedā dicta ex il
lo textu elicita. Primū. Oīs rl̄o hēt eē per utrūq; extremū cum
ſine utroq; eſſe nō poſſit. Secundū. Eſſe hr̄e ab extremo, p̄t qua
druplicitar intelligi, uel in genere cāe efficientis, uel finalis, uel
materialis, uel formalis. Primo mō pōt quintup^r intelligi uel q̄
uere efficiatur, uel ꝓducatur ab eo uel q̄ ex rōne ſua formali
ad eē ſuū reqrat ipm̄, primo mō res uere ꝓducta effectiue ab
aliquo dr̄ hr̄e eē ab eo, et ſic nulla rl̄o nec intrinſec⁹ nec extrī
ſecus adueniens hēt eē a ꝓximo extremo ſiue ſit fundamentum
ſiue terminus, hēt tn̄ ſemp illo mō eē a deo, et a cā ſui fundamē
ti ut ſimilitudo habet eē effectiue a deo, et a cāte qualitatē il
lam que fundat eā, ſed nō cātur effectiue ab illa qualitate, nec
ſecūdo mō rl̄o cātur ab extremo quia nō ꝓducitur ab eo ſ3 ter
tio mō quia nece° reqrit extrema ad eē ſuū. Etiā quarto pōt in
telligi q̄ ſit ipā efficientia uel cātio effectiua que nō eſt cauſa
ta, qa actionis nō ē actio. i. cātio nō cātur, tn̄ uere et realiter eſt
a fundamento ſuo uel ab aliqua fo͞ra actiua quaſi ſimplex cā
tio et ſic actio trāſiens dr̄ hr̄e eſſe a fundamēto. i. a forma acti
ua a qua ē illa actio, nec illo mō eſt rl̄o de gn̄e rl̄onis a funda
mento ſed bene de gn̄e actionis. Vel quinto pōt intelligi q̄ ſit ſim
plex reſultatio ſicut oīs rl̄o alia ab actione et paſſione reſul
tat, et ſic ab utroq; extremo equaliter hēt eē, nō ꝓductione ue
ra effectiua. Secūdo mō principalr̄. ſ. in gn̄e cauſe finalis, pla
num eſt q̄ ordinatur reſpectus in extrema ut in cām finalem.
Tertio mō capiēdo large cām materialē pro ſubiecto ſic ſimili
ter rl̄ones accidētales hn̄t eſſe ab extremis ut a cā materiali.
quarto mō omnino eſt falſum de relatiōe reſpectu extremoꝝ.

¶ Sȝ dubitatur cũ rl̃o ꝓprie in nullo gn̄e cãe depẽdeat ab ex
tremis, ad qđ genus cãe debeat reduci illa dependẽtia cũ ſit eſ
ſentialis et oĩno et abſolute neceſſaria ſuppoſita entitate ſua.i.
ſuppoſito ꝙ ſit.Rn̄deo,ad genus cãe efficientis.Ex quo pȝ ꝙ non
oĩs neceſſaria dependentia alicuius ab alio eſt ꝓprie in aliquo
gn̄e cãe. ¶ Tertiũ. Cãtio uel productio eſt actio corrn̄dens
actioni de gn̄e actionis , ideo nõ hẽt ꝑfectiue eſſe a termino ſuo
principl̃r,lȝ ſecundario inquantũ relatio,tn̄ inquantũ eſt actio
hȝ ſuũ eẽ totale ab agente et forma actiua mõ predicto. Sequi
tur ꝙ actio põt dupˡ cõſiderari.Vno mõ inquantũ rl̃o et ſic hȝ
eq̃liter eẽ ab utroq; extremo.Alio mõ ut actio, illo mõ hẽt eſſe
ſuũ a principio actiuo,et nullo mõ a termino ꝓducto.Seqtur ſe
cũdo ꝙ gn̄atio nõ hẽt eẽ a filio,nec ſpiratio a ſpũſancto,inquan
tũ eſt actio,lȝ bene inquãtũ eſt rl̃o. Seʳ tertio cũ ꝓductiones n̄
hẽant entitates ſuas a terminis adequatis.ſ.pſonis ꝙ nec unita
tẽ nec diſtinctionẽ hñt ab eis.Nã ab eodẽ habetur eſſe et diſti
ctio. Quartũ.Illa ꝓpõ,motus diſtinguũtur p terminos uideat
ſuppa di.2.par.2.fo.58. Quintũ .Nullũ principiũ ꝓductiuũ eſ
ſentialiter mutatur pp eẽ in alio et alio ſuppoſito. Sextũ. Oĩa
que diſtinguũtur hñt aliqua primo diuerſa que ſe ipſis,per im
poſſibile oĩbus aliis circũſcriptis ſunt diſticta.Septimũ. Quia
res ſunt tales,et talis entitatis iõ ſunt cõpoſſibiles uel incõpoſ
ſibiles ſimul et nõ ecõuerſo ꝙ iõ ſint talis entitatis quia cõpoſſi
biles uel incõpoſſibiles.Octauũ.Veritas negatiue ꝓpõnis fir
matur et fundatur in ueritate affirmatiue.i.nulla ꝓpõ negati
ua eſt uera,niſi aliqua affirmatiua ſit uera, cuius ueritas eſt
fundamentalis cã quare negatiua eſt uera.Nonũ. Ratio qua
re gn̄atio actiua et paſſiua ſunt incõpoſſibiles in eodẽ ẽ ꝓpria
entitas illaꝝ.Decimũ.Relatio nõ diſtinguitur relatiõe preciſe
alia a ſe,quia nulla relatio primo et principal̃r refert ſed eſt
rõ referendi.Dr̄ primo et principʳ.i.ex rõne ſua formali ſed
bene per accn̄s.i.per aliã relationẽ que nõ ẽ prima rõ.i.quiddi
tas et natura alterius relationis ſed extranea.Nã põt funda
ri et ſubiectari una relatio in alia ideo p eã referri põt.Vnde
cimũ.Non ſunt eedẽ relationes,prius et poſterius,gn̄are et ge
nerari,qa prime ſunt inter origines principʳ,et ſecũdario inter
pſonas,ſecũde ſunt inter pſonas et nullo mõ inter origines.Duo
decimũ.Entia rõnis nõ ſunt uera entia,tn̄ denoĩatiue dr̄ de eis
illud eẽ qđ hẽt intellectus uel uolũtas uel alia potentia in qua
fundãtur,uel actus intelligẽdi uel uolẽdi etc.Tredecimũ.Cum
dr̄,obiectũ in intellectu hn̄s eẽ cognitũ põt hoc uel illud uirtu
te intellectus,ſenſus ẽ,ipm nõ põt ſed intellectus, ſȝ ꝙ dr̄ ipſum
poſſe hoc iõ eſt quia in illo intellectu eſt. Decimumquartum.
Quod eſt tm̄ ens rõnis hẽt tm̄ in intellectu eſſe.Decimũquintũ
Ens rõnis hẽt tm̄ eẽ diminutũ non uerũ nec reale. Decimumſe
xtũ. Aliqua entia rõnis cãntur ab obiecto cognito inquantũ co
gnitũ eſt ut oẽs relationes p̃dicabiliũ et p̃dicamẽtorũ, qa ſtatiȝ
poſito obiecto in eẽ cognito ineſt illa relatio rõnis,ſȝ aliqua non
inſunt p̃ciſe p obiectũ.i.non ſtatim inſunt poſito obiecto in eſſe
cognito.ſed ulterior actus intellectus reqritur ut ſunt rl̃ones
propoſitiõis,ſyllogiſmi et huiuſmodi.Nã qñ extrema hñtur in
intellectu niſi intellectus ad inuicẽ cõponat nunq̃; hñtur propo
ſitiones uel ſyllogiſmi. Decimũſeptimũ.Ens rõnis dr̄ ens cuiuſ
libet potẽtie uitalis ita ꝙ rõ capit pro potentia intentionali tam
ſenſitiua q̃; itellectiua,appetitiua q̃; cognitiua. Decimũoctauũ.
Nullũ ens rõnis eſt propria rõ entis ueri.i.forma uel principi
um quo ens reale ẽ productiuũ uel actiuũ alicuꝰ realiter ita ꝙ
ſine eo nõ eẽt productiuũ.Decimũnonũ.Oĩs cã realis eſt ens re
ale.Simil̃r nullũ ens rõnis eſt cã.i.principiũ ueꝝ entis realis.
Vigeſimũ.Ens rõnis exiſtit ſed exñtia eius eſt ꝓm quid.Vigeſi
mũprimũ.Cognitũ inquãtũ cognitũ hẽt eẽ participatũ ipſius in
¶ AD ARGVMENTA QVE Facta ſunt contra tertiã opinionẽ etc. Hic doc. ſoluit argumẽta q̃ ſunt ꝯ hãc tertiã opi. q̃ eſt quarta ut iſra patebit. Ad primũ rñdet negãdo maiorem uel diſtinguẽdo eã q̃a diſtincta ſpẽ eſſe ſibi inuicẽ cãs põt itelligi dupr uel q̃ ſint totales uel ptiales. Primo° eſt uera maior ſecũdo° falſa. Sed ille cãe ſunt ſecũdo° cauſe nõ primo° et ſic ad ꝓpoſitũ maior eſt falſa. Ad ꝓbationem maioris aſſumptum eſt uerũ de totalibus cãis equocis et non de ptialibus cuiuſmodi ſunt habitus, et poa. Et ꝓbat hoc i alio exẽplo q̃a ſpẽs itelligibilis reſpectu itellectionis eſt ptialis cã et itellectio ecõuerſo eſt cauſa itenſionis ſpẽi. De quo meliꝰ i fine. Quod aũt doctor ad duas ꝓbatiões rñdet ego ex utraq; feci unã tã arguẽdo q̃; ſoluẽdo. ¶ Ad ſecũdum negat maiorẽ.ſ.q̃ illa prioritas ſit ex tota ſpẽ.i.eſſentialis q̃a ſicut ſol nõ ſp põt ꝓducere imediate effectum quẽ ꝓducit forma ab eo genita ſic uolũtas nõ ſp poteſt cãre illũ actum eque pfectum ſine habitu ſicut cũ habitu imo rõ agẽdi actus reſpectu habitus eſt alterius rõnis q̃; ratio agẽdi habitus reſpectu actus. Cũ doc. dicit i textu, quicqd eſt cã equoca cãe, etiã eſt equoca cãti ut actus eſt cã equoca habitus ſimiliter habitus reſpectu actus et p ꝯñs actus erit cã equiuoca ſui ipſius, doc. diſtinguit. Aliqd eſſe cãm equocam reſpectu ſui ipſius poteſt dupr itelligi, uno° ut remota, alio° ut propinqua et imediata. Primo° eſt poſſibile et non eſt incõueniẽs ſed ſecũdo modo eſt impoſſibile et inconueniẽs. Et p hoc etiã ſoluitur tertiũ. ¶ Ad quartũ negat ꝯñaꝫ q̃a actiuitas unius eſt alterius rõnis ab actiuitate alterius ideo nũq; poſſet unũ tm̃ augeri q̃ ſuppleret totam cauſalitatẽ alterius. ¶ Ad quintum, negat ſuppoſitum ut patebit.q.ſequenti.

¶ QVI VVLT TENERE Quartam uiam. Hic doc. ſoluit argumẽta q̃ uidẽtur eſſe ꝯ quartam opi. quã doc. dicit eſſe quintã in ordine ſicut ſupra dixit tertiã opi. eſſe quartã i ordine q̃a ipe ſic cõputat. Cõputat opi. Hen. pro prima. Opi. Goffri. pro ſecũda. Concluſionẽ ꝓbatã ꝯ Goff. pro tertia, et ibi, tertio° attribuẽdo etc. pro quarta, et ibi. Qui uellet tenere opi. etc. pro quĩta, et ibi. Quãtũ ad iſtũ articulum dici põt q̃ ſicut pul. etc. habet pro ſexta. ¶ Et primo ſoluit principales rõnes ꝓ prima pte.i. pro pte affirmatiua adductas. Vbi primo ſic arguit. Habitus eſt quo habens utitur cũ uoluerit, ſed illud quod utit eſt actiuũ ergo hitus eſt actiuũ principiũ. ¶ Ad hoc rñdet, q̃; q̃; forma nõ ualeat q̃a ꝯña nihil ualꝫ eo q̃ ille q utitur ſit actiuus nõ ideo forma qua utitur ẽ actiua et habitus eſt forma qua utitur alius nõ q̃ utitur alio, tñ breuiter nõ oportet oẽ qd utitur proprie eſſe actiuũ. Similiter habitus ẽ illud quo utitur nõ ut forma actiua ſed ut forma priori iclinãte ad poſteriorẽ ideſt ad actum. ¶ Secũdo ſic arguitur quatuor conditiones habitus arguũt actiuitatẽ.ſ. delectabiliter, faciliter, expedite et prompte opari, ergo habitus eſt actiuus. Pro ſolutiõe illius argumẽti et itellectu quatuor argumẽtoꝝ formatoꝝ ex illo notãda ſunt aliqua dicta. Primũ. Delectatio eſt ex cõueniẽtia.i.ex proportione actus ad potentiã et obiectũ, ſimiliter ex cõuenientia obiecti ad potẽtiã i recipiẽdo nõ i ꝓducẽdo actum. Secundũ. Factõ ſola uel productio ſola ut ꝓductio nũq; eſt delectabilis. Tertiũ. Propter delectationẽ nũq; oportet ponere actiuitatem. Quartũ. Facilitatio, expeditio, et promptitudo tm̃ ponũtur ratione paſſi indiſpoſiti quo diſpoſito agens faciliter, expedite et prompte agit. Quintũ. Paſſum eſſe diſpoſitũ põt dupr intelligi uel q̃ nihil habeat idiſpones.i. nullũ ꝯrie et male diſponens uel q̃ habeat aliqd poſitiuũ poſitiue diſponẽs ut qñ lignũ nõ eſt humidũ nec tñ eſt ſiccũ tunc primo° eſt diſpoſitũ ad ignẽ ſed qñ eſt ſiccũ eſt ſecũdo° diſpoſitũ. Primo° autem poa eſt diſpoſita ſumme ex ſe ñ ſecũdo° ſꝫ primꝰ modus nõ ſufficit ſine ſecũdo. ¶ Tertio ſic arguitur. Cũ ſit duplex iclinatio.ſ. potentie paſſiue ad formã habẽdã et potentie actiue ad agendũ et hitus iclinet potentiã ad actum ergo eſt actiuus q̃a iclinatio paſſiua ñ eſt ad actum ſed formã. ¶ Ad hoc rñdet negãdo ꝯñtiã q̃a habitus ut forma prior iclinat ad ſuſceptionem forme poſterioris, licet nõ ſit rõ recipiẽdi formã poſteriorem. ¶ Quarto ſic. Illud quod reducit de poa eſſentiali ad accñtalẽ reſpectu opationis eſt actiuũ reſpectu opationis ſed habitus eſt huiuſmodi ergo etc. ¶ Ad hoc rñdet, habitus capitur dupr.ſ. pro ſpẽ itelligibili et cõſuetudinali habitu. De primo totũ argumentũ ꝯceditur, de ſecũdo minor negat. Vbi doc. notat q̃ i multis auctoritatibus habitus uel ſciẽtia capit ꝓ ſpẽ itelligibili. Similiter notat q̃ habitus cõſuetudinalis nõ eſt illud quo actiue ſpeculamur ſed ſpẽs uel obiectum in ſpẽ. ¶ Quinto arguit. Habitus practicus ex diffinitione ſua eſt actiuus ergo aliquis habitus eſt actiuus. Añs pꝫ deſcẽdendo ad ſpẽs q̃a prudẽtia dr̃ eſſe actiuus hitus, et ars dr̃ factiuus hitus. ¶ Ad hoc rñdet q̃ illa uocabula actiuus et factiuꝰ ſolũ iclinationẽ dicũt.

¶ AD ARGVMENTA ALIA Adducta etc. Hic doc. ſoluit rõnes adductas pro ſecũda q̃ſtione acceſſoria que uidẽtur ꝯ quartã opi. militare. Pro quoꝝ ſolutione multa bona pmittit. Primũ. Dictũ eſt ſupra q̃ itegritas omniũ cõditionum in actu et circũſtãtiaꝝ ut dictãtur a recta rõne debere ineſſe actui et tũc eſt bonitas moralis. Seqtur correlarie q̃ dictamen cõpletũ rõnis neceſſariũ eſt ad bonitatẽ moralẽ actus. Secũdum. Certo dictamini rõnis debet cõformari actus ut mẽſuratũ menſure.i.ut exẽplatũ exẽplari. Tertiũ. Nõ eſt neceſſe primo prudentiã ineſſe ante dictamen ſed ſufficit ſolus actus. Quartũ. Non eſt neceſſe hoc dictamen eſſe a uirtute appetitiua q̃a hoc dictamen ẽ in itellectu et talis uirtus i uolũtate. Quintũ. Simpliciter et uere dictamẽ rectum ꝑcedit prudẽtiã ut dicit habitum cõſuetudinalẽ q̃a p ipm generatur habitus prudentie. Sextũ. Per unũ actum derelinquit primus gradus hitus conſuetudinalis. Septimũ. Simplicit et uere recta electio ꝑcedit habitum moralem q̃a per ipam generat uirtus moralis i primo gradu. Octauũ In primo actu recte intellectus dictat ſine habitu. Similiter uolũtas recte eligit ſine habitu. Nonũ. Nõ generat habitus moralis quo ad primũ gradũ neceſſario ex hitu prudentie ſed ſufficit actus. Decimũ. Primũ dictamen et quodlibet ſequens ut cõiter eſt una cõcluſio cõcluſa p ſyllogiſmũ practicũ qui uocatur cõſiliatio uel ſunt multe cõcluſiones de multis circũſtantiis cõcluſe p multos ſyllogiſmos. Vndecimũ, Differentia eſt iter habituatũ et nõ habituatũ q̃a nõ hituatus nõ iclinatur tantum ad dictamina recta nec ad electiones rectas ſicut inclinatur habituatus loquẽdo de habitu cõſuetudinali. Dixi tm̃, q̃a ſpẽs et obiecta et naturalia aĩe inclinãt ad recta dictamina et

rectas electiones, ſed non tantum inclinatur potentia per illa ſine habitu quãtum cũ habitu. Tamen habitus nõ tm̃ iclinat per ſe capiẽdo habitũ .i. ſolitarie quãtuꝫ obiectũ ꝑ ſe, plus tñ ambo inclinãt q̃ unũ ſolũ. Duodecimũ. Cũ dr̃ uirtus moralis generatur põt itelligi de generatione $simp^{r}$ uel ſm qd. $primo^{o}$ qualitas dr̃ generari, $ſecũdo^{o}$ cõformitas ad prudẽtiam. Et dr̃ generatio qualitatis generatio $simp^{r}$ nõ ſubſtãtialiter ſed cõparatiue ad generationẽ cõformitatis, prima generatio põt fieri ſine ſecũda ſed nõ ecõuerſo. Tredecimũ. Habitus cõſuetudinalis dato ꝙ nõ inſit prudẽtia habitualis põt dici habitus moralis ꝓpter aptitudinẽ ad coexiſtendũ prudẽtie. Decimũquartũ. Bonitas habitus cõſuetudinalis ſatis exilis ẽ cũ nihil de obiecto ſit ibi nec multũ pluſq̃ cõſuetudo beſtie, iõ ſatis abſurdũ uidetur tali habitui attribuere moralẽ bonitatẽ, tñ qa uocabula ſunt ad placitũ põt bene dici moralis. Decimũquintũ. Sine rõne recta imo cũ rõne erronea põt illa qualitas generari que pro tũc nõ ẽ bona moralit̃ ſꝫ ſi poſtea iſuerit rõ recta uel prudẽtia erit moralr̃ bona. Similit̃ actus elicitus ab illa qualitate ſine coexiſtentia prudẽtie nec eſt bonus nec malus moraliter et ꝑciſe ſi coexiſteret prudẽtia eſſet talis. Seqtur ſolã coexiſtẽtiam prudẽtie eſſe cauſam moralis bonitatis. Seqtur ſecũdo i qualitate tm̃ eẽ materialẽ bonitatẽ. Decimũſextũ. Qualitas habitualis eſt duplex quedam imedietate exiſtit q̃dã in exceſſu uel defectu. De prima tm̃ intelligũtur dicta ꝓterita de bonitate morali, et per oppoſitũ itelligat̃ de ſecũda qa ex coexiſtẽtia prudẽtie efficitur mala moralit̃. Decimũſeptimũ. Quãdo doctor dicit actum moraliter bonũ elici tã a prudẽtia q̃ ab habitu morali i appetitu ſenſitiuo capit elicere large qa prudẽtia nõ elicit ꝓprie actum uolũtatis ſed tñ dirigit. Decimũoctauum. Cauſalitas prudẽtie reſpectu actus eſt naturalit̃ prior cauſalitate hĩtus appetitiui. Seqtur correlariũ ꝙ illi hĩtus ſil̃ iũcti tribuũt actui moralẽ bonitatẽ et nullus ſine altero tribueret. Nullo mõ eſt ꝯcedenda habitui morali aliqua cãlitas ſpecialis inquãtum moralis eſt. Decimũnonũ. Si dictamen rectum ineſt et habitus prudẽtie nõ ineſt actus ab illo dictamine põt eẽ rectus ſed nõ ecõuerſo qa habitus prudẽtie nõ ſufficit ſine actu q eſt dictamen. ¶ His ꝓmiſſis ſoluẽda ſunt argumẽta pro pte affirmatiua ſecũde acceſſorie q. quoꝝ. Primũ ſumit̃ a diffinitione uirtutis .2. ethi. que eſt illa uirtus eſt q̃ habentẽ ꝑficit et opus eius bonũ reddit ſed perficere et reddere eſt agere ergo hĩtus eſt actiuus. ¶ Ad hoc reſpõdꝫ doc. quia reddere uel ꝑficere põt $dup^{r}$ accipi, uno mõ formalit̃, $alio^{o}$ cauſalit̃, tũc reſpondet ſi teneat̃ tertia opi. argumentũ ꝯcedat̃. Si quarta opi. minor negat̃ .ſ. ꝙ reddere ſit agere ſed eſt formalit̃ facere uel iclinare uel coexiſtere prudentie. ¶ Secũdum argumentũ ſumit̃ ex diffinitione uirtutis .7. phyſi. q̃ eſt hec uirtus eſt diſpoſitio ꝑfecti ad optimũ. Diſponere aũt eſt agere ergo uirtus eſt actiua. ¶ Ad hoc reſpondet eodẽ modo ſicut ad ꝓcedens. ¶ Tertiũ argumẽtum. Omne moderãs paſſiones eſt actiuum ſed uirtus moderat̃ paſſiones ergo eſt actiua. Minor ꝓbat̃ qa obiectũ quod eſt hĩtus i propoſito eſt naturalis cã ergo quantũ põt habituatus agit ad reꝑſſionẽ paſſionũ ab obiecto illatarꝫ et per ꝯñs minor uera. ¶ Ad hoc argumentũ rñdet diſtĩguẽdo de moderari .ſ. actiue et idiſpoſitiue. $Primo^{o}$ uirtus moralis nõ moderat̃ paſſionẽ q̃ nũc ineſt ſed $ſecũdo^{o}$ qa ſubiectũ reddit idiſpoſitũ ut obiectuꝫ ſibi minus cõueniat .i. ad oppoſitũ inclinat ad quod obiectum inclinat ita ꝙ ſi nõ adeſſet habitus fortiſſime moueret obiectum ſed propter habitũ i oppoſitũ inclinãtem nõ põt tã fortiter mouere, et hoc eſt moderari. Aliã diſtinctionẽ dat doc. qa moderari paſſionẽ eſt $dup^{r}$, $uno^{o}$ paſſionẽ iã factã et ſic non moderatur uirtus paſſionẽ. $Alio^{o}$ paſſionẽ fiendã per fugã obiectoꝝ delectatiuoꝝ qa uirtus facit obiecta fugere imoderate delectãtia et admittere obiecta moderate delectabilia. Et ut breuiter cõcludatur moderare eſt $dup^{r}$, primo paſſionẽ minuẽdo, ſecũdo ꝑcauẽdo, $primo^{o}$ nõ intelligit̃ de habitu ſed ſecũdo mõ.

¶ Quartũ argumentũ. Nõ habens uirtutẽ iuſticie nõ opatur iuſte licet iuſta ſed iuſte opari eſt agere ergo uirtus iuſticie ut uirtus eſt actiua. ¶ Pro ſolutione huius argumẽti notanda ſunt pauca. Primũ. Illud opus dr̃ iuſtũ quod ſine circũſtantiis malis et cũ neceſſariis bonis elicit̃ dato ꝙ eliciens nihil itelligat ſed a caſu ſic agat. Sed illud opus uocatur iuſte fieri qd̃ ex dictamine recte rõnis cũ oĩbus circũſtãtiis debitis elicitur. Secũduꝫ. Quãdo phũs dicit ꝙ ſine uirtute iuſticie nullus iuſte opatur hic nõ debet itelligi de habitu tm̃ ſed ẽt de actu q ſufficit abſente habitu ſicut etiã ad rectitudinẽ dictaminis ſufficit actus dictãdi ſine habitu prudẽtie. Tertiũ. Iuſte opari ẽ $dup^{r}$ uel ſufficiẽter uel abũdãter, $primo^{o}$ ſine habitu põt quis iuſte opari, $ſecũdo^{o}$ nõ, qa quãtũcũq̃ ꝑfecte opetur uolũtas ſi habitus coopatur actio eſt nobilior loquendo de finita uolũtate qa oppoſitũ eſt de ifinita. Et hoc notabile ꝓcedit ſm tertiã uiã ſed ſm quartã uiã abũdãtia iuſticie attẽdit̃ nõ in ꝑfectione actus ſed i facilitate et promptitudine q̃ ineſt ex iclinatione habitus. Et ſic eſt finis totius ſecũde partis principalis.

## ¶ AD PRIMAM QVESTIONEM DICITVR etc.

Hec eſt tertia ps prĩcipalis q̃ eſt q̃ſtionis principalis ſolutiua. Et non debet cõprehẽdi ſub aliis ptibus. Nã licet opi. magiſtri ibi recitetur nõ tñ mẽs ei⁹ eẽ creditur quod ei ab aliis iponitur ideo doc. dicit ad primã q̃ſtionẽ dr̃ eſſe opi. mgr̃i .i. imponitur mgr̃o illud ſenſiſſe ſed uidetur hoc nõ uoluiſſe ut declarabitur infra i tertio articulo. ¶ Hec aũt opi. cõſiſtit i ꝯcluſionibus quatuor. Prima. Perſona ſpũſſancti neceſſaria ẽ ad hoc ut actus hoĩs acceptẽtur ad uitã eternã. Secũda. Nulla q̃litas creata uel habitus creatus ſm ordinatam dei potentiam requiritur ad actum meritoriũ eliciendũ ſed ꝑciſe uolũtas creata et acceptatio diuina q̃ appropriatur ſpũiſſancti. Tertia. Spũſſanctus appropriate aliter mouet ad actum meritoriũ q̃ ad credere et ſperare qa ſolus ſpũſſctũs mouet et iclinat uolũtatẽ creatã ad eliciẽdũ actum meritoriũ et ſpẽali actione ita ꝙ nõ ꝓter ſuã actionẽ actio alicuius alterius requiritur ſed ad ſperare et credere nõ mouet ſpũſſanctus niſi generali ifluẽtia ſed ſunt due alie qualitates create que dicũtur ſpes et fides ille ſpecialiter agunt et dr̃ S. S. mediãtibus illis agere ad credere et ſperare. Quarta. Dicitur ergo mgr̃ negaſſe oẽm habitũ creatum neceſſariuꝫ ad actum meritoriũ de poᵃ dei ordinata. ¶ Pro hac opi. colorãda et itelligẽda doctores aliqui duplici uia arguerũt que argumẽta reſeruãtur ad locum ſolutionis.

## ¶ CONTRA ISTAM CONCLVSIONEM etc.

Hic doctor improbat dictã opi. duabus uiis. Prima accipitur ex iuſtificatione pctõris. Secũda ex rõne actus meritorii. Ex prima uia arguitur quadruplicit̃ primo ſic. Peccator ante penitẽtiam eſt iniuſtus et poſtea iuſtus ergo aliqd hẽt quod prius non habuit ꝑ quod nũc eſt iuſtus et illud uoco charitatẽ. Añs eſt notũ, ꝯña ꝓbatur qa ſicut iniuſticia ẽ priuatio ſic iuſticia ẽ unus hĩtus formaliter oppoſitus priuationi qa nõ tollitur priuatio niſi ꝑ habitũ. ¶ Secũdo ſic arguit̃. Peccator ante penitentiã eſt indignus uita eterna et poſt eſt dignus ergo aliqd poſitiuũ fecit eũ dignũ quod prius nõ habuit cũ priuatio non tollatur niſi per habitũ. ¶ Tertio ſic. Deus nõ acceptat peccatorẽ ad uitã eternã, ſed iuſtũ acceptat, ergo aliqd aliud eſt i iuſto q̃ i peccatore, ꝯña pꝫ, illa mutatio qua deus quem prius nõ acceptauit nũc acceptat nõ eſt i deo ergo i uolũtate eſt. ꝙ aũt nõ ſit i deo pꝫ qa uelle diuinũ ſm eãdem entitatẽ unũ numero eſt omnium oppoſitoꝝ, ergo diſtinctio oppoſitionis eſt tm̃ i obiectis nõ i uolitione diuina. ¶ Quarto ſic. Aliter ſe hẽt uolũtas ad deum

poſt penitentiam q̄ ante,ergo aliquid eſt in uoluntate formaliter quod prius nō fuit ibi ſed tale uocatur charitas,ergo charitas creata eſt ponēda. ¶ Annectit doctor unū argumētū quod in quarto expediri hēt diſt.16.et.17. Infert doctor unum correlariū,ſi aliqua argumēta debēt ualere ꝯ iſtā opinionē ꝓ primā uiā oportet ꝙ accipiatur ex iuſte acceptari a deo et ex dignū eſſe eterne felicitatis et nō ex remiſſiōe offenſe. ¶ Ex ſecūda uia arguitur ſic. Nihil formaliter agit niſi principium actiōis ſit forma agētis ſed hō formaliter agit meritorie ergo principiū meriti eſt forma hominis,quod nō ē natura pura ergo habitus charitatis. ¶ Secūdo ſic arguit. Nulla actio eſt i ꝑtāte agētis niſi habeat prinm agendi ut formā ſed mereri eſt in ꝑtāte hominis ergo principiū meredi quod eſt charitas ē forma hominis. Maior ꝑ3 qa coaſiſtens nō ē ꝓprie i ꝑtāte eius cui aſſiſtit. ¶ Tertio ſic. Si ſpūſſctūs ſpēaliter et imediate cāt actū meritoriū ergo uolūtas nō cāt eū ſed ſolū recipit,et quero quid ſit illud cauſatū a ſpūſctō. Non potes dicere ꝙ ſit actus diligēdi qa ille eſt i ꝑtāte uolūtatis,ergo eſt aliqd aliud naturaliter ꝓcedens actum uolēdi et illud uoco charitatē. ¶ Quarto ſic. Si unio ſpūſſancti ad uolūtatē eſt rō quare uoluntas dr̄ agere meritorie multo magis unio triū ꝑſonaꝝ i diuinis eſt rō quare ſpūſſanctus dicat̄ opari patre. Sed ſequēs eſt abſurdum ergo etiā añs. Cōſequētia ꝓbatur qa maior eſt unio triū perſonaꝝ i diuinis q̄ ſit unio uolūtatis et ſpūſſancti.

¶ AD SOLVTIONEM HVIVS Queſtionis etc. Reprobata opi.ꝓdicta,doc.ſoluit ꝓdictā.q.ꝑm mētē ꝓpriā. Et tria facit q̄ patēt i textu. ¶ In primo articulo ponit multa bona dicta quoꝝ. Primū eſt. Nullus actus i nobis eſt de cōi lege ex quo certi eſſe poſſimus nos habere habitū charitatis infuſum. Dicitur de cōi lege qa aliqui ſancti ꝑ reuelationē habuerūt. Dicitur certi qa ꝓbabiliter et cōiecturaliter multi poſſunt ſe ſcire habere charitatē. Secūdum. Eſſe i charitate eſt dupr uel obiectiue uel ſubiectiue. Eſſe in charitate obiectiue eſt alicui eſſe charꝝ. Sed eē i charitate ſubiectiue eſt hr̄e charitatē ut formā. Tertiū. Oīs exñs i charitate ſecūdoo etiā ē in charitate primo modo reſpectu dei,et de poſſibili nō ecōuerſo,eſt tñ econuerſo de facto.i.quicūq; eſt i charitate primoo de facto etiam eſt in charitate ſecūdoo,poſſibile tñ eſt ꝙ aliquis ſit i charitate primo mō et nō ſecūdoo. Quartū. Multi uidētur eſſe certi etiam adhibita maxima diligētia ad cognoſcēdū ueritatē et tamen nō ſunt certi ſed fallūtur. Et hoc ꝯtingit duplici de cā,prima eſt extriſeca,ſecūda itrinſeca. Prima eſt aſtutia demonis et inordinata ꝑſentia reꝝ. Nā res tā inordinate ſe ꝑſentāt et tā impfecte cognoſcūtur ꝙ nō poterit ſe iuuare itellectus i pfecta cognitione et cū intellectus iquirit et ex defectu cognitionis nullā inſtātiam repit ſue cōcluſioni et ſic credit ſe eſſe certum ubi fallitur. Similit̄ ꝑ demonis illuſionē et phātaſmatū remiſſiones multi decipiūtur ubi ſe credūt multa ſcire et tñ oīo ignorant. Secūda eſt cōplexio naturalis et habitus cōſuetudinales et intenſe ſpēs que falſiſſima et peſſima faciunt credi ueriſſima et optima. Quītū. Si actus pfecte cognoſceretur a nobis ex actu poſſemus cōcludere charitatē creatā ineſſe uolūtati qa ex perfecta cognitione effectus pōt cognoſci ſua cā cognitione extra genus.i.extra genus qdditatiue cognitiōis. Nihil.n.eſt itra actū quod nō eiuſdē rōnis poſſit creari a deo loquēdo de abſolutis. Nā de reſpectu eſt difficultas maior. Nam cāri i actu cāto a charitate eſt aliud eſſentialiter q̄ cāri a deo. Nā ꝑm uariationem extremoꝝ uariātur eſſentie relationū. Illud aūt cāri eſt itra actum formaliter.i.i ꝓpria natura et forma nō tñ eſt formaliter qdditatiue itra ipm licet realiter ſit idē ꝑm ꝓbabilem opi.loquēdo de cāri ut ē ad aliqd nō ut eſt de genere actionis. Sextū. Pricipalis rō quare nō poſſumus ex actu elicito cognoſcere charitatē infuſas eſt diuina uolūtas uolēs nos ꝑ fidei meritum adipiſci uitā eternā. Septimū. Semp reqritur actus naturalis cū actu ſupnaturali.i.actus ipē meritorius ſimul et ſemel eſt naturalis et ſupnaturalis qa eſt ſupernaturalis ab infuſa charitate et naturalis a uolūtate. Octauū. Reſpectu actus meritorii ſp reqrit̄ uel obiectū naturale uel ſupnaturale i ſe pñs uel in ſpē intelligibili qa ſine obiecto nō pōt actus fieri. Nonum. Nō eſt neceſſe obiectū ſupnaturale eſſe realit̄ pñs i rōne obiecti ſed ſufficit eſſe pñs in ſpecie itelligibili,quod ꝑ3 qa de facto ſic eſt pñs et nō realiter. Decimū. Impoſſibile eſt de poa dei ordinata actum meritoriū elicere quin duplex cā naturalis concurrat et una ſupnaturalis.ſ.poa et obiectum naturaliter pñs et charitas iſuſa. Nā ꝑ iſuſam charitatē obiectum nō eſt pñs qa eſt qualitas eſſentialit̄ diſtincta a ſpēbus repñtatiuis. Poſſibile tñ eſt de poa dei abſoluta ſine charitate iſuſa et ſine obiecto i ſpē pñte naturalit̄ acqſita a uolūtate elici actum meritoriū. Vndecimū. Impoſſibile eſt abſq; uolūtate poſſe elici actū meritoriū ꝑm ꝙ hoc nomen meritoriū accipimus ꝓ nūc.ſ. pro eo quod facit eliciētem dignū uita eterna qa ſola uolūtas pōt eſſe digna uita eterna et ꝑ ꝯñs ſolū ipa eliciēs pōt mereri uitā eternā. Duodecimū. Impoſſibile eſt ſine obiecto actum meritorium elici imo neceſſe eſt obictū eſſe pñs ſed deus pōt ꝑſentare obiectum.i.ſuā eſſentiā realiter uel ſpeciem iſundere huius obiecti abſq; hoc ꝙ ſit i ſpē naturaliter acqſita pñs. Tredecimū. Neceſſe eſt ad actum meritoriū adeſſe diuinā uolūtatem in rōne acceptantis ut poſtea patebit. Decimūquartū. Cōmune dictus quo dr̄ acqſitā charitatē reqri ad actum meritoriū pōt ſic itelligi. Cū non habeamus obiectum ſupnaturale realit̄ pñs i rōne obiecti et nō poſſumus elicere actū meritoriū niſi obiecto ſupnaturali ꝑſente quod nō eſt pñs ex iſuſione ſed ex naturali acqſitione iō illa ſpēs uel hoc obiectum dr̄ habitus charitatis naturaliter acqſitus. Et nō debēt poni duo actus charitatis quorum unus ſit ab obiecto i ſpē et alius ab iſuſa charitate ſed idē. Similiter actibus meritoriis ſepe elicitis generat̄ unus habitus q etiā uocatur charitas acqſita et poſtq̄ ille acqſitus ē ipē agit uel nō agit ſicut alii hitus naturaliter acqſiti. Et dicatur de eo ſicut de aliis ſupra dictū eſt. Decimūquintū. Itenſio actus charitatis elicitur ab habitu iſuſo effectiue ſi actus ab eo elicit̄ effectiue qa ſunt idē realiter et formalit̄. Dixi ſi,qa bene pōt defendi ꝙ charitas iſuſa nō effectiue agat ad actum et itenſionē eius ſicut defenditur i quarta uia de aliis habitibus. Et diceretur ſicut bonitas moralis ineſt actui ex coexiſtētia prudētie i eodem ſuppoſito ſic etiā bonitas meritoria inſit actui ex coexiſtētia actus cū iſuſa charitate, poſita iclinatiōe iſuſe charitatis ad actū. Decimūſextū. Si qs pfecte cognoſceret cās naturales actus meritorii et actum meritoriū et cognoſceret ꝯatū uoluntatis in quotto gradu eſſet et cognoſceret quāta ſit actiuitas aliaꝝ naturaliū cauſaꝝ cōcurrentiū,ſi ille actus eſt elicitus eſt elicitus ab infuſa charitate cū aliis ex intenſione actus et ꝑ ꝯñs ex ſubſtātia actus poſſet uiator euidenter ſcire ꝙ ille ſole cauſe naturales nō ꝓduxerint hūc actum ſed ꝙ ſit aliqua alia cauſa ſupnaturalis q̄ cōprincipiauerit qa cognoſcit aliquē gradū ineſſe actui illi quē non ꝓduxerunt naturales cauſe ex quo ꝑſupponitur cognoſcere proportionē cauſaꝝ ad effectum. Decimūſeptimū. Actus iſuſus dat delectationē uel aliquē gradū delectationis i actu ꝑm ꝙ delectatio ab actu cauſatur et ab habitu,nō ꝑm ꝙ cauſatur ab obiecto. Nā infuſa charitas nō includit obiectū. Quō aūt delectatio cauſetur ab actu et quō ab obiecto dictū eſt diſt.i. Decimūoctauū. De hac delectatione quō poſſit habitus ex ea ſciri uel nō dicatur conformiter ad dicta de intenſione actus. Decimūnonū. Si habitus iſuſe charitatis ponatur actiuus reſpectu actus tunc impoſſibile eſt ꝙ ille qua

tuor cõditiones delectabiliter,faciliter,prompte et expedite nõ
habeãtur ab eo ſicut a naturaliter acqſito cũ ſit naturalis cau-
ſa naturaliter agens.Immo ĩpoſſibile eſt ipm eſſe in poª et co
agere potẽtie quin poª facilius expeditius promptius et delec
tabilius agat.Similiter ſi ponatur nõ actiuus ſed ſolũ inclina-
tiuus iteꝝ illas quatuor cõditiones hẽt qa planũ eſt ꝙ poª de-
lectabilius agit et facilius aliqd cũ ad ipm inclinatur q̃; cũ nõ
ad ipm inclinatur.Si qs ergo uult negare illa quatuor ab hitu
ĩnfuſo neceᵉ habet dicere ꝙ nec agat nec ĩclinet ſed ſit preciſe
decor qdã ex cuius p̃ſentia actus reddatur dignus uita eterna
ſimiliter ſubiectũ eius.Vigeſimũ.Si charitas ĩfuſa ponatur ac
tiua tũc oportet dicere ꝙ ſi qs actũ cognoſceret pfecte et gra-
dum cauſalitatis ĩ cauſis naturalibus ꝙ cognoſceret tm̃ effec-
tũ nõ productũ ab illis cauſis (tm̃.i.tam nobilem) ſed nõ poſ-
ſet faciliter cognoſcere q̃ eſſet reliqua cã a qua haberetur ille
gradus ulterior ĩ quẽ non potuerũt naturales cauſe.Vigeſimũ
primũ.Cũ doc.dicit nec ex actu nec ex aliquo alio quod natu-
raliter expimur nos poſſe cognoſcere nos habere charitatẽ cer
titudinaliter ueꝝ dicit pro ſtatu iſto quia pro ſtatu alio ĩtuiti
ue põt uideri omne accidens ĩ aĩa.Vigeſimũſecũdum.Certũ eſt
oĩs actus quẽ cõmuniter habemus elicitus ab ĩfuſa charitate et
acqſita et obiecto et poª ſimul põt hr̃e eque intenſum actum ſi
milẽ q nõ eſſet elicitus ab ĩfuſa charitate,quod multis cauſis cõ
tingit qa uolũtas põt ĩtenſius agere ſimiliter habitus poſſunt in
tenſiores acqri ideo q̃uis expiar me hr̃e actũ intenſiorẽ priori
actu tñ ſuſpicari poſſuꝫ ꝙ uel maiori conatu ul' augum̃tato ha
bitu acqſite charitatis uel ĩfluxu aſtrorũ uel aliq̃ ĩteriori com
plexionali diſpoſitione uel exteriori allectione uel occaſione il
le actus ſit elicitus ita ꝙ pro ſtatu iſto nõ poſſumus certi eſſe
ex aliquo tali nobis ineſſe infuſam charitatẽ. Vigeſimũtertiũ.
Certa noticia eſt illa q̃ eſt ſine dubitatione et deceptiõe de ob
iecto cognito.Vigeſimũquartũ.Charitatẽ cognoſci certitudina-
liter ab habẽte põt dupʳ intelligi.ſ.qdditatiue uel inheſiue.i.ꝙ ĩ
hereat actu ſibi.Primoº oĩs uiator põt certitudinaliter cogno-
ſcere et naturaliter.Secũdoº nõ de cõi lege ſed bene p reuela-
tionẽ.Nã quicqd in exterioribus põt hõ exiſtẽs ĩ charitate ĩfu
ſa hoc idẽ põt non habẽs charitatẽ licet non in tãto gradu.Vi-
geſimũquintũ.Multa ſigna ponũtur a doctoribus charitatis ge
nerãde et genite et roborate et pfecte q̃ oĩa non faciũt certitu
dinẽ uiatori propter defectũ cognitiõis ſue licet ĩ ſe faciãt cer
titudinẽ ſaltẽ pla coꝝ.Vigeſimũſextũ.Non habere charitatem
ĩntelligitur tripʳ,unoº poſitiue.i.habere aliqd repugnãs chari
tati ut peccatũ mortale et ſic ſolus in peccato mortali exiſtens
dr̃ nõ hr̃e charitatẽ.Et talis ẽ duplex.ſ.ab alio ꝯ̃hens illud pec
catũ ſicut is q.eſt ĩ peccato originali,et a ſeipo ſicut alii pecca
tores mortaliter.Alioº ꝯ̃dictorie.i.put ly non nihil ponit et ſic
ligna et lapides dicũtur nõ hr̃e charitatẽ. Tertio priuatiue et
ſic ſole nature ĩtellectuales apte nate hr̃e dicũtur non habere.
Vigeſimũſeptimũ.Nõ hr̃e pº et tertio modis cõcurrũt poſt la-
pſum ſemp ĩ eodẽ.Nã poſt lapſum quicũq; nõ hẽt priuatiue,ẽt
non hẽt poſitiue eo ꝙ nullus hõ eſt quin uel ſit ĩ charitate uel ĩ
peccato mortali,ſecus eſt de ſtatu ĩnocentie ĩ quo potuit hõ eſſe
ĩn naturalibus puris abſq; peccato mortali et gratia ſaltem ali
quãto tempore. Similiter p ſtatu iſto abſoluta dei poª eſt poſ
ſibile aliquẽ eſſe ĩ naturalibus puris.i.nec ĩ peccato mortali nec
ĩn gratia.i.charitate ſed ppter magnã charitatẽ dei ad nos or
dinauit deus,quicũq; eſt ſine peccato mortali ſtatim deus uult
ei,dare charitatem.Vigeſimũoctauũ.Solũ peccatũ mortale re-
pugnat charitati et nullũ ueniale.Vigeſimũnonũ.Illud eſt mor
tale peccatũ cui ex diuina iuſticia debet pena eterna ſiue dã-
ni ſiue ſenſus.Dicitur dãni ppter peccatũ originale.Trigeſimũ
Habẽs charitatẽ aliq̃liter expiri põt ſe eã hr̃e ſed nõ habẽs nõ

põt,tñ peccator mortalis põt cognoſcere qd ſit charitas et expi
ri aliq̃liter ĩ alio.Trigeſimũprimũ. Acqſita charitas pprie po
teſt dici amicitia aqſita et põt acqri tã intenſe actiua ſicut in-
fuſa charitas,licet deus poſſit ĩfundere charitatẽ tã intenſam
ꝙ ſi eſſet actiua eſſet magis actiua q̃; q̃cũq; charitas acquiſita.
Trigeſimũſecũduꝫ.Aliq̃ diuerſa ſpẽ poſſunt actiuitatẽ habere
eiuſdem rõnis ſicut motus et calor calefaciũt,ſic licet ĩfuſa et
acqſita charitas ſint oĩo alteriꝰ rõnis tñ hñt ſe eodẽ mõ reſpec
tu actus.Trigeſimũtertiũ.Volũtas põt ſatis cito mutari ad di
ctamen fidei.i.ad modũ quo dictat fides debere fieri ex feruo-
re magno charitatis ad ĩtenſiſſimas actiones ſicut multos ſim-
plices expimur feruẽtiſſime agere q prudẽtiã nullam habent.
Trigeſimũquartũ.Naturaliter ad exile dictamen rõnis ex fer
uore magno naturalis amoris põt actus magnus haberi acqſite
dilectionis,et talis actus eſt ĩ ptãte uolũtatis plenẽ, ſed actus
charitatis nõ eſt plene ĩ poteſtate uolũtatis qa aliquoº depen-
det a charitate.Trigeſimũquintũ.Multa cõſiderãtur ĩ actu me
ritorio.Primo ſubſtãtia actus illius.i.entitas abſoluta qua re-
ponitur ĩ genere q̃litatis.Secũdo ĩtenſio.i.certus gradus pfec-
tionis.Tertio delectatio ĩ agẽdo,q̃to facilitatio, quinto bonitas
entitatiua.i.appetibilitas qa bonitas quidditatiua ſub ĩtenſione
eius cõprehẽditur,ſexto bonitas moralis p ꝯformitatẽ ad dic-
tamen prudẽtie,ſeptimo ꝯformitas ſapiẽtie ſiue ĩtellectus per
conformitatẽ ad dictamen fidei,octauo,ponũtur illa duo dicta
mina,nono acceptabilitas uel acceptatio dei. Trigeſimũſextũ.
Acceptatio eſt duplex generalis et ſpẽalis. Generalis eſt re-
ſpectu omniũ. Spẽalis eſt reſpectu aliquoꝝ.Generalis eſt du-
plex,q̃dã eſt ſimplex ꝯplacẽtia et nõ efficax q̃ deo ꝯplacẽt oẽs
reꝝ quidditates ſed nõ ita efficaciter ꝙ uelit eas eſſe realiter,
quedã ẽ efficax qua oĩa q̃ realit̃ exiſtũt uult realit̃ exiſtere.
Specialis etiã eſt duplex q̃dã eſt cõplacẽtie ſpecialis ĩ actibus
ex dictamine recte rõnis et uirtuoſa uolũtate pcedentibus ut
ſunt uirtutes q̃dã eſt acceptationis ad uitã eternã q̃ ſit p hoc ci
tum charitatis infuſe.Trigeſimũſeptimũ.Charitas eſt q̃dã ha-
bitus.i.qualitas ſupnaturalis.i.ab agẽte ſupnaturali tm̃ pduci
bilis inherẽs formaliter.i.inexiſtens p modũ forme nature bea
tificabili per quẽ ipa natura acceptatur a deo ſpeciali accep-
tatione ad uitã eternã perpetuo poſſidendã in corpore et aĩa
tãq; digna tãto p̃mio iuſticia cõmutatiua et p quẽ ipa eſt ami
ca deo et p̃grata ꝛ chara et p quẽ actus nature illius elicitus
ſm inclinationẽ illius hitus eſt meritorius uite eterne.Trigeſi-
mũoctauũ.Charitas eſt duplex ad ppoſitũ.ſ.aſſiſtens et inhe-
rens . Aſſiſtens eſt.S.S.acceptans naturã et actum ſm modũ
dictũ appropriate ſed pprie tota trinitas eſt charitas aſſiſtẽs.
Trigeſimũnonũ.Aliqs eſt amicus dei dupʳ.ſ.generaliter et ſpe
cialiter,primoº cuicũq; uult deus aliquod bonũ eſt amicus dei,
ſecũdo mõ cui uult uitã eternã modo p̃dicto.Quadrageſimũ.
Bonitas eſt quintuplex,prima eſt entitatiua et illa eſt idẽ q̃
appetibilitas,ſecũda eſt naturalis et eſt idẽ quod gradus intri
ſecus perfectionalis cuiuſlibet,tertia eſt ex genere.i.ex obiec-
to,illo mõ qñ actus aliqs habet obiectum cõueniẽs tũc ipe uoca
tur bonus ex genere,quarta eſt moralis de qua prius dictũ ẽ,
quinta eſt meritoria uel gratuita de qua dictũ ẽ ſupra et am-
plius dicetur ĩfra,et eſt triplex,q̃dã eſt ĩ natura q̃ meretur,q̃
dam in charitate ĩfuſa,q̃dã ĩ actu elicito. Quadrageſimũpri-
mũ. Actum ſubſtratũ peccato acceptat deus generali accepta
tione primoº. Quadrageſimũſecũdum. Actus charitatis ac-
ceptatur ſpecialitur ſecũdoº.i.ordinatur ad uitã eternã tãq;
meritum cõdignũ ad p̃miũ.Quadrageſimũtertiũ.Actum eẽ di
gnũ uita eterna dupʳ ĩtelligitur, unoº ꝙ ex ppria ſua natura
oĩbus aliis circũſcriptis ſit dignꝰ uita eterna et ſic nõ eſt ueꝝ.
Alio modo ꝙ ex diuina bonitate et uolũtate habeatur dignus.

Quadrageſimumquartum. Nos credimus noſtram naturam beatificabilem iuſtam eſſe habitualiter acceptam ideſt quando non actu operatur adhuc credimus diuinam uoluntatem eam ordinare ad uitam eternam tanquã dignam tanto bono. Quadrageſimumquintum. Natura beatificabilis uocatur iuſta quãdo eſt ſine peccato mortali et habet habitum charitatis infuſe. Quadrageſimumſextum. Quanquã ille habitus qui eſt charitas habeat a diuina uoluntate hanc conditionem ꝙ habens eas eſt ſic dignus etc. tamen de potentia dei abſoluta eſſet deo poſſibile hanc conditionem ponere in omni ente poſitiuo cui non intrinſece eſt annexa malitia moralis ſicut eſt mentiri et adulterari etc. Quadrageſimumſeptimum. Cauſa quare ponimus charitatem eſſe habitum creatum neceſſarium nobis eſt quia credimus noſtram naturam et actum a deo acceptari modo predicto et actum illum eſſe in noſtra poteſtate et ſimiliter ipſum mereri uitam eternam, quod non eſſet niſi principium meriti quod eſt charitas eſſet formaliter in nobis. Quadrageſimumoctauum. Charitas multos actus habet qui ubiq; repe riuntur ideo transeo hic. Quadrageſimumnonum. Infuſa charitas nullam creaturam inclinat ad diligendum deum quantũ diligibilis eſt quia impoſſibile eſt deum diligi a creatura quantum diligibilis eſt quia eſt infinite diligibilis. Quinquageſimũ Differentia eſt inter gratum eſſe in natura intellectuali et in actu. Nam natura eſt deo grata et accepta quando habet in ſe habitum charitatis ut quendam decorem qui decor placet diuine uoluntati ſed actus ultra hoc requirit ꝙ eliciatur ſecundum inclinationem charitatis, habens enim charitatem infuſaz poteſt habere actum indifferentem ideſt qui nec eſt meritori' nec demeritorius. Similiter peccatum ueniale poteſt ſtare cuz charitate in eadem uoluntate. Quinquageſimumprimum. Non omnis actus habentis charitatem eſt meritorius uite eterne ſed ſolum ille qui elicitur ex inclinatione charitatis. Quinquageſimumſecundum. Probabile aliquibus uidetur ꝙ charitas infuſa actiue ſe habeat ad actum meritorium, oppoſitum tamen ẽ probabilius quia cum ſit qualitas naturalis ad ſubſtantiã cuiuſlibet actus charitatis ageret etiam ſi per circunſtãtias moraliter deformaretur. Quinquageſimumtertium. Non eſt impoſſibile habere actum intenſiſſimum ſine habitu, quia deus habet talem ſine habitu. Quinquageſimumquartum. Habere intenſiſſimum actum eſt dupliciter, uno modo ſimpliciter et abſolute ideſt extra genus ſiue omni modo, et ſic ſolus deus habet talem actum. Alio modo in genere ſiue ſecundum quid et ſic comperatiue et in ſuo genere habet ille actum intenſiſſimum quo nullus alius in eodem genere habet actum meliorẽ uel nullo altero actum minorem. Tunc ſuppoſita opinione de actuitate habitus nullus uiator poteſt habere intenſiſſimum actum ſine habitu, etiam ſuppoſita opi. de inclinatione habitus adhuc ñ poſſet tam perfectus actus haberi ſine tali inclinatiõe ſicut cũ tali inclinatione, nam facilius eliceret nec tamẽ potentia ſit potentior per habitum. Quinquageſimumquintum. Aliquis actus charitatis ideſt fruitio in patria de facto non eſt minor q; eadem uoluntas habuit optimum actum charitatis tamen dubium eſt utrum ſemper et perpetuo duret tam perfectus actus in beato nec illa uariatio eſſet contra rationem beatitudinis qa creatura aliquando uidetur in eſſentia et poſtea non, ſicut cuz deus reuelat ſancto orationes uiatoris quas prius nõ nouit nec poſtea noſcet. Quinquageſimumſextum. Poſſibile eſſet beatum non habere tam intenſum actum charitatis in patria ſicut habuit in uia ſed diuina pietas non permittit, imo de facto nũquã habuit uiator in uia tam intenſum actum charitatis ſicut idez poſtea habet in patria niſi ſpeciali quadã gratia ut ſi uiatori cõmunicaretur clara uiſio eſſentie diuine. Verum autem aliquis uiator poſſit habere actum intenſiorem in uia q; alius in patria dubium eſt. Quinquageſimumſeptimum. Habere actum intenſiſſimum dilectionis diuĩe nõ eſt beatitudo quia deus poſſet uiatori infundere actum intenſiſſimum talẽ et tñ propter hoc non eſſet beatus. Quinquageſimumoctauum. Dilectio eſt duplex, quedã plene quietans appetitum ut dilectio patrie, quedam non plenè quietans ut dilectio uie. Quinquageſimum nonum. Ad propoſitum tres ſunt cauſe actus meritorii ſcilicet obiectũ, uolũtas, et charitas, et hoc eſt hic ſpeciale quia ad nullum actum alium ita requiritur habitus ſicut hic. ꝙ autem dictamen recte rationis requiritur, hoc non eſt ut cauſa eliciens ſed ut cauſa dirigens. Sexageſimũ. In actu meritorio duo ſunt, ſcilicet abſoluta qualitas et ratio meritorii ideſt acceptari a deo ad uitam eternam. primum cõprehendit actũ, intenſiones et moralem bonitatem. Sexageſimumprimum. Nihil in merente ẽ quo actus complete dicatur meritorius. Sexageſimũſecundum. Acceptatio eſt duplex ſcilicet actiua et paſſiua. Prima ẽ uolitio diuina fundamentaliter qua uult naturam illam et uolũtatem et actum eſſe digna uita eterna .i. uoluntas diuina uult illi nature propter hos actus et habitum charitatis dare uitaz eternam, ſi perſeuerauerit uſq; ad mortem. Secunda fundamẽtaliter nihil aliud eſt niſi natura talis beatificabilis et actus et habitus charitatis tamen formaliter eſt una relatio que dicitur acceptari uel digna eſſe uita eterna ſicut per oppoſitum in diuina uolitione inquantum tranſit ſuper hoc obiectum fundatur una relatio que dicitur acceptare et illa utraq; ẽ rõnis qa non conſequitur rem ſed actum uoluntatis. Et capitur hic large relatio rõnis ut ſupra fo. 13. col. 2. Sed formaliter ꝓpter has duas relationes dicitur natura rõnalis et actus eius digna uita eterna. Sexageſimumtertium. Nullus actus ex omnibus naturalibus ſuis complete eſt meritorius niſi acceptetur a deo ad uitam eternã et per hoc fit dignus. Sexageſimũquartum. Iuſtitia ad propoſitum eſt duplex. Prima eſt cõmutatiua ſiue retributiua et eſt quãdo equiualens redditur pro equiualente ſꝫ naturam rei uel ſecundũ pactum inter partes uel ſecundũ cõmunem uſum uoluntatũ. Et ſic penes pactum .i. dei ꝓmiſſum inter uitam eternam et actum meritorium eſt equiualentia, et iõ ſecundũ iuſticiã cõmutatiuã uel retributiuã debetur uita eterna nature rationali pro actu meritorio. Secunda eſt diſtributiua in qua nõ attẽdit equalẽtia talis ſꝫ ꝓportio iter munera et ꝑſonas quibus impẽdunt et a qbus ipẽdunt, et ſic dignioribus ꝑſonis pro modicis actibus plura tribuũtur q; minus dignis pro maximis actibus. Sexageſimũquintũ. Acceptari propriiſſime ẽ de ratione meriti et acceptare nõ ita ſtricte eſt de ratione meriti. Sexageſimumſextum. Mereri uitam eternam eſt in poteſtate merentis ſuppoſita generali influentia ſi habet uſum liberi arbitrii et charitatem et illa ſunt requiſita ut preuia, et ſuper hoc requiritur acceptari a deo et illud nõ eſt in poteſtate merentis, ſed tamem ex pacto dei cum eccleſia certum eſt ꝙ eliciens actum ex dictamine recte rationis et libera uolũtate ex inclinatione charitatis acceptatur a deo ad uitam eternã ſemper concurrente diuina generali influentia. Quid ſit generalis influentia patet. fo. 3. col. 3. Ex quo ſequitur ꝙ in poteſtate hoĩs eſt mereri uitã eternã ſolũ diſpoſitiue, complectiue aũt a deo. Sexageſimumſeptimũ. Non ſequitur meritum cõplectiue eſt a deo, ergo deus meretur, quia nullus meretur niſi qui cõtingenter elicit actũ ut ꝓximo dictũ eſt qualis non eſt deus. Sexageſimumoctauũ. Principalius ĩmerito capit' dup', uno mõ pro cõpletiuo et ſic illa r'lo acceptari eſt pricipalius qa ſine eo oĩa alia nihil ualerent. Alio mõ ꝓ pfectiori in ꝓpria entitate illo modo actus abſolutus eſt principalius illa relatione. Sexageſimumnonum. Meritum dicitur dupliciter, uno modo ſimplici

ter reſpectu uite eterne ut premii etc. illo modo actus uel natura rationalis per actus meretur. Alio modo ſecundum quid reſpectu illius relatiōis que eſt acceptare. illo modo actus meretur a deo acceptari, ſed hoc eſt meritum ſecundum quid. Septuageſimum. Illud dicitur meritum quod eſt dignum aliquo modo, illa dignitas eſt duplex. Prima eſt ad uitam eternam et ſic actus charitatis ut includit illam relationes que eſt acceptari eſt meritum et dicitur meritum ſimpliciter. Secunda eſt ad acceptari, illo modo actus charitatis in ſe ſine illa relatione dicitur meritum, et dicitur meritum ſecundum quid. Septuageſimumſecundum. Secūdum iuſtitiam commutatiuā et ſtrictam actus charitatis non eſſet dignus uita eterna ſi non acceptaretur a diuina uolūtate etc. que acceptatio facit ipſus ſtricta iuſtitia dignum uita eterna. Cum enim ſemper premium ſit nobilius merito in ſe ſequitur ꝙ actus in ſe nullo modo ē eque bonus cum uita eterna, fit tamen eque bonus per diuinam acceptationem. Ex hoc habetur intellectus illius dicti, deus ſemper premiat ultra condignum. Septuageſimumſecundum. Veriſimile eſt ꝙ deus aliquando etiam ultra illam communem acceptationem premiat ex mera liberalitate. Septuageſimumtertium. Dignitas uite eterne in natura intellectuali ineſt ex libera uoluntate et actu eius et ex charitate ſed pricipaliter ex charitate, ſecundario ab actu libere uoluntatis. Et uult doctor circa finem primi articuli obiectum aliquo modo contineri in habitu, et actuitatem habitus eſſe uirtute obiecti, ita ꝙ qñ doctor diſt.3.par.3.dixit duas eſſe cauſas partiales actus ſcilicet intelllectum et obiectum, dicit hic actuitatem habitus reducendam ad actuitatem obiecti et non ad intellectum. Notādum etiaꝫ ꝙ circa medium illius primi articuli habetur ſic, hic poteſt dici in actu meritorio etc. ibi duo membra ponuntur et poſt paucas rigas habentur hec uerba. Hoc ſecundum membrum etc. ubi duo argumenta implicite innuuntur pro illo mēbro. illis poſitis in oppoſitum arguit doctor. ibi. Contra meriti, poſtea primum argumentum ſoluitur ibi. Et quod adducitur Pro ſecundo membro et cōtra eādem ſolutionem fiunt duo argumenta que ambo immediate ſoluuntur poſtea ſoluitur ſecūdum argumentum pro ſecundo mēbro quod incipit ibi. Quod etiam porobatur quia reſpectu etc. et ſoluitur ibi, ad illud qd ſecundo adducitur etc. Et ꝙ in fine articuli dicitur reſpōſio queratur alibi ſenſus eſt, ex dictis hic inde bñ pōt hri rñſio.

¶ DE SECVNDO ARTICVlo dico ꝙ deus etc. Iſte eſt ſecundus articulus principalis huius queſtionis. Cuius mens cōſiſtit in quatuor dictis. Primum. Poſſibile eſt deo abſolute naturam intellectualem acceptare ad uitam eternā ſine omni charitate. Similiter et actum pure naturaliter elicitum. Secundum. Deo placuit ut non uellet acceptare naturam nec actum eius in puris naturalibus ſed hoc non poteſt niſi ex fide probari. Tertium. Doctor remittit in duobus dubiis ad alia loca. Primū eſt quomodo natura creata uel actus eius ſit ratio quare deus eam acceptet. Hoc autem ſoluit ſufficienter in ſuperioribus. Secundum eſt. uidetur ꝙ ſi nullum donum ſupernaturale eſſet ꝙ adhuc eſſet amicus et inimicus etc. hoc ſoluit in q̈rto libro. Quartum dictum. De potentia dei abſoluta nō eſt neceſſe ponere habitum charitatis in uoluntate ad hoc ꝙ quis mereatur uitam eternam, immo beatitudo poteſt dari a deo ſine omni habitu tamen de potentia dei ordinata neceſſe eſt ponere, quia ſic ordinauit. Quid ſit potentia dei ordinata et abſoluta uide ſupra fo.6.colū.2.

¶ QVANTVM AD TERTIum articulum poſſet etc. Hic eſt tertius articulus pricipalis. Qui cōſiſtit in ſex dictis. Primum. Poteſt dici ꝙ magiſter ſententiarū non negat omnem habitū infuſum eſſe in nobis, probatur, quia dicit ꝙ pueri baptizati non dum cognoſcentes deū ſunt templum dei, ergo habent habitum ſine actu quo deus inhabitat in eis. Similiter in ſecundo libro uidetur ponere gratiam creatam in anima. Secundū. Magiſter poſuit unum habitum informantē animam et illo habitu inhabitat ſpirituſſanctus in anima et ſic ſpirituſſanctus cauſat in anima fidem in intellectu, et ſpem in uoluntate et ille habitus quo ſpirituſſanctus inhabitat eſt ille quo anima diligit deum. Tertium. Quando magiſter negat aliquē habitum quo diligatur deus ſic intelligit ꝙ nullus alius habitus in nobis eſt q̄ ille quo ſpirituſſanctus inhabitat, et ille propter ſuā perfectionem dicitur ipſe ſpirituſſanctus quia actus ad quem eſt ille habitus eſt perfectio ſimpliciter ſcilicet dilectio, ideo ille actus poteſt immeditate attribui ſpirituiſancto. Quartum. Magiſter ſententiarum ponit fidem et ſpem ad actus credendi et ſperandi ut ſpeciales habitus quia non poteſt actus credēdi et ſperandi attribui immediate ſpirituiſcō propter imperfectionē eorum ideo ſpeciales habitus ponit reſpectu eorum. Quintum. Habitus quo inhabitat ſpirituſſanctus debet eſſe ita perfectus ꝙ nec ī patria euacuetur et ideo ipꝫ īſignit nomine ſpirituſſancti. non ſic eſt de fide ſpe. Sextum. Magiſter dicit ꝙ ſpiritus ſanctus inhabitat per gratiam et tunc eſt dubiuꝫ utrum ponat gratiam eſſe idem cum charitate uel alium habitum. Sed hoc dubium habet expediri in ſecundo libro diſtinctione.27.ubi doctor tenet ꝙ ſit idem habitus.

¶ AD ARGVMENTA PRINcipalia ad primum etc. Hec eſt cauda queſtionis in qua ſoluūtur argumenta principalia. Cum ergo queritur utrum neceſſe ſit ponere etc. Arguitur primo ꝙ ſic. Secundum Auguſtinū illa cōſequentia eſt bona ſi diligis proximū ergo debes diligere dilectionem, ſed dilectio eſt deus ergo conſequens eſt ut deum diligas, ubi queritur quomodo accipiat dilectionē, ſi pro actu tunc deus eſt formaliter noſtra dilectio, ſi effectiue tunc male ſubſumitur et ſunt quatuor termini. ¶ Pro ſolutione huius argumenti notandum primo ꝙ non eſt neceſſe ꝙ diligens proximum diligat actū quo diligit. immo nec oportet cognoſcere actum, ſed ſufficit cognoſcere obiectum tamen ſi reflectitur ſuper actum poteſt cognoſcere et diligere ipm. Secundo Notandum ꝙ dilectio eſt actus qui uniuoce cōuenit deo et creature ideo ſpirituſſanctus et deus formaliter eſt dilectio, ſed non eſt dilectio mea, ſed dilectio predicatur uniuoce de deo et actu creato. Tertio notandū. Ordinate diligens minus bonum, magis debet diligere maius bonum precipue quando ratio quare diligitur minus bonum eſt a maiori bono. Quarto notandum ꝙ omne bonum habet rationem diligibilitatis a ſpirituſancto qui eſt dilectio per eſſentiam. Argumentum procedit et probat deum eſſe diligendum, ſed non probat ꝙ deus ſit formaliter dilectio mea. ¶ Secundo arguitur ſic. Nullum donum eſt excellentius charitate, et nullum donum eſt excellentius ſpirituſancto, ergo charitas eſt ſpirituſſanctus, conſequentia patet quia quod per ſuperabundantiam dicitur uni ſoli conuenit. ¶ Pro ſolutione argumenti doctor notat primo ꝙ ſic debet formari argumentum. Nullum donum creatum eſt excellentius charitate creata, ergo eſt perfectio ſimpliciter ideſt non includens limitationem de ſe. conſequentia probatur. Omni non perfectione ſimpliciter eſt aliqua perfectio in creaturis perfectior et omnis perfectio ſimpliciter conuenit ſpirituiſancto in ſummo. Secundo notat. Neceſſe eſt ꝙ habens omnem perfectionem ſimpliciter ſit deus ideo licet charitas creata ſit nobiliſſimum donum creatum tamen ſpirituſſanctus eſt nobilius donū licet non creatum. Tertio notat ꝙ ſpirituſſanctus eſt forr dilectio. in forma eſt in eo dilectio, non autem ſpes et fides ſed tantum cauſat ea in aliis ideo non eſt ſimile de dilectione et ſpe. Li-

cet ergo deus cauſet in nobis dilectionem et ſpem, non tamen eodem modo ſunt in deo. Quarto notat. ꝙ charitas ſecundū doctores eſt una qualitas creata a deo et uoluntati infuſa, et uidetur ꝙ illa non ſit perfectio ſimpliciter, cum tamen non ſit in deo aliqua qualitas uniuoca, tamen actus dilectionis eſt perfectio ſimpliciter, et ideo ab illo actu poteſt talis habitus dici perfectio ſimpliciter. Quinto notat, ꝙ probatio conſequētie in argumento non ualet, quia eſſentia ſummi angeli eſt perfectior ꝙ̄ quedam perfectiones ſimpliciter in propria ſua quiditate. ¶ Tertio ſic arguitur. Omnis creatura poteſt intelligi non bona eo ꝙ eſt bona per participationem, ſed charitas non poteſt intelligi non bona, ergo eſſentialiter eſt deus. ¶ Doctor remittit ſe ad diſtinctionem octauam ad iuxta queſtionem prime queſtionis.

¶ AD ARGVMENTA PRO opinione que imponitur etc. Hic doctor ſoluit rationes pro magiſtro adductas. Pro quo duplici uia arguitur. Prima quadrupliciter. Primo ſic. Sicut ſe habet actus naturalis ad habitum naturalem, ſic ſupernaturalis ad ſupernaturalem, ſed naturalis habitus non cauſat ſubſtantiam actus ſed dat ipſum elici prompte delectabiliter et expedite, ergo ſimiliter illa tribuit habitus ſupernaturalis. Sed talia non experimur, ergo non eſt in nobis talis habitus. ¶ Pro ſolutione doctor primo notat ꝙ maior eſt falſa, quia charitas tantum dat acceptabilitates actui ideſt ꝙ ſit meritorius, et cauſat partialiter actum, et non dat operari prompte etc. ¶ Secundo ſic. Voluntas poteſt naturaliter diligere deum, ergo ſuperflueret habitus. ¶ Pro ſolutione notandum. ꝙ aliquid eſt de hoc dictum diſtinctiōe prima queſt. quarta. tamen notandum primo. ꝙ uoluntas naturaliter poteſt deum diligere ſuper omnia, ſed illa dilectio non eſſet meritoria uite eterne. Secundo notandum. ꝙ de facto dilectio beatifica cuiuſlibet beati eſt perfectior ꝙ̄ dilectio meritoria quam habuit in uia, tamen oppoſitum eſſet poſsibile. Tertio notandum. ꝙ charitas in patria requiritur non ut beatus ea mereatur uitam eternam, ſed ut perfectiorem actum beatificum habeat, nec deus uult actum beatificum eſſe niſi ſit partialiter a charitate ideo non habens charitatem non eſſet beatus. Et ſic intelligitur illud dictum Auguſtini. Beatus eſt qui habet q̄cquid uult ſcilicet eo modo quo debet uelle, ſed quia deus uult ꝙ actus beatificus ſit ex charitate ideo beatus debet uelle deum diligere ex charitate. et ſine ea non eſſet beatus, nec eſſet deo acceptus. Quarto notandum. ꝙ quanto potentia finita eſt perfectior tanto magis deficit a ſua perfectione ſi non habet habitum ſibi proportionalem, ut ſit potentia triginta graduum, ſit alia mille graduum, ſi prima poteſt cum habitu triginta graduum cauſare actum, ſexaginta graduum, ſecunda poteſt cum habitu proportionali ideſt mille graduum cauſare habitum .2000. graduum, ergo ſi prima non habet habitum proportionalem ſue perfectioni ſolum deficit actus eius in triginta gradibus, ſed ſi ſecunda non habet habitum ſibi proportionalem deficit actus eius in mille gradibus. Quinto notat. ꝙ in patria non habetur charitas ſemper ſecundum proportionem eſſentie uoluntatis, ſed ſecundum proportiones ad merita illius uoluntatis, ideo qui plus meruit habet perfectiorem charitatem, et per conſequens illa dilectio non eſſet deo accepta in patria, quando uoluntas que non meruit charitatem ſecundum proportionem nature ſue uellet tali habitu deum diligere. Sexto notat. ꝙ nulla uoluntas in uia ex puris naturalibus poſſet deum diligere actu eque perfecto illi quem habet in patria, quia in patria habetur charitas tam perfecta in qualibet uoluntate, et quia obiectum eſt intuitiue preſens et fortiſsime agit ad actum. Septimo notat. ꝙ diuina uoluntas eſt infinita ideo nullo modo indiget habitu nec poteſt habere. Similiter quia uoluntas diuina eminenter continet perfectionem habitus ideo ſuperflueret. Octauo notat. ꝙ creatio eſt quando aliquid a ſolo deo fit nullo agente concurrente et nulla cauſa intrinſeca preſuppoſita ideo actus charitatis non creatur quia ad ipſum concurrunt creata charitas, et creata uoluntas. Quare autem dicatur ſupernaturalis, patet ſupra fo.8.colū.4. Et per illud ſoluitur tertium argumentum quod eſt tale. Omne ſupernaturale creatur, actus meritorius eſt ſupernaturalis, ergo creatur. Maior enim eſt falſa capiendo ſupernaturale large eo modo quo actus meritorius dicitur ſupernaturalis. ¶ Quarto ſic. Habitu contingit uti cum habens uoluerit, ſed non experimur ꝙ poſsimus uti charitate cum uoluerimus, ergo non eſt in nobis. ¶ Pro ſolutione huius argumenti doctor primo notat. ꝙ habitus naturaliter agit et ſemper niſi impediatur uel alie cauſe non concurrant ſcilicet potentia et obiectum ideo quando uoluntas agit naturaliter charitas coagit. Secundo notat ꝙ delectatio cauſatur ab obiecto actus et ab actu, et potentia. Actus enim ſemper ſuo modo delectat, non tamen uoluntas ſemper habet conplacentiam in obiecto actus. Nec omne obiectum delectat quantum eſt de ſe ſicut omnis actus delectat quantum eſt de ſe. ſed aliquod obiectum contriſtat, quoddam indifferens eſt. Similiter potentia poteſt ſe ipſam delectare quando placet niſi aſsit obiectum tam fortiter contriſtans. Tertio notat. Sepe actum imperfectiorem ſequitur delectatio maior ideo ex delectatione maiori non poteſt argui maius meritum, et per cōſequens ſepe multum contemplatiui et deuoti minus merentur ꝙ̄ alii, quia ſuauitas talis non eſt meritoria, ſed difficultas in actu ſepe magnum habet meritum. Et uoco hic deuotos ſuauiter deo adherentes. Et hec ſuauitas frequenter datur paruulis ut auidius deo ſeruiant et non dimittant operari bona.

¶ SECVNDA uia arguitur pro magiſtro. Primo ſic. Deus poteſt ſe ſolo in genere cauſe efficientis quod poteſt cū cauſa creata, ergo ſpirituſſanctus poteſt ſine charitate in actum meritorium. ¶ Doctor concedit de potentia abſoluta, et negat de potentia ordinata, de quo uide ſecundum articulum huius queſtionis. ¶ Secundo ſic. Si ineſt charitas adhuc oportet deum coagere ergo melius eſt ponere ſpiritumſanctum agere ſine charitate ex quo poteſt ſine ea. ¶ Pro ſolutione doctor primo notat. ꝙ deus coagendo cauſis creatis ad effectus ſibi naturaliter conuenientes non facit miraculum, ſed quando facit aliquid contra naturam per ſe ipſum. Secundo notat. ꝙ in actu meritorio uoluntas et charitas ſunt principia elicientia actum. ſimiliter ſpirituſſanctus, non minus illa tria ſunt principia et cauſe quare acceptatur actus a deo ſemper tamen principalis cauſa eſt ſpirituſſanctus. Tertio notat. ꝙ ſpirituſſanctus non prius tempore cooperatur uoluntati ꝙ̄ ipſa uoluntas operetur, tamen prius perfectione operatur ideſt perfectius operatur. ¶ Tertio ſic. Predicata propria nature humane ⁊ Chriſto dicuntur de uerbo ideſt perſona filii in diuinis, dicendo, deus eſt paſſus etc. ergo a ſimili predicata propria uoluntati poſſunt dici de ſpiritu ſancto ut ſpirituſſanctus meretur etc. ¶ Pro ſolutione notat doctor. ꝙ antecedens uerum eſt ratione concretionis ad ſupppoſitum uerbi, tamen illi actus proprii uerbo non fuerunt in libera poteſtate hominis uel uoluntatis humane, ut eſt creare, mundum gubernare, ſimiliter meritorie agere cōuenit uolūtati create nō diuine, quia nullius premii eſt capax ſicut creata uolūtas. ¶ Quarto ſic. Intellectus eſt minꝰ actiuꝰ uolūtate, ergo magis indiget hitu.i.lumine

glorie in patria ꝗ̄ uoluntas charitate, ſed nulla neceſsitas eſt
ꝙ intellectus habeat lumen glorie , ergo ſimiliter de uolun-
tate reſpectu charitatis nulla eſt neceſsitas. ¶ Pro ſolu-
tione doctor notat primo, ꝙ obiectum in ſpecie intelligibili relu
cens eſt cauſa intellectionis et non ſpecies que eſt qualitas , et
hoc dicit ſe intendiſſe in diſt.3.parte.3.queſt.2. Si enim illa ſpe
cies eſſet per ſe cauſa actus intelligēdi tunc in abſtractiua no
ticia intellectus non poſſet intelligere niſi prius alia cauſa par
tialis.ſ.ſpecies informaret intellectum. Ex quo patet ꝙ doctor
capit habitum et ſpeciem pro eodem, quia dicit ꝙ illis qui dicūt
ſpeciem non obiectū eſſe cauſam intellectionis eſt difficile ſol-
uere argumentū, quia ex hoc uidetur ſequi ꝙ non poſſet deus ſi
ne habitu cauſare actum beatificum , quia ergo ſpeciem ſemꝑ
proponit in ſoluendo, et arguens loquitur de habitu ideo ꝓ eo-
dem habet. Notat ſecundo, ꝙ cōmuniter nullus doctor negat lu
mē glorie in intellectu nec charitatem in uolūtate, de quo am
plius uidebitur in tertio libro et quarto.

## Queſtio. Tertia.

CIRCA AVGVMENTVM CHARITA
tis etc. Hec eſt ſecunda queſtio huius diſtinctio-
nis. Cuius titulus talis eſt. Vtrum tota chari-
tas preexiſtens in augmento corrumpatur ad-
ueniente charitate maiori. ¶ In hoc titulo ſunt ſeptem termini
declarandi. Primus eſtꝰ ly tota. Et capitur dupliciter. ſ. cathego
rematice et ſincathegorematice, de quo in paruis logicalibus.
¶ Secundus terminus eſt charitas qui declaratus eſt diſt. 17.
¶ Tertius terminus eſt preexiſtens, qui idem eſt quod prius
exiſtēs uel p̄ſuppoſitū alteri ī eſſe realis exiſtentie. ¶ Quar
tus terminus eſt corruptio. Et capitur dupliciter. Vno modo
abuſiue pro deſtructione negationis uel priuationis, ut quando
aliqua forma acquiritur tunc priuatio eius deſtruitur. Alio
modo proprie, et ſic eſt duplex. Prima eſt intentionalis , et eſt
deordinatio ab ordine , quem uel ſub pena ꝯminata ſeruare te
nemur, uel ex dictamine naturalis legis. Secunda eſt realis, et
hoc dupliciter. Primo theologicaliter, et hoc uel pro omni deor
dinatione inferiorum uiriū ad ſuperiores, uel ſpecialiter ꝓ an
nihilatione. Secundo phyſicaliter, et hoc dupliciter. Primo lar-
ge pro diuiſione partis a parte ſicut caput a pedibus, nulla par
te in ſe deſtructa. Secundo proprie pro priuatione actiua ma-
terie quinto phyſicorum, et illa iterum eſt duplex, quia quedam ē
deſtructio totius aliqua parte intrinſeca manente, alia deſinen-
te ut corrupto bruto, quedam nullo intrinſeco manente, ut quan
do accidens corrumpitur. Et de illa eſt ad propoſitum. ¶ Qui
tus terminus eſt aduenire qui non capitur hic pro acceſſu loca
li ſed pro addictione unius alteri per generationem. ¶ Sextꝰ
terminus eſt maior qui capitur hic pro charitate habente plu-
res gradus perfectionis. ¶ Septimus terminus eſt augmenta-
tio que eſt duplex. Prima eſt intenſiua.i.quantitatiua mole, et
eſt duplex ſcilicet numeralis et talis nō facit per ſe unum ex
additis adinuicem, et continua et talis facit per ſe unum. Secū-
da eſt intenſiua ideſt qualitatiua ubi addita faciunt per ſe
unum adinuicem licet ſint realiter diſtincta ut partes in conti-
nuo ſunt unum continuum tamen quelibet pars eſt ab alia rea
liter diſtincta. Fit autem talis augmentatio per latitudinem
graduum que eſt pluralitas partium realiter diſtinctarum cō
ſtituentium per ſe unum intenſum. Sed gradus latitudinis eſt
quelibet pars forme ſeorſum ab alia realiter diſtincta. ¶ Di-
miſſo ergo capite queſtionis corpus eius in duo diuiditur. Pri-
mo opinio quedam recitatur et improbatur. Secundo queſtio
ſecundum propriam mentem ſoluitur ibi. ad queſtionem. Opi-
nio eſt Goffridi de fontibus quoli.ii.q.4. qui ponit nihil chari-
tatis preexiſtentis manere idem numero in charitate aucta , ſi
ſemper unum nouum indiuiduum generatur. Probat, termini
motus ſunt incompoſsibiles ſimul in eodem tempore, et in eodē
ſubiecto, ergo charitas prior q̄ ē terminus a quo non poteſt ma
nere cum charitate poſteriore, que eſt terminus ad quem. Et
confirmat quoli.7.q.7. ſicut in ſpeciebus una ē perfectior qua
libet alia ſic in ī diuiduis unum eſt perfectius quolibet alio et
eſt menſura aliorum, ergo ſicut nihil idem eſt ſimul due ſpeci-
es, ſic nec duo indiuidua. ¶ Contra hanc opinionem doctor ar
guit ſex uiis. Prima uia ſic ſuppoſito ꝙ actus charitatis me-
reatur charitatem augere, et ſicut eſt poſſibile, ꝙ augeatur in
eodē inſtanti in quo meretur, tunc arguit ſic. omnis actus me-
ritorius ſimul requirit charitatem eē in uoluntate, quia tunc nō
eēt meritorꝰ i. tunc q̄ro utrum illa charitas exn̄s ſit noua charitas
uel prior, non noua, quia talis ſeʳ actum meritoriū ut premiū
eius, ergo eſt prior, ſequitur ad ſuppoſitum ꝙ ſimul ſunt noua
et prior charitas. Si dixerit Goffridus ꝙ nūquā deꝰ auget cha
ritatem in illo inſtanti in quo elicitur actus meritorius, ſed po
ſtea. Nam deus in memoriam ſuam reponit meritum illius ac
tus et actu corrupto deſtruit charitatem priorem et creat no-
uam. Contra hoc dicit doctor licet ſit falſum, tamen in mora
libus uirtutibus , et ſcientiis notum eſt ꝙ habitus augetur per
actum quando actus iam eſt et non poſt actum, quia tunc cuius
nihil ſit non poteſt augere. Preterea .ſi nouus habitus genera
tur quando actus eſt et tunc corrumpitur prior habitus , tunc
ille actus non erit ab habitu ſed a ſola potentia, quia tunc ha-
bitus prior eſt corruptus et nouus cauſatur ab actu , ſed incō
ueniens eſt ꝙ actus eliciatur a ſola potentia quando habitus ē
in potentia. Preterea. cum actus elicitus ſimul ab actu et po-
tentia ſit perfectior ꝗ̄ elicitus a ſola potentia , ſequitur ꝙ. ille
actus qui auget habitum ſit imperfectior alio actu qui non au
get, quia ille qui auget non habet habitum a quo ſit cum ſit cor
ruptus ut preſupponitur. Preterea. per actus ſpecies augē-
tur que prefuerunt. ergo non corrumpuntur. Et ꝙ doctor di-
cit . ꝙ ſi negetur intellectionem augere ſpeciem intelligibilem,
et ſic dimittit. ſubintelligitur eſt pura proteruia cum ſenſibi-
liter experiamur habere meliores ſpecies poſt plures actus ꝗ̄
ante. Preterea. quando uoluntas remittit intellectionem . ſicut
poteſt certum eſt ꝙ eſt eadem intellectio ante et poſt licet non
in eodem gradu. ¶ Secunda uia ſic. Nullum imperfectius
ex toto conatu cauſans, cauſat naturaliter perfectius ꝗ̄ aliud
multo perfectius ſimiliter ex toto conatu naturaliter cauſans,
ſed aliquando ultimus actus qui cauſat ſecūdum Goffridum.
optimum habitum eſt imperfectior uel ſaltem poteſt eſſe im-
perfectior quolibet priori , et cauſat naturaliter ex toto cona-
tu, ergo non eſt tantum ibi nouum genitum, ſed omnia prece-
dentia remanſerunt, quia illud nouum genitum non poteſt eſſe
perfectiſſimum cum cauſa eius ſit imperfectiſſima . Si dicat
Goffridus realiter deſtruuntur omnia priora, tamen remanēt
in memoria diuina , et ideo quando actus aliquis imperfectus
habetur. tunc deus cauſat charitatem perfectiorem ꝗ̄ prior fu
it. non propter illum actum ſolum, ſed propter actum cum il-
lo quod retinuit in memoria ſua. Contra hoc. dato ꝙ deus ſic
uellet de charitate, non tamen poteſt hoc dici de aliis habiti-
bus, et de naturalibus qualitatibus intenſibilibus et remiſsibili-
bus . de quibus ratio tenet ſimpliciter . nec poteſt dici ꝙ faci-
lius ſit in illud ſubiectum inducere perfectam formam , quod
prius habuit formam talem licet imperfectiorem ꝗ̄ quod
nullam habuit formam talem , et aliquando agens ualde
imperfectum poteſt gradum perfectiſſimum inducere quando

prius ibi fuerunt forme perfecte, ſic quando in homine prius fuerunt octo gradus caloris, poſtea agens imperfectius q̃ fuit quodlibet quod induxit gradus priores poteſt inducere calorē nouem graduum. Contra doctor arguit, ꝙ tunc generans eſſet imperfectius genito quod eſt impoſſibile. ¶ Tertia uia. In naturali remiſſione non deſtruitur indiuiduum remiſſum nec aliquid nouum generatur, ergo nec in augmentatione, antecedēs patet, quia quero quid generat illud indiuiduum nouum. planū eſt ꝙ illud quod remittit calorem ñ generat calorem remiſſiorem, quia eſt contrarium calori, alias non remitteret, nec oꝫ fugere ad agens uniuerſale quod eſt duplex ſcilicet deus et cōſtellatio quia eſſet plus deriſio q̃ probabilitas. ¶ Quarta uia. Si augmentatio fieret per corruptionem prioris et generationem noui, tunc eque eſſet motus in ſubſtantiis ſicut accidentibus, quod philoſophus negat, quia uult ꝙ mutatio ē in ſubſtantiis per corruptionem prioris et generationem noui et nō ſic ſit in accidentibus intenſibilibꝰ et remiſſibilibus. ¶ Quinta uia. Si ſic tunc quilibet gradus eſſet ſpecies ad omnes ſimiles eo ꝙ predicaretur in quid de eis et nullius alterius eſt pars, et per conſequens natura talis in communi eſſet genus. ¶ Sexta uia. Omnes rationes Goffridi concludunt eodem modo de quanto molis ſicut uirtutis, ſed euidenter conſtat eſſe falſum de quanto molis, ergo ſimiliter de quanto uirtutis. Sed Goffridus concedit ꝙ ſit eodem modo de quanto molis. quoli. 9. q. 4. quoli. ii. q. 3. Contra hoc arguit doctor dupliciter. Primo ſic. In ſacramēto ſanguinis notum eſt ꝙ quando non manent eadem accidētia que erant in uino tempore conſecrationis nō manet ſanguis ibi. ſi ergo uerum dicit Goffridus, ſequitur ꝙ cum rareſiunt ſpecies per calorem (in qua rarefactione fit maior quantitas) generetur noua quantitas, et per conſequens, quando in hieme cōdenſantur ſpecies per frigus et rareſiunt per calorem ꝙ nō ē amplius euchariſtia. Secundo ſic. ſequeretur ꝙ non eſſet naturaliter poſſibile rarefacere ſpecies illas, uel ꝙ non requireret naturale agens materiā uel ſubiectum in quod agat, quia patet ꝙ ibi non eſt materia ſubſtantialis, nec quantitas quia ſm te ē corrupta, et adhuc non eſt noua genita. Sed reſpondet Goffridus quoli. ii. q. 3. ad primū ꝙ non requiritur ꝙ ſint eadem accidētia, ſed ſufficit ꝙ ſint ſimilia ipſis. Similiter ad ſecundum cōcedit ꝙ naturale agens poteſt agere nullo eodē manente ſub utroque termino. ¶ Contra primum doctor arguit, ſequeretur ꝙ poſſet manere euchariſtia ſi quantitas aque daretur, quia illa ſolum differt numero a quantitate uini; et non eſt diſſimilior quantitati uini q̃ alia quantitas uini, quia ſolum differunt numero omnes quantitates, ſed conſequens eſt falſum. Similiter reſponſio ad ſecundum uidetur falſa.

¶ AD QVESTIONEM IGItur propter rationes etc. Hec eſt ſecunda pars corporis queſtionis. In qua doctor tenet contradictoriam cōcluſionis Goffridi, et ad argumentum principale quod eſt tale, nulla forma ſimplex poteſt eſſe ſubiectum tranſmutationis, ſed charitas eſt forma ſimplex. i. non compoſita ex materia et forma, ergo non poteſt eſſe ſubiectum tranſmutationis, eſſet autem tale ſubiectum, ſi eadem numero maneret ſemper. ¶ Reſpondet doctor notando primo ꝙ non ualet illa conſequentia, eadem forma manet in indiuiduo perfecto et imperfecto, ergo eſt ſubiectū mutationis ſicut materia eſt. eſt tamen ſubiectum ſicut natura in indiuiduo ſupra quā quodlibet indiuiduum aliquid addit. Secundo notat ꝙ idem eſt ſubiectum omnium indiuiduorum ut paries eſt ſubiectum omniū albedinum que adduntur. Ex quo patet ꝙ doc. uult, ꝙ quot ſunt gradus tot ſunt indiuidua realiter diſtincta qđ infert ꝙ non ſolum plura indiuidua ſpūalia poſſunt ſimul eē in eodē eiuſdē ſpeciei ſed etiā corporalia, patet ſimiliter ꝙ nullum indiuiduū mutatur ad aliud, ſed ſubiectum unius mutatur ad quodlibet, additur tamen unum alteri. Queſtio. Quarta.

SECVNDO QVERO VTRVM ILLVD poſitum etc. Hec eſt tertia queſtio huius diſt. et ſecūda q̃ſtio de augmētatione, cuius titulus talis eſt. Vtrū illud ꝙ remanet de priori charitate ſit tota eētia charitatis, ita ꝙ nihil reale addatur. Termini ſunt declarati. ¶ Corpus queſtionis diuiditur in duas partes prima litigat, ſecūda determinat Quo ad primā primo ponitur opinio ſancti Tho. prima ſecūde. q. 52. ar. 1. et. 2. qui dicit ꝙ illa additio non eſt per realē additionem ſed per meliorem diſpoſitionē ſubiecti, et quando cōtrarium in diſponens eſt amotuum. ¶ Contra hoc arguit doc. ſic. Cōtraria in ſummo non poſſunt eſſe ſimul in eodem et in remiſſo ſunt in eodem, ergo aliquid eſt in ſummis quod non eſt in remiſſis, nec illa compoſſibilitas uel incompoſſibilitas eſt ex ineſſe ſubiecto ſed ex ratione formali cōtrariorum et ex entitate reali eorū. ¶ Preterea. Nihil idem poteſt bis produci ſed ſecūdum te forma aucta eſt una realiter ante et poſt et tamen eſt bis producta quia ante ſemel, et nunc iterum et totiens quotiens augetur. ¶ Preterea. Si forma in ſe eſt ſimplex, ergo dat eſſe ſimplex ſubiecto, nec dicetur ſubiectum maius nec minus per ipſam cum in ſe non ſit maior nec minor. Sed Egidius de roma quoli. 20. q. 14. quoli. 6. q. 9. dicit ꝙ magis et minus diſpoſitum non eſt unum nec diſponens ad maius diſponit ad minus. ut ſiccitas ignis diſponit ad maiorem calorem et humiditas aeris ad minorem. ¶ Contra hoc arguit doc. una ſpecies receptibilis in ſubiecto hēt diſpoſitionē eiuſdem rationis ad omnia idiuidua, ſed omnes calores ſunt eiuſdem rationis, ergo non diſponit humiditas ad unum et ſiccitas ad alium. Cum ergo non ſit diuerſa diſpoſitio cauſa illius diuerſitatis ꝙ ſcilicet unus calor eſt intenſior alio ſequitur ꝙ in entitate caloris ſit illa diuerſitas. ¶ Preterea. Si eſſent tales diſpoſitiones diuerſe ſpecie, tunc non eſſet unus motus ab intenſo ad remiſſum nec econuerſo, quia quando non remanent diſpoſitiones eiuſdem ſpeciei tunc non manent motus eiuſdem ſpecici. Nam identitas motus requirit identitatem terminorum motus, diſpoſitiones autem ſunt termini motus, non quidem motus intenſionis et remiſſionis, ſed alterius cōcomitantis, quia fit motus in diſpoſitionibus concomitantur ſicut in formis, quia alterius forme altera eſt diſpoſitio, et per conſequens nunquā fit unus motus ab intenſo ad remiſſum nec econuerſo. ¶ Egidius ubi ſupra et Hen. quoli. 14. q. 3. dicunt ꝙ diſpoſitio uel indiſpoſitio ſubiecti, et commiſtio uel amotio contrarii cauſant maius et minus in forma. ¶ Contra hoc arguit doctor, quia angeli in ſtatu innocentie fuerunt equaliter diſpoſiti, et tamen non receperunt equalem charitatem. Egidius etiam tenet. ꝙ forma magis radicata in ſubiecto eſt intenſior, et minus radicata eſt remiſſior. Cōtra hoc doctor querit utrū illa radicatio ſit forma abſoluta uel reſpectus, ſi primum, cum ſit maior et minor in ſe ſequitur ꝙ aliqua forma in ſe ipſa ſit maior et minor, ſi ſecundum, tunc ſolum habet per fundamentum et terminum et non per radicationem.

¶ AD ISTAM QVESTIOnem concedo precipue etc. Hec eſt ſecunda pars corporis queſtionis in qua doc. ſoluit q̃ſtionem ſecundum propriam mentem, et conſiſtit in duobus dictis. Primū. Realitas in propoſito capitur pro reali entitate alicuius nō totali ſed partiali. Secundū. Aliquid reale idem quod fuit in anima ante augmento manet poſt augmentū, et ſimiliter aliquid reale additur ſibi in augmento quod eſt aliud realiter diſtinctum a priori et uere realiter exiſtens.

¶ AD ARGVMENTA IN oppoſitum ad primum etc. Hec eſt cauda queſtionis. Cum ergo queritur utrum illud etc.

Arguitur pro parte affirmatiua queſtionis. Primo ſic. Forme ſunt ſicut numeri. 8. meta. ſed qualibet unitate addita numero precedenti facit aliam ſpeciem numeri q̄; prius fuit, ergo omnis gradus additus alteri facit aliam ſpeciem, et per conſequés non ſunt una eſſentia. ¶ Pro ſolutione notat doctor. primo ꝙ arguens nõ intelligit philoſophũ. Nã phũs ſupponit ꝙ Plato poſuit rerũ quidditates eſſe res reales in nullo ſingulari exiſtentes et de ſe in exiſtentia reali eſſe uniuerſales et ut ſic eſſe diuiſibiles, et tales quidditates cõparat numeris in quatuor utriq; cõmunia, quorum unũ eſt, et ꝙ quodlibet additũ uariat ſpeciem. Secundo notat. ꝙ uariare ſpẽm eſt dupliciter. Vno modo ꝙ ſi fuit prius ſpecies faciat aliam ſpeciem. Secundo ſi non fuit ſpecies tunc faciat ſpeciem, ut differentia addita generi generaliſsimo facit ſpeciem, ſed addita ſpeciei ſubalterne, tunc de una ſpecie ſuperiori facit inferiorem. Ex quo ſequitur, ꝙ differentia addita quidditati ut quidditas eſt mutat ſpeciem, ſed differentia indiuidualis non additur quidditati ſpecifice inq̄;tum quidditas eſt, ideſt ut ſit de quidditate conſtituti per eam (quia nulla differentia indiuidualis eſt de quidditate). Sicut ergo addito eo quod eſt natum eſſe pars numeri mutat ſpeciem numeri, ſic addito quidditati eo quod natum eſt eſſe pars quidditatis uel eſt de quidditate alicuius mutat ſpeciem. Gradus autem intenſionalis non eſt de quidditate ſic intelligendo ꝙ propter diuerſos gradus ſint diuerſe diffinitiones uel quidditates in forma. ¶ Secundo ſic arguitur. Porphirius dicit. ꝙ nulla forma uel differentia formalis recipit magis nec minus ſʒ quelibet eſt indiuiſibilis. Hic nota ꝙ doctor tranſponit ſolutiones argumentorum illorum ſcilicet auctoritatum Porphi. x. metaphyſice. ¶ Pro ſolutione notandũ. ꝙ Porphi. loquitur de differentia ſpecifica capiendo ipſam in uniuerſali ut predicabilis eſt de indiuiduis, et ſic eſt uerum, ſed ineſſe indiuiduali adhuc eſt poſſibile recipere magis et minus. ¶ Tertio ſic. Philoſophus dicit. x. metaphyſice. ꝙ differentia formalis mutat ſpeciem, ſed differentia graduum eſt differentia formalis ergo nõ ſunt plures gradus in eadem ſpecie. ¶ Pro ſolutione doctor notat primo ꝙ differentia formalis in maiori capitur pro differentia ſpecifica et quidditatiua. Secundo notat ꝙ differt dicere differentia formalis et differentia formarum, quia differentia formalis eſt differentia eſſentialis, ſpecifica et quidditatiua ſed differentia formarũ eſt differentia quecunq; earum ſiue ſit accidentalis ſiue eẽntialis, ſpecifica uel indiuidualis, ſicut homines poſſunt differre et tamen nõ per humanitatem, qa unus eſt albus, alius niger etc. Et ſic differunt differentia formarum. non tamen formaliter. Preterea. ly differentia diſtribuit terminũ ſequentem eo modo quo docetur in paruis logicalibus, et ad negationem inferioris nõ ſequitur negatio ſuperioris, ſed eſt fallacia cõſequentis, quia arguitur a negatione antecedentis. i. illius quod proprie debet antecedere, ſicut omne inferius debet antecedere ſuum ſuperius, ad negationem conſequentis ideſt ſupioris, ut ſic arguendo, eſt differentia formaꝝ ergo eſt differentia formalis, quia licet formalis. i. quidditatiua ſit inferius ad formam, tamen quia ly differentia additur, que includit negationem facit de ſupperiori inferius et econuerſo, ideo in dicto argumento arguitur ab inferiori ad ſuperius. ¶ Quarto ſic. Forma eſt indiuiſibilis ſecundum auctorem ſex principiorũ. ¶ Doctor reſpondet ꝙ illa auctoritas intelligitur de diuiſibilitate in molle et quantitate continua, et ſic eſt uera. Conceditur enim ꝙ illo modo omnis forma intenſibilis uel remiſibilis eſt ita ſimplex in centeſimo gradu ſicut in primo, quia omnes grad⁹ ſunt ſimul. ¶ Quinto ſic. Si realitas. i. gradus aduenit nature ſpecifice ille erit accñs nature, et per ꝯñs non erit per ſe in ſpecie cũ oẽ ꝑ ſe in ſpecie ſit ꝑ ſe unum. Si$^{r}$ dicendo ꝙ forma intẽſa ſit per ſe unũ et per ſe in ſpecie, ſequitur ꝙ forma remiſſa nõ ſit per ſe in ſpecie qa nõ includit illud qđ per ſe cõſtituit in ſpẽ. ¶ Pro ſolutione doc. notat. ꝙ accidens capitur dup$^{r}$. Vno mõ pro illo qđ non eſt de quidditate alterius et ſic gradus indiuidualis nõ eſt de quidditate ſpecifica, et ſic accidit ei. Alio mõ proprie ut deſcribit Porphi. et ſic non accidit ĩmo facit per ſe unũ cũ natura ſpecifica. Cõſequentia aũt nõ ualet de accidente primo mõ de quo tm̃ eſt ad propoſitũ. Notandũ tñ ꝙ eſt alia augmentatio charitatis que ẽ quaſi nũeralis que diuerſificatur tripliciter, uel multiplicatur tripliciter. primo in uirtutes, ſecundo in dona. tertio in beatitudines. Virtutes ſunt ſeptem. tres theologice. ſ. fides, ſpes, charitas. Quatuor dicũtur cardinales. ſ. iuſticia, fortitudo, tempantia, et prudẽtia. Charitas eſt qua alie gñantur, et actus eaꝝ meritorii ſunt, et ideo quando cum charitate habentur alie uirtutes ecõuerſo augebitur charitas per actus aliarũ uirtutũ. De his tñ amplius hẽtur in tertio et diffuſe. Secundo augetur in dona ubi notandũ ꝙ quaſi infinita ſunt dona dei que dicũtur gratis data, tñ ad propoſitũ tantũ eſt de donis ſeptẽ que dicuntur dona ſpũſſancti. Charitas quidẽ expellit oĩa uicia per uirtutum acquiſitionem et acquiſitis uirtutibus acquirit ſui roborationẽ ſic ut operetur expeditius indiget donis iterum cõtra uicia ut cõtra ſuperbiam eſt timor, ſecundo cõtra inuidiam pietas, tertio contra iram ſcientia, quia ira eſt quedã inſania. quarto contra accidiam eſt fortitudo. quinto cõtra auariciã eſt cõſiliuꝫ. ſexto cõtra gulã eſt intellectus. ſeptimo cõtra luxuriã eſt ſapientia. Plura de his eſſent dicenda, non eſt mens mea oĩa nec plura de his expedire hic, ſed ſolũ oſtendere augmentũ charitatis extenſiuũ. Tertio multiplicatur in beatitudines que perficiunt in uia, et perducũt perfectius ad patriã, paupertas uolũtaria omnem abiicit cupiditatẽ que eſt radix omnium malorũ, mititas perfectã dilectionẽ fraternam cauſat. Luctus omne uicium libidinis et carnalis concupiſcentie extinguit. Eſuries ſiue zelus iuſticie perfectã dilectionem dei inducit. Miſericordia meretur liberationem ab omni miſeria. Mundicia cordis intuitiuã dei uiſionem pretendit. Patientia que ẽ perfecta pax mentis prefigurat apertam fruitionẽ patrie. Et ſic patet ꝙ ex intenſiua augmẽtatione charitatis ſe$^{r}$ extẽſiua in uirtutes, dona et beatitudines, et ecõuerſo ex illa extenſiua redũdat ĩtenſiua, qa ex multiplicatione operũ meritorioꝝ creſit charitas ĩtẽſiue.

## DISTINCTIO. DECIMANONA.

NVNC POSTQVAM COETERNITATEM ETC. HEC EST diſtinctio decima nona q̃ duabus queſtionibus cõtinetur. Quarũ prima ẽ iſta. utrũ perſone diuine ſint equales ſm magnitudinē. In cuius titulo ſunt quinq; termini declarãdi. Primus eſt perſona qui declarabitur diſtinctione. 23. Secundus eſt diuina, qui patet fo. 52. col. 4. Tertius eſt equalitas, qui patet in corpore queſtionis. ¶ Quartus ly ſecundum, qui eſt terminus reduplicatiu⁹ et capitur ſpecificatiue ut determinet illud in quo perſone ſunt equales. ¶ Quintus. eſt magnitudo, et patet infra in corpore et cauda. ¶ Eſt ergo ſenſus queſtionis utrum perſone diuine ſint equalis perfectionis, et equalis potentie in cauſando, et equales in durãdo. Et diuidit in quatuor ptes. Prima, quid ſit equalitas proprie. Secũda quid ſit equalitas generaliter. Tertia qualis equalitas ſit inter perſonas diuinas. Quarta directe queſtionem ſoluit. ¶ Prima pars ꝯſiſtit ĩ qnque dictis. Primum. Primus modus relatiuorum ſm philoſo

phum eſt relationum fundatarum ſuper numerum et unū. Fundate ſuper numerū ſunt proportiones, ſed fundate ſuper unum ſunt ad propoſitū triplices. prime fundātur ſuper unū in ſuba, et dicūtur idētitates. ſecūde ſuper unū in quātitate et dicuntur equalitates. tertie fundātur ſup unū in qualitate, et dicūtur ſimilitudines. Secūdū. Nō ſolū in illis tribus p̄dicamētis ſunt relationes fundate ſup unū ſed in oībus q̄uis nō hēantur nomina impoſita, tn̄ debent ſingi noīa. Tertiū. Relationes fundate ſup unum hn̄t duplex fundamētū. ſ. remotū qđ eſt res ipa ut ſuba, uel q̄titas uel qualitas, et propinquū qđ ē unitas ſpecifica rerū ſimiliū uel equaliū. ( Quid ſit illa unitas uidebitur in ſecundo ubi dicetur de uniuerſali natura quo mō ſit una uel plures). Quartum. Equalitas proprie ſumpta ē una rlo inter duas q̄titates unius ſpeciei ita ꝙ una nō excedit aliam in quantitate. ſꝫ eſt omnino commenſurata, illa cōmenſuratio dicitur eſſe equalitas, quando autē non ſunt omnino cōmenſurate tūc dicitur eē inequalitas. Quintum. Proportionalitas eſt relatio fundata in proportionibus quantitatū proprie, tamē cōmuniter capitur pro omni relatione fundata in relationibus. ¶ SECVNDA pars conſiſtit in ſex dictis. Primum. Omne ens conſideratur tripliciter primo mō per modū quidditatis uel ut quid qđ eſt cōſiderare per modū materie et fundamēti, ſecūdo mō per modū quantitatis ſaltem perfectionalis. tertio mō per modum qualitatis ſiue per modū forme. Et quia quid correſpondet ſuaſtantie, ideo oīs relatio fundata in re cōſiderata ut qđ dicitur idētitas ſicut proprie rlo fundata in ſubſtātia ut eſt una cū alia dicitur idemtitas. Secundum. Quantitas eſt duplex. ſ. molis et uirtutis. Prima eſt genus quantitas, de quo in predicamentis. Secunda eſt eſſentialis et intrinſeca rei perfectio, ideo relatio fundata in tali perfectione dicitur equalitas large ſicut relatio fundata in prima quantitate inquantū eſt una alteri proprie dicitur equalitas. Tercium. Qualitas capitur dupliciter. Vno modo proprie ut dicit formā accidentalē abſolutam que non eſt quātitas, illo modo relatio fundata in ea inquantū eſt una alteri proprie dicitur ſimilitudo. Alio mō improprie et ſic modus ſignificandi per modum forme uel eſſe formam ſecūdū ꝙ dicitur in fo. 19. col. 4. dicitur forā, et relatio ut ſic in ea fundata dicitur large ſimilitudo. Ex quo patet ꝙ in omni ente cuiuſcunq; predicamenti etiam tranſcendenti fundātur ille tres relationes. Patet ſimiliter ꝙ quid inquantum fundat idemtitatem large ſumptā eſt tantū modus ſignificandi, ſimiliter quātitas uirtutis inquantum fundat equalitatem large ſumptam non diſtinguitur formaliter nec realiter ab eo cuius eſt immo forte tantum in modo ſignificandi ſimiliter dicendū eſt de qualitate, quia ut ſic eſt tantum modus ſignificadi, qui explicatur fo. 19. col. 4. Quartum. Differentia ſubſtantialis ideſt quidditatiua uel eſſentialis uel formalis que predicatur de eo cuiꝰ eſt in primo modo dicendi per ſe dicitur, uno modo qualitas, et ſuper ipſam pōt fundari ſimilitudo large ſumpta, immo et ſuper omne quod ſignificatur per modū qualitatis. Quintū. Relatio cōmunis dicitur proprie relatio equiperātie, et dicitur iō cōmunis quia uidetur eē una in utroq; extremo lꝫ ſint due realiter, ſunt tn̄ eiuſdem rōnis. Ex dictis pꝫ ꝙ in omni ente fundātur ille tres relationes cōmunes. Et illo mō ſunt relationes trāſcendentes. i. in nullo certo predicamento ſed ſimpliciter in omni ente. Quid ſint paſſiones entis conuertibiles et diſiuncte, ptꝫ fo. 50. col. 2. Sextum. Ille tres relationes ſic cōmuniter ſumpte ſunt quodāmodo paſſiōes entis diſiūcte cū ſuis oppoſitis ut oē ens ē oī enti eq̄le uel ineq̄le, idē uel diuerſus ſimile uł diſſimile. ¶ QVARTVM. Ad tertiā partē notat doc. cū nihil qđ eſt in predicamento ſit in deo, percōſequens nec ille tres relationes ſtricte ſumpte cōueniūt deo. Secundo notat. ꝙ ſicut ens dicitur formaliter de deo ſic et omnis paſſio unica et ſimplex, ſed inter diſiunctas paſſiones cōmuniter unum extremū dicitur de deo. quod dicit nobilitatē uel ſaltē non ignobilitatem, et reliquū repugnat. dixi cōmuniter quia non ſemper unum dicitur de deo, quia aliquando ambo dicuntur de deo ut productū et improductū ſimul dicuntur de deo et neutrū dicit imperfectionē nec pfectionem. Nā improductū eſt negatio que nihil dicit, et tamen predicatur de eēntia et patre, ſimiliter productū in diuinis cuꝫ ſit relatio perſonalis ideo nullam dicit perfectionē uel impfectionem, ut ptꝫ fo. 17. col. 3. ¶ QVARTA pars conſiſtit in octo dictis. Primū. Cum infra diſt. 31. agatur de idētitate et ſimilitudine, ideo differatur uſq; illuc, ſed quia mḡr ſententiarū hic agit de equalitate pſonarū ideo hic de ipa eſt tractādū. Secundū. Perfecta equalitas eſt diuinarū pſonarū inter ſe quia quantitas uirtutis que eſt infinitas eſt una numero in eis. Tertiū. Equalitas pōt ſumi dupʳ. primo ſm quātitatē cōtinuā, ſecūdo ſm quantitatē diſcretā, Primo mō dupʳ. uno modo ſm permanentem ut eſt linea et ſuperficies. alio mō ſm ſucceſſiuam. Quartum. De numero perſonarū in diuinis patebit diſt. 24. Quintum. Perfecta eſt equalitas diuinarū perſonarū ſm durationē quia oēs ſunt eterne. Sextū. Nulla eſt perfecta magnitudo perfectionis niſi ſit infinita. Nā nihil eſt perfectū ſi ſibi infinitas eſt cōpoſſibilis niſi ſit infinitū. Septimum. In oībus aliis equalibus eſt diminuta unitas quia ſolum ſpecifica et nō numeralis, ſed in perſonis diuinis eſt perfecta et uera unitas. ſ. numeralis. Octauū. Cū oīs relatio realis requirat extrema realiter diſtincta et in diuinis pſone ſint realiter diſtīcte, ſeqtur ꝙ equalitas in diuinis perſonis ſit relatio realis. Cum ergo relatio equiperantie cuiuſmodi eſt equalitas requirat unitatē et diſtinctionem extremorū, et in diuinis ſit perfecta unitas quia numeralis in eſſentia et diſtinctio realis in perſonis, ſequitur ꝙ nullibi eſt ita perfecta equalitas ſicut in diuinis pſonis. ¶ Vltimus doc. mouet duo dubia que expedientur diſt. 21.

¶ AD ARGVMENTA PRINcipalia etc. Hec eſt cauda q̄ſtionis. Cū ergo queritur utrū pſone etc. Pro pte negatiua arguitur tripliciter. Primo ſic. Secundū ſolā quantitatē accipitur equalitas, in deo nō ē quātitas ergo nec equalitas. ¶ Pro ſolutione huius doc. notat primo ꝙ quātitas eſt duplex. ſ. molis et uirtutis, de utraq; ē maior uera, ſꝫ minor ſolū de prima de qua nihil eſt ad propoſitum. Secundo notat. hoc nomen quantitas licet equoce capiaē pro utraq;, tn̄ anthonomaſtice et appropriate capitur pro prima, hoc nomen magnitudo nō ſic appropriatur, ideo illo modo pōt cōcedi ꝙ in deo non ſit quātitas ſed magnitudo. ¶ Contra hoc arguitur tripliciter. Primo ſic. Nihil predicatur de aliquo niſi de eodem predicetur illud qđ eſt de quidditate eius, ſed quantitas eſt de quidditate magnitudinis, ergo non pōt deus dici magnus et nō quātus. Secūdo ſic. Deꝰ dicitur immēſus, ergo et quātus, quia imenſitas eſt magnitudo. Tertio ſic. Nihil cōe toti generi. i. oībus de quibus p̄dicatur genus cōuenit ei tm̄ per drīas unā illius generis, ſed equalitas cōuenit toti generi q̄titatis, ergo equalitas nō pōt poni in deo ſm magnitudinē tm̄ et nō ſm quantitatē. ¶ Ad primū doc. notat. primo ꝙ magnitudo capitur dupʳ. Vno mō reſpectiue, et ſic idē eſt qđ maius reſpectu parui. i. reſpectu minoris. Alioº abſolute, et ſic idē eſt qđ quantitas cōtinua ſicut multitudo eſt quātitas diſcrecta. Similiter multū capitur dupliciter. uno mō abſolute et ſic oīs numerus drˀ multū, alio mō reſpectiue et ſic idē ē qđ plus, ſicut paucū idē ē qđ paucius. primo mō opponit uno qđ nō ē numerus, ſecundo modo opponitur pauco. Secundo notat. ꝙ magnitudo ut eſt quantitas continua non eſt in deo, nec ut dicit relationem maioritatis ut fundatur in quantitate continua, quia ut ſic eſt paſſio talis quantitatis, tamen ut funda-

tur in quolibet ente pro perfectione eſſentiali rei ſiue pro reſpectu maioritatis fundato in tali perfectione eſt in deo. Ex quo ſequitur ꝙ magnū et paruū capiūtur dupliciter. Vno mō proprie et ſic ſunt tm̄ in quantitate molis et non ſunt in deo. Alio mō large et ſic ſunt in quātitate uirtutis et ſunt in deo. Ad argumentū pꝫ, ꝙ magnitudo de qua p̄dicatur quātitas molis nō ē in deo ſed bene quantitas uirtutis. Ad ſecundū notat doctor. ꝙ ſi immenſitas capitur pro infinitate dei que eſt quantitas uirtutis illo modo cōceditur deus eſſe quantus. Ad tertium procedit de equalitate proprie dicta de qua nihil ad propoſitum, de quo uideatur corpus q̄ſtionis. ¶ Secūdo pricipaliter arguitur. Nihil eſt in deo ponendū qđ dicit imperfectionē, equalitas eſt huiuſmodi, ergo nō eſt ponēda in deo. Maior eſt nota, minor probatur, equalitas repugnat perfectioni creature ſm Aug. quia ſi oīa eſſent equalia tūc uel tm̄ ligna eēnt, uel tm̄ homines etc. ¶ Pro ſolutione notat doc, ꝙ perfectio eſt duplex. prima eſt ſimpliciter ideſt que poteſt eſſe formaliter infinita ſiue ex propria ſua ratione infinita. illo modo equalitas eſt perfectio, et omnis talis perfectio eſt formaliter in deo. Secunda eſt perfectio in genere certo. ubi ſupplet imperfectionem, ita ꝙ ipſum ē melius tali generi entium q̄ꝫ eius oppoſitum. Et ſic inequalitas ī creaturis eſt perfectionis quia uniuerſum non eēt ita perfectū ſi oīa eſſent unius rationis ſicut nunc cū ſemper una ſpecies ſit perfectior uel imperfectior qualibet alia, et ideo non tā bona eēt equalitas ſicut inequalitas. Sed q̄uo hoc fiat alibi hr̄. Secundo notat, ꝙ cauſa quare in diuinis equalitas eſt perfefectionis et inequalitas in creaturis, quia una infinita natura eſt in pſonis equalibus, ſed nulla natura creata ē infinita, et plures ſunt meliores q̄ꝫ una, et ideo ſi tm̄ una natura eſſet in oībus ſuppoſitis uniuerſi tunc uniuerſum careret perfectione cuiuſlibet alterius nature, non ſic in deo, ubi tres perſone non ſunt pfectiores una illarum, ideo inequalitas nihil eſſet ibi. Tertio notat. ꝙ equalitas ex rōne ſua formali eſt perfectior inequalitate ſm Aug. tn̄ aliquando non eſt perfectior illi in quo poneretur ut ſi in uniuerſo poneretur, non eēt uniuerſo melior q̄ꝫ īequalitas, ſed hoc eſt pp imperfectionē uniuerſi. Quarto notat ordo eēntialis et perfectionis non eſt perfectionis quia ſemper unū ordinatorū eſt imperfectū, tn̄ ordo originis pōt ſtare cū unitate infinite pfectionis iō talis ordo nō eēt impfectionis, nec pfectionis ſed pōt ſtare cuꝫ utroq;. ¶ Tertio ſic argʳ. Perfecta equalitas eſt mutua, ſed illa in propoſito non eſt mutua ergo non ē perfecta, quia filius ut imago patris equatur patri et non econuerſo ſecundū Auguſtinum. Pro ſolutione notat doc. Primo. ꝙ relatio equiperantie fundat aliquando relationē diſquiperātie, ut ſimilitudo fundat aſſimilare et aſſimilari. i. cauſare ſimilitudinem et cauſari ſimilitudinem, tunc illa relatio equiperantie eſt mutua, ſed diſquiperantie non ut equalitas perſonarum eſt mutua, ſed coequare et coequari nō quia pater coequat filium ſibi, et filius coequatur patri. Secundo notandum. ꝙ aſſimimilare capitur dupliciter. Vno modo pro effectiue aſſimilare illo modo cauſans albedinem uel aliquid tale dicitur ex cōſequenti aſſimilare, ut dictum eſt. Et illa relatio aſſimilatio nulla relatio realis eſt alia a ſimilitudine. Alio modo pro formaliter aſſimilare, illo modo utraq; albedo duorum ſimilium aſſimilat ſuum ſubiectum alteri, adhuc tamen non ſunt mutue relationes inter ſe, licet concomitanter ſe habeant adinuicem, ut aſſimilare et aſſimilari non ſunt mutue quantum eſt de ſe, quia tamen ſicut una qualitas aſſimilat ſic et alia ideo concomitanter dicūtur mutue. Preterea aſſimilare et coequare inq̄tuꝫ fundantur ſuper extrema ſimilitudinis et equalitatis ſunt mutue modo proxime dicto, ſed inquantum fundantur ſuper actione et paſſione nō ſunt mutue, quia aſſimilatio fundata ſuper dealbatione non eſt ſic mutua, quia dealbans tantum aſſimilat, et dealbatum tantum aſſimilatur et non aſſimilat, eodē modo dicitur de equatione in diuinis.

## Queſtio. Secunda.

SECVNDO QVERO DE CIRCVMINceſſione etc. Hec eſt ſecunda queſtio huius diſtictionis. Cuius titulus is eſt. Vtrum quelibet perſona diuina ſit in alia. ¶ In quo titulo ſunt quique termini declarandi. Primus eſt quelibet qui ſatis patet in ſincathegorematibus. ¶ Secūdus eſt perſona qui declarabitur diſtinctione. 23. ¶ Tertius eſt diuina qui declaratur fo. 52. col. 4. ¶ Quartus eſt in, de modis eſſendi in, patet in poſtpredicamentis, et quarto phyſicoꝝ. ¶ Quintus eſt alia qui patet in ſincathegorematibꝰ ſed quia materia preſentis queſtiōis uocatur de circuminceſſione, ideo notandū ꝙ circūinceſſio ē quedam inexiſtentia actualis qua aliquid dr̄ exiſtere alicui qđ ē realiter diſtinctum ab eo per intimam preſentialitatem et conſubſtantialitatem idemptificā. Nā quelibet perſona actu et neceſſario eſt in qualibet alia, ut patebit in ſequentibus. ¶ Dimiſſo ergo capite queſtionis. Corpus diuiditur in tres articulos. Primus tractat de modo quo perſona diuina eſt in alia. Secundus que ſit cauſa huius. Tertius utrū ad aliquē modum eēndi in poſſit circuminceſſio reduci. ¶ Quantum ad primum eſt opinio Henrici in ſumma que cōſiſtit in quatuor dictis. Primum. Aliquid eſſe in alio eſt dupliciter. Vno modo ſecundum totum, ut uinum in uaſe. Alio modo ſecundū partem, et hoc dupliciter. Primo ꝙ pars ſit in alio et ſit nihil eius ut pes auis in laqueo per quam tota auis dicitur eſſe in laqueo. Secundo ꝙ pˢ ſit in alio et ſit pars eius, ut ſi eſſet unum mōſtrum habens duo capita et corpora duo, et ſolum duos pedes dicerentur pedes unius eſſe in pedibus alterius. Secundum. Pater non eſt in filio ſecundum totū. Probatur dupliciter. Primo ſic. Quicquid eſt in alio primo quelibet pars eius eſt in eo eque primo, ſꝫ paternitas non eſt eque in filio ſicut eſſentia, ergo etc. Secundo ſic. illud quod eſt primo in alio ambitur ab eo, ſed pater non ambitur a filio ergo etc. Tertium. Pater eſt in filio ſecūdū partē. i. ſecundum eſſentiam, que eſt aliquid perſone que ineſt, et perſone cui ineſt, et ſic tertius modus ineſſendi conſideratur hic. probatur. ubi eſt fundamentum relationis ibi eſt relatio, ſed in patre eſt eſſentia in qua fundatur filiatio, ergo in patre eſt filiatio per eſſentiam et per conſequens propter eſſentiam tota perſona eſt in alia. Quartum. Perſona que ineſt alteri ineſt ei tantum per eſſentiam uel ſecundum eſſentiam, ſed toti perſone ineſt et non preciſe per eſſentiam, ideo perſona cui ineſt aliquo modo ambit eam que ineſt quia toti ineſt, et ipſa ſecūdum partem ineſt ſcilicet ſecundum eſſentiam. ¶ Contra hāc opinionem doctor arguit dupliciter. Primo ſic. Eſſe in perſona eſt relatio non originis ideſt productio perſone cū talis ſit diſquiperantie, ſed eſſe in perſona eſt equiperantie ideſt eiuſdem rationis in qualibet perſona, ſed omnis talis relatio ineſt ſecundum idem uel ſecundum eandem rationem fundamenti et ſubiecti ergo ſi toti perſone ineſt alia etiam alia ſecundum totum ineſt et non tantum ſecundum eſſentiam ex quo ſecundum eandem rationem fundant illā circuminceſſiones (Nam illa inexiſtentia qua quelibet pſona ineſt alteri dicitur circūinceſſio) ¶ Secundo ſic. Inexiſtens alteri ſecundum partem non aliter ineſſe dicitur extrinſeca denominatione niſi ſicut pars illa ineſt ſicut hominis pes eſt localiter in terra, per conſequens homo dicitur localiter in terra per pedem, et non formaliter uel eſſentialiter, ſed eſſentia eſt in filio eſſentialiter et realiter et formaliter, ergo ſi filius ineſt patri per eſſentiam tunc ineſt uel dicitur ineſſe eſſentialiter, realiter, et formaliter, ſed hoc

eſt falſum, ergo una premiſſarum eſt falſa, non maior ergo minor. ¶ Reſpondet Henricus q̄ maior eſt uera de eo qđ eſt ꝓxima ratio in eſſendi cuiuſmodi hic eſt relatio perſonalis ut filiatio p̄rnitas etc. nō aūt de remota cuiuſmodi eſt eſſentia. Contra hoc arguit doc. Quicqd cōuenit alicui primo, cōuenit ſm totū et ſm nullā partem ſolā ſed perſone cōuenit primo eſſe i alia, ergo tā ſm eſſentiā q̄ʒ relationem ſimul cū nulla alia ſint i pſona. Preterea, relatio eſt incōicabilis et eēntia cōmunicabilis tribus pſonis, ergo modus eſſendi i, eſſentie quo eſt in pſonis nullo° cōuenit relationi cū nullo° ſit una i tribus ſicut eſſentia. Rñſio ergo Hen. eſt pro Sco. qa cōcedit difformitatem iexiſtētie pſone et eſſentie. ¶ Improbata ergo opiniōe Hen. doc. rñdet primo articulo ſm ꝓpriā mentē. Et ꝯſiſtit i. 9. dictis. Primū. Cōuenire toti primo eſt dupr, uno° ſic toti q̄ nulli parti ut paſſio ꝓpria totius etherogenei. Alio° ſit toti q̄ cuilibet parti ut cū albedo ꝯuenit toti primo. i. oībus partibus eius. Per oppoſitū aliqd dr̄ cōuenire alicui nō primo ſed p partem, ut cū oculus uidet dr̄ totus hō uidere cuius cauſa pȝ fo. 4. Secundū. Triāgulus hȝ tres angulos eq̄les duob⁹ rectis, ita q̄ nulli integrali parti cōuenit ſed toti tm̄. Similit̄ totū primo generatur, et nulla pς eius primo generatur. Tertiū. Totū ē duplex. ſ. etherogeneū, et homogeneū. Primū eſt cuius ptes nō ſunt eiuſdem rōnis, ut hō cuius nō caput eſt pes uel corpus. Secūdū eſt cuius ptes ſunt eiuſdem rōnis, ut q̄libet pars lapidis eſt lapis. Quartū. Secūdum phm̄. 7. phyſi. nullū corpus pōt a ſe moueri primo capiēdo primo ſecūdo°, qa ſi una pς qeſceret non totum moueretur illo° et ideo illo° capiēdo nō mouet a ſeipſo, qa motus cuiuſlibet ptis eſt ab illa parte, et p ꝯñs totus motus non eſt a toto ut totū, ſed ſm quālibet partē. Quintū. Circūinceſſio ſiue in exiſtētia perſone i perſona non eſt q̄ una ſit forma alterius uel una ſit natura uel quidditas uel eſſentia alterius, ſed tota pſona eſt i alia perſonaliter ſic q̄ eſt i oī eo loco i quo eſt alia et i oībus partibus loci q̄libet tota eſt, et tota eſt pñs perſonalit̄ alteri, nō ſolū eſſentia i una eſt idem uel pñs eſſentie in alia nec ſolū relatio pſonalis pñs relationi alterius, ſed tota pſona cōſtituta ex eſſentia et relatione perſonali eſt pñs alteri toti ſimiliter cōſtitute. Et ſic pȝ q̄ inexiſtētia illa de qua ad ꝓpoſitū p̄dicatur de pſona primo°. i. de tota et nulla pte uel q̄ſi parte eius. Quid ſit ſubſiſtere pȝ ſupra. Ad primū argumentū in ſecūdo dicto maior eſt falſa, ſimilit̄ maior ſecūdi argumēti. Sextū. Intelligere dr̄ primo de homine, et nō ita pricipl̄r dr̄ de aīa lȝ p̄dicetur formalit̄ de aīa, nullo° aūt dr̄ de corpore, nec tn̄ debet dici q̄ homini cōueniat per animā, ſic itelligendo, q̄ licet non inſit homini niſi qa eſt animatus, tn̄ q̄ hoc totū quod eſt hō intelligat hoc nō hȝ per partem. tn̄ aīa rō eſt itelligēdi non corpus. Septimū. Nō eſſet neceſſariū diuinitatē eſſe i filio ꝓpter hoc q̄ pr̄ eſt i filio uel paternitatē eſſe i filio ſi pr̄ eſt i filio illo modo eſſendi i, qui eſt circūinceſſio, qa ille modus eſt ſubſiſtentem ſm totū eſſe in alio ſubſiſtēte, licet alio° eſſendi i ſit i filio utrūqȝ, qa eſſentia formaliter et ut natura et eſſentia filii, ſed p̄rnitas eſt i filio ut illud quod eſt cōſtitutiuū ultimū illius inexiſtentis q̄ eſt pater. Octauū. Minor primi argumēti equocat quia non eodē modo eſſendi in, eſt p̄rnitas i filio ſicut eſſentia. Nā cū minor ꝓbatur, ſi eque eſſent i filio, ergo ſi unum formaliter ineſt, ergo et aliud, nō ualet ꝯña, ſed eſt fallacia equiuocationis, qa in auctoritate ponitur eē i ſicut ſubſiſtens eſt i ſubſiſtente. ſed in ꝯñte infertur modus ieſſendi formaliter. Nonū. Ille modus eſſendi in i ꝓpoſito eſt p̄ſentia nō informatio, nec continentia uel ambitio.

¶ QVANTVM AD SECVNDVM Articulū etc. Iſte eſt ſecūdus articulus principalis huius q̄ſtionis cuius continentia cōſiſtit in tribus dictis. Primū. Sola eſſentia nō eſt ratio huius inexiſtētie, qa tunc pr̄ eſſet i ſe cū i eo ſit eſſentia. Secundū. Paternitas uel alia relatio ſola nō eſt ratio huius iexñtie, ꝓbatur primo ſic. Perſone ſunt eodē modo in iuicem, ſed relationes pſonales nō ſunt eiuſdē rōnis, ergo nō ſunt rōnes ieſſendi. Secūdo ſic, ſi deus ꝓduceret alium deū eēntialiter diſtinctus a ſe non eſſet i illo alio deo, et tn̄ i eo eſſet uera paternitas ergo p̄rnitas nō eſt rō ineſſendi. Tertio ſic. Si eſſent due pſone i diuinis iproducte et hr̄ent eādem eſſentiā numero tunc una eſſet in alia illo°, et tn̄ nō eſſet i eis p̄rnitas uel filiatio. Quid ſit relatio originis pȝ ſepe ſupra. Quarto ſic. In creaturis ſunt tales relationes originis, et tn̄ nō eſt circūinceſſio cuius cā ē qa ſemper ibi ſunt diuerſe nature. Tertiū dictū. Eſſentia et relatō ſimul ſunt tota ratio illius iexiſtētie, ſicut i ſimilitudine i creaturis ubi ſemper extrema ſunt realiter diſtincta et fundatur i unitate ſpecifica qualitatis. Ex quo ſeqtur q̄ unitas et diſtinctio reqrūtur ad ſimilitudinē, et unitas eſt principalior rō ſimilitudinis q̄ʒ diſtinctio ſic unitas eſſentie eſt principalior ratio illius inexiſtentie q̄ʒ relationes perſonales uel originis.

¶ CVM ERGO Querit̃ utrū hoc nomen principii etc. Pro parte negatiua argʳ ſic. Si titulus. q. eſſet uerus ſequeret̃ ꝙ principiata eſſent unius rõnis. ſ. creatura q̃ eſt eſſentialiter principiata et filius et ſpūſſanctus ꝙ ſunt ꝑſonaliter principiata, ſed hoc eſt falſum, qa creatura creat̃ ex nihilo ſine mutatione nullo p̄ſuppoſito. Filius aūt generat̃ de ſubſtātia pr̃is, ſpūſſanctus ſpiratur de ſubſtātia patris et filii. ¶ Pro ſolutione doctor notat ꝙ cõmuniter aliqua in ꝓpriis rõnibus ſuis diſtinguuntur eſſentialiter et tñ ab eis põt aliqd uniuocū abſtrahi ſicut a ſpeciebus unius generis. Sic in ꝓpoſito, illa rl'o principii. i. ꝓductio abſtrahi põt ab illis principiationibus, et tūc eſt equocū, ſi autē abſtrahatur a prĩcipio notionali et ꝑſonali tunc eſt conceptus realis. i. id quod p̄tendit et oſtēdit eſt in re. Notādum etiam ꝙ omne eſſentiale. i. cõmune trib⁹ ꝑſonis ĩ diuinis eſt ſingulare et nullo° uniuerſale, ſed oē cõmune ꝑſonale uel notionale ſicut ē ſuppoſitū ꝑſona ſubſiſtens ꝓductio rl'o, ſunt uniuerſalia licet nõ limitata. Preterea eē uniuerſalia ĩ diuinis põt dupʳ ĩtelligi. Vno modo ꝙ eo modo quo ſunt ĩ creaturis ubi de ſe dicunt limitationem et imperfectionem, et ſic non ſunt in diuinis quia licet non ſint de ſe illimitata et infinita tamen nec ſunt de ſe limitata nec finita per idemptitatem autem cum eſſentia ſunt infinita. Alio modo ꝙ nulla una res numero correſpondeat eis in re ſed plures res realiter diſtincte et illud dicitur diuidi ĩ ſingularibus, illo modo perſonalia et notionalia in diuinis habent conceptus uniuerſales de ſe predicabiles. ¶ Pro parte affirmatiua arguitur ſic. Bene ſequitur. Creans, ergo principians, generans ergo principians ſpirans, ergo principians et nõ econuerſo, ergo ly principians eſt uniuocum ad principare eſſentialiter cuiuſmodi eſt creare et perſonaliter et notionaliter cuiuſmodi eſt generare et ſpirare. ¶ Reſpondet doctor ꝙ omnes conſequentie ſunt bone ſed termini non capiuntur uniuoce ſicut in prima conſequentia capitur pro relatione rationis ſed in duabus aliis pro relatione reali.

## DISTINCTIO TRIGESIMA.

SVNT ENIM QVEDAM ET CET. HEC EST TRIGESIMA diſtinctio primi libri. Circa quã doc. mouet duas q̃ſtiones. Titulus prime queſtionis eſt, utrũ de deo dicat̃ aliqua rl̃o ex tpe. Titulus ſecũde q̃ſtionis eſt, utrũ dei ad creaturã poſſit eẽ aliqua rl̃o realis. ¶ Termini habent alibi locũ. Deus. 3. q. pl. Dicat̃ di. 25. Relatio di. 25. Tempus. 4. phyſicoꝝ. Creatura i. 2. libro. Relatio realis diſt. 26. ¶ Eſſe capitur octuplicit̃, primo pro eſſentia qa eſſentia et eſſe eſſentie ſolũ rõne differũt, ſecũdo ꝓ eſſe exiſtentie. Et illud ſimilit̃ ſolũ rõne differt ab eẽtia, tertio ſincathegorematice, et ſic eſt copula ꝓpoſitionis, quarto pro ueritate ꝓpoſitionis, qa ſicut nõ eẽ eſt falſitas ſic eſſe ẽ ueritas, quinto ꝓ eſſe qdditatiuo, et illud nihil reale ẽ aliud a rei entitate et nihil rõnis aliud q̃ꝫ eſſe obiectiuũ uel potentie, ſexto pro eſſe poſſibili quod nihil aliud eſt niſi una relatio rationis fundata i eſſe obiectiuo rei in itellectu diuino, ſeptimo pro eſſe ſubſiſtẽtie et idẽ eſt quod ſubſiſtẽtia. i. ſuppoſitũ uel pſona differens ſolum rõne ab ea, octauo ꝓ eſſe obiectiuo. Quid illud ſit patebit ifra di. 35. et. 36. ¶ Dimiſſis ergo capitibus q̃ſtionũ. Corpus diuiditur i duas ptes. ſ. in litigatiuã et determinatiuã que tãgitur ibi. Reſpondeo igitur ad queſtionẽ. Prima in duas ſm duas opi. Prima ẽ Hen. quoli. 9. q. i. Qui reſpõdet ad primã queſtionẽ negatiue, qa cũ deus ab eterno fuerit creatiu⁹ et idẽ ſit creare creaſſe, creatiuũ etc. iõ dato ꝙ nũc creet non eſt alia relatio q̃ꝫ ea q̃ fuit ab eterno in eo. Sed idẽ Hen. quoli. 9. q. i. et quoli. 3. q. 4. notat primo ꝙ oẽ realiter relatũ ad aliud ordinatur realiter ad illud eo ꝙ recipit ab eo aliquã pfectionẽ, ꝑpter hoc ꝙ natura utriuſqꝫ extremi eſt aliqd pfectius q̃ꝫ i uno eoꝝ. Secũdo notat, ꝙ oẽ realiter ordinatũ ad aliud dependet ab illo eo ꝙ ſi ipm nõ eſſet, nõ eẽt rl̃o i illo ut ſi nõ eſſet alia albedo in illa nõ eſſet rl̃o. Tertio notat ꝙ oẽ depẽdens eſt mutabile quia eſt i poᵃ ad actum. i. formã, et p ꝯñs eſt impfectum, qa caret illa pfectione ad quã mutat̃. Quarto notat ꝙ oẽ imperfectum eſt limitatũ. Ex dictis ſeqtur, ꝙ oẽ realiter relatũ ẽ limitatum. Quinto notat ꝙ dicta ꝑcedentia tm̃ ualent i relationibus quaꝝ extrema eſſentialiter diſtinguũtur, iõ relationes i diuinis non cõprehẽduntur. Ex dictis ifert cõcluſionem pricipalẽ ꝙ cũ mutabilitas limitatio impfectio etc. repugnẽt deo iõ in deo nulla eſt relatio realis ad aliqd eſſentialit̃ diſtinctũ cuiuſmodi eſt creatura. ¶ Cõtra hãc opi. primo ſic doctor arguit. Si una ẽ relatio actualis, aptitudinalis, potẽtialis, tũc nec i creatura eſt aliqua noua rl̃o, qa ſicut deus ab eterno fuit creatiuus, ſic creatura fuit ab eterno creabilis, ſed hoc ẽ abſurdũ. Secundo ſic. Si ut dicit Hen. quoli. 3. q. 9. et quoli. 5. q. 2. oẽs creature ſunt tm̃ reſpectus ad deũ ut cãm exẽplarẽ q eſt eternus ſicut deus ut cauſa exemplaris, ergo et oĩs creatura eſt eterna, qa q̃ñ reſpectus eſt eternus etiã fundamentũ eſt eternũ. Tertio ſic. Si ut Hen. dicit quoli. 3. q. 9. exiſtẽtia eſt reſpectus ad deũ ut cãm efficientem tunc uel ille reſpectus eſt nouũ uel nihil eſt nouũ, ſed ſecũdum eſt incõueniẽs. Quarto ſic. Nõ eſt una rl̃o niſi ſint eadem extrema, ſed relatio creature poſſibilis et actu exñtis nõ eſt iter eadẽ extrema ergo nõ eſt una relatio. Maior ꝑʒ, minor probatur, qa creatura i eſſe poſſibili et i eſſe reali nõ eſt unum. Similiter i diuina itellectione ſunt duo obiecta. Quinto ſic. Si ut dicit Hen. licet non ſit noua rl̃o dei ad creaturã, tñ nomen hẽt nouũ ab ea, ut nouit̃ dicitur dominus etc. ergo ẽ aliqua forma i aliquo et illud nõ põt ab ea denominari, ꝯña ꝑʒ, qa eſſet ab eterno in deo rl̃o creationis et nõ diceretur creator niſi in tẽpore. Sexto ſic. Illa q̃ ponũtur cõnexa in ſolutione ſecũde queſtionis nõ ſunt cõnexa, qa duo albiſsima ſi eẽnt, eſſent pfecte ſimilia, et tñ nullũ ordinaretur ad aliud nec dependeret. Et licet natura albedinis eſſet pfectior i duabus q̃ꝫ in una ꝑpter hoc tñ una nõ dependet ab alia. Septimo ſic. Actio nõ ineſt agẽti ut impfectũ eſt, ſed agẽs ut agens eſt relatũ, ergo relatũ nõ neceſſario eſt impfectũ. Octauo ſic. Si relatiuũ depẽdet a termino, ergo econſo terminus refertur ad ipm ergo i depẽdentia eſſentiali ẽ circulus quod eſt ipoſſibile. ¶ Secũda opi. eſt Guilhelmi uarro libro. i. di. 30. et libro ſecũdo di. i. q. 5. et i quarto libro i materia de euchariſtia. Et. S. Tho. prima pte ſum. q. 13. ar. 7. Cuius cõcluſio eſt illa. Nulla rl̃o noua eſt in deo, ſed aliqua noua rl̃o eſt in creatura a qua extrinſeca denominatione deus nominatur, ut quia creatura de nouo eſt ſerua, iõ de⁹ dr̃ dominus, et quia creatura de nouo creat̃, iõ dicitur deus eẽ creator, et actio. 3. phyſicoꝝ eſt in patiẽte et tñ ab ea agens dr̃ agens. ¶ Ad ſecũdam q̃ſtionẽ. Reſpõdet hec opi. ꝙ nulla rl̃o realis põt eẽ dei ad creaturã. Probat. Nulla rl̃o realis eſt ſine ordine, ſed deus nullũ ordinẽ realẽ habet ad creaturã. ¶ Cõtra hãc opi. Fundamentũ relationis qua refertur deus ad creaturam nõ eſt in creatura, ergo nec illa rl̃o, ꝯña ꝓbatur, nulla rl̃o eſt in aliquo niſi ſit in eo fundamẽtum illius relationis, antecedens ꝓbatur, quia ſm nihil quod eſt in creatura põt deus dici creator, quia oĩs entitas totius creature nõ ſufficeret ad creãdum unã muſcam. ¶ Secũdo ſic. Relatio ꝑducẽtis et ꝑducti nõ poſſunt eẽ in eodẽ ſuppoſito, ergo nec rl̃o cauſe ſiue creationis et cauſati ſiue creati q̃ plus repugnãt, qa nec in eadẽ natura poſſunt eſſe, et p ꝯñs deus nõ dr̃ creator a relatione q̃ ſit i eo i quo ẽ creari, cũ nõ poſſunt eſſe in eodem. ¶ Tertio ſic. Si rl̃o creatiõis actiue eſt uere in creatura, ergo creatura põt dici creator, qa oẽ habens formã põt ſm eã nominari. ¶ Preterea, in ſolutione ſecũde. q. falſum aſſumit. ſ. ꝙ deus nõ habeat ordinem ad creaturam. Nã omne primũ ordinatur ad ſecũdum et tertium, ſed deus eſt multipliciter primus reſpectu creature, niſi reſtringatur ordo ad relationẽ poſterioꝝ ad prius. Nã illo⁰ deus eſt ſupra ordinẽ, et ſic ꝑʒ ꝙ hic eſt fallacia petitionis principii quia maior ꝓbationis eſt eque ignota ſicut ꝯcluſio. Eſt etiã fallacia ꝯñtis, qa arguit p cõuerſionẽ ſimplicem ulis affirmatiue, ut oĩs ordo eſt relatio, ergo omnis relatio eſt ordo.

¶ RESPONDETVR IGITVR Ad primã queſtionẽ etc. Hec eſt ſecũda pars principalis huius q̃ſtionis. Et cõſiſtit i. 12. dictis. Primũ. Relationes creaturaꝝ ad deũ ſunt noue et ex tẽpore, qa creatura eſt noua et ex tẽpore ergo et rl̃o in ea. Secũdum. Nõ eſt neceſſe oĩ relationi dare aliã correlationẽ qa põt terminari ad abſolutũ, iõ ꝑpter relationes quas habent creature ad deũ nõ oportet dicere ꝙ ecõuerſo deus habeat relationes ad creaturã. Tertiũ. Relationes tertii modi nõ ſunt mutue. i. in uno extremo eſt rl̃o q̃ terminatur ad abſolutũ alterius extremi i quo nõ eſt rl̃o econuerſo, de quo amplius uide fo. 81. col. 2. Quartũ. Relatio oppoſita alteri relationi nõ eſt termin⁹ eius ſed fundamẽtum eius, ut filiatio non eſt terminus p̃rnitatis ſed ſubſtãtia filii. Probatur hoc dictũ. Oẽ diffiniẽs eſt prius diffinito, et nulla rl̃o eſt prior nec notior ſua correlatione, ſed correlatio diffinit relationẽ ut eſt terminus eius et notior, ergo relatio ut rl̃o nõ terminat ſed fundamẽtũ eius, ꝓ quo debet accipi correlatiuũ poſitũ i diffinitione relatiui. Ex quo ſequitur ꝙ fundamentũ correlatiui diffinit et nõ correlatiuũ iquãtum relatio. Per hoc exponũtur oẽs auctoritates q̃ dicũt relatiuũ diffiniri p ſuũ correlatiuũ. Quitũ. Nulla correlatio eſt terminus relationis ſed fundamentũ correlationis, ut ꝑʒ p dictũ ꝑcedens, ideo accidit termino relationis ut econuerſo referatur ad fundamẽtum relationis. Sextũ. Dato ꝙ intellectus cauſet relatio

nem rationis in termino abſoluto relationis qua econuerſo ille terminus referatur, ut ſi i obiecto ſciētie cauſet relationē ſcibilitatis, illa tñ rlo nō eſt rō terminādi relationē ſcientie ad obiectū.i.nō eſt illud ad quod refertur ſcientia ſed res ipſa in ſe. Septimū. Si itellectu icreato uel creato cauſetur in deo relatio qua referatur ad creaturā, ut dominiū, creatio, actio etc. illa relatione deus nō eſt terminus ad quem refertur creatura ut creata, uel ſua, ſed ſua abſolute entitate. Si.n. relatione cauſata in deo p intellectus creatum eſſet terminus realis relationis creature ad deū tunc ſi nullus creatus itellectus conſideraret, tūc nulla eſſet i deo rlo terminās rlonē creature, et ſic lapis nō referretur realiter ad deū, qa impoſſibile eſt ipm referri niſi habeat terminū rlonis. Octauū. Poteſt in deo poni rlo rationis noua cauſata p intellectū creatū, nō p diuinū, qa ille ab eterno cauſauit quicqd cauſat. Quō cauſentur rlones rationis patet fo.iii.col.4. Quō ſit trāſitus a ꝯdictorio in ꝯdictoriū ſine mutatione pꝫ fo.36. col.2. Nonū. Omne p intellectū compatum ut compatum.i.relatū hꝫ tm̄ eſſe in itelligi.i.in eſſe obiectiuo et cognito. Decimū. Nō poſſet deus de nouo cōpare ſe uel aliud ſine mutatione q̄ eſt impoſſibilis in deo. Vndecimum. Ad quodcūqꝫ deus ſe cōpat in eternitate cōpat, ſed nō pro eternitate, ut deus ſemp intelligit ſe creantē, nō tñ ꝓ ſemp.i. ꝙ actus creādi ſemp ſibi inſit qa hoc eſſet falſum, iō deꝰ pōt cognoſcere ꝙ nūc creat lapidē, et ꝙ prius nō creauit ſed non pōt nūc cognoſcere ita ꝙ prius nō cognouerit licet nūc creet et prius nō creauerit. Duodecimū. Deus dr̄ dominus et creator etc. ꝑpter relationē realē que eſt i creatura, ita ꝙ extrinſeca denominatione deus dr̄ dominus eo ꝙ ſuitiū eſt realiter i creatura, ſed nō debet dici ꝙ i creatura ſint ambe oppoſite rlones.i.ſuitiū et dominiū, et ꝙ pp dominiū quod eſt i creatura realiter dicatur deus eſſe dn̄s, ſed p̄ciſe eſt i creatura relatio ſuitii. et ꝑpter illā dr̄ deus eſſe dominus, et nullla relatio neceſſaria eſt in deo ut dicat dominus. Nec eſt nouū ut aliqd denominet extrinſeca nominatione. Naꝫ opus a me libere factū dr̄ humanū, et tñ nihil humanitatis eſt in eo, ſed tm̄ qa i me q facio hoc opus eſt humanitas. Seqtur ꝙ cum deus dr̄ dominus de nouo uel ex tempore hoc nō eſt ꝑpter aliquid noui in deo ſed in creatura.

¶ AD ARGVMENTA PRIME Queſtionis etc. Hec eſt cauda huius.q.qua queritur utrū de deo etc. Pro cuius pte negatiua arguitur. Primo ſic. Quicqd dr̄ de deo eſt deus, ergo nō nouū qa deꝰ eſt eternus. ¶ Doctor negat an̄s. Nā quicqd dr̄ de deo intriſeca denominatione et eſt ens reale eſt deus, nō autē quod dicitur de deo extrinſeca denominatione ut eſt hic. ¶ Secūdo ſic. Nihil eternū dr̄ de tēporali, ergo nec econuerſo. ¶ Doctor negat ꝯſequentiā, qa nō ſunt eiuſdē rationis et eque limitata deus et creatura q̄ duo reqrūtur ad ꝯn̄aꝫ ecōuerſo, et ideo deus pōt eſſe terminus noue relationis, ſed nō ſubiectū, ecōuerſo eſt in creatura, qa ipa pōt eſſe ſubiectū et terminus noue relationis. Sed qa nō eſt magna uis pōt cōcedi ꝙ temporale pōt denominari a relatione eterni ad ipm ut creatura tēporalis dr̄ idea et ſcita a deo eternaliter, modo idea formaliter eſt relatio.i.ſimilitudo, ſimilit ſcientia includit relationē ad minus rationis ad ſcitū obiectū. ¶ Tertio ſic. Oīs factio reqrit mutationem, deus mutari nō pōt, ergo deus nō fit dominꝰ uel creator etc. ¶ Doctor diſtinguit de fieri, qa quādo ly fit p̄dicatur de aliquo ſine addito tūc notat ipꝫ eſſentialit fieri, ſi aūt addit aliqd tūc notat ipm accidentalit fieri, ut differt dicere ſortes fit, et ſortes fit albus. Maior argumēti eſt uera de fit primo° non ſecūdo°, de quo eſt hic, qa deus nō fit ſed fit dominus. Attamen illa eſt magis cōcedenda deus incipit eſſe dominus, qa incipit nō ita dicit impfectionem ſicut fit, tñ nec ly incipit abſolute dr̄ de deo nec fit ſed cū addito, ut fit dominus etc.

¶ AD SECVNDAM QVESTIONEM Rn̄det ꝙ etc. Hec eſt ſolutio ſecūde.q.cuius ſolutio primo directe ponitur, ſecūdo ꝯ eā inſtat ibi. Cōtra iſtā etc. Cōcluſio talis eſt. Nulla eſt relatio realis dei ad creaturā. Probat dupr. Primo ſic. Ita ſimplex eſt deus ꝙ realit eſt oē reale qd eſt in ipo, ſed oīs relatio neceſſario coexigit terminum, ergo deus ad eſſe ſuū reale nece° coexigeret creaturā, quod falſum eſt. Secūdo ſic. Ita neceſſarius eſt deus ꝙ ſi oīa alia deſtruerent adhuc nece° eſſet deus, ſed ſi habet relationē realē ad creaturā nece° deſtrueret deſtructa creatura, qa illa relatio eſſet ipe deus, et qn terminus relationis non eſt nec relatio eſt, iō deſtructa creatura deſtrueret deus. Sed oīs creatura ē cōtingēs, ergo pōt deſtrui, et p ꝯn̄s deus deſtrueret. ¶ Cōtra illa arguit doc. q̄drupr. Primo ſic. Licet creatura in actuali exiſtētia ſit cōtingens, nō tñ in eſſe poſſibili quod eſt prius omni relatione ad deū. Nam nō pōt fieri a deo niſi prius i ſe ſit poſſibilis, illo° pōt deus hr̄e relationē ad ipam ut neceſſariā, et qa illa relatio eſt eadē cū oībus aliis ad creaturā ſm Hen. iō pōt deus hr̄e relationē realem ad creaturā. ¶ Secūdo ſic. Hen. quoli. 8.q.9. dicit creaturā hr̄e eſſe qdditatiuū inquātū eſt exēplata a deo, ſed illud eſſe eſt neceſſariū ergo illo° pōt habere deus relationē realem ad creaturā. ¶ Tertio. Philoſophi tñ cōceſſerunt creaturas aliquā eſſe neceſſariā, ut pꝫ in ult.q. octaue diſtinctiōis, et tñ negauerūt i deo eſſe relationē realē ad creaturā, ergo rō ꝓbans cōcluſionē huius q̄ſtionis nihil ualet. ¶ Quarto ſic. Sequeretur ꝙ nulla creatura magis neceſſaria poſſit habere relationē realem ad minus neceſſariā. ¶ Duo prima non ualēt, qa eſſe poſſibile et qdditatiuū ſunt tm̄ entia rationis iō nulla rlo realis eſt i ipſis, nec plus ponūt in re q̄ꝫ cecitas i oculo, iō nō ſunt neceſſaria, et dato ꝙ aliqua creature eſſent neceſſarie nō tñ ſicut deus, qa deus eſt neceſſarius ꝙ poſito quocūqꝫ circa oē aliud a ſe adhuc impoſſibile eſt deū nō eſſe, cuius rō eſt qa deus eſt ex ſe neceſſarius et creatura ſi eſſet neceſſaria eſſet a deo neceſſaria, iō ſi ipa p impoſſibile nō eſſet adhuc deus eſſet, qa eſſet minus impoſſibile creaturā tale non eſſe q̄ꝫ deū non eſſe. ¶ Ad quartū ſpecialit dicit ꝙ nō eſt ſimile de creatura et deo, quia deus nō pōt hr̄e relationē realem q̄ ſit ſibi accn̄s ſicut creatura poſſet, iō ſi rlo realis i deo deſtrueret ipe deꝰ deſtrueret. ſi āt rlo realis i creatura deſtrueret n̄ iō opteret deſtrui ipaꝫ.

¶ AD ARGVMENTA SECVNDE Queſtionis ad illa etc. Soluta q̄ſtione hac reſtat ſoluere argumēta. Cū ergo q̄rit utrū dei etc. Pro pte affirmatiua arguit quītupr. Duo prima hic nō uult ſoluere, iō nec ego formabo. Tertiū penultimo ſoluit et quartū primo ſoluit iō primo formabo quartū argumentū quod eſt tale. Relationes ſecūdi modi q̄ fundantur ſup agere et pati ſunt relationes reales, ſed relationes dei ad creaturā ſunt fundate ſup agere ut cāre dn̄ari etc. g° ſunt reales. ¶ Ad hoc doc. negat maiorem, nec phūs dicit ꝙ ſint reales, ſed ꝙ ſint mutue. Dicit tñ durādus ꝙ uera eſt illa maior i naturalibus agētibus, ubi agens naturalit et neceſſario iclinatur ad ꝓducendū, non ſic eſt de libero agente cuiuſmodi ē deus. ¶ Cōtra hoc dictū eſt primo, ꝙ philoſophi dixerūt deū naturaliter agere, et tñ negauerūt relationē realē eſſe i deo. Secūdo ꝙ ideꝫ effectus qui fit a creatura pōt fieri a ſolo deo, ergo nō neceſſario inclinat naturale agens ad ꝓducēdum, ſi tñ ꝓducit realit refert ad ipm, iō ad relationē realē nō reqritur talis iclinatio. Tertio, ꝙ duo alba ſunt ſimilia realit, et tñ unū nō inclinat neceſſario ad aliud. Quarto, ſi ante relationē realē oporteret ſp ponere inclinationē et illa eſt rlo realis, ergo ante omnē relationē realē oportet priꝰ ponere relationē realē. Cōcludit ergo doctor, ꝙ ad relationē realem nō reqrit niſi ꝙ ex natura extremorꝫ ſine actu intellectus oriatur, et iō rō tota quare hec rela-

tio eſt realis eſt quia hoc extremum eſt tale ens et aliud tale ens, pōt tñ generalis rō dari, quare in creatura ad actionē ſequitur rꝫo realis, et nō in deo, qa creatura eſt ꝑfectibilis et potentialis, nō ſolū in ſe ſed ĩ toto uniuerſo, deus aūt nō. ¶ Tertiū argumētum eſt tale. Relationes fundate ſup quātitatē ſunt reales, ſed inequalitas eſt ĩ deo ſʒ quātitatē ꝑfectiōis ad creaturā ergo eſt realis. Similit̄ equalitas ĩ ꝑſonis diuinis eſt realis q̄ fundant̄ ſup ĩfinitate. ¶ Ad hoc rn̄det doctor, ꝙ ĩ quātitatibus finitis uerꝫ eſt nō in infinita, qa finite ſunt potētiales ad recipiēdū in ſe ordinē realē et alias relationes. Quod autē equalitas ꝑſonaꝝ eſt realis, nō uiciat qa ibi ābo extrema ſunt realiter et ſumme neceſſaria, nō ſic ĩ ĩequalitate dei ad creaturas. ¶ Quintū argumentū eſt tale. Si nō eſt rꝫo realis realiter ĩ deo, ergo nō debet realiter denominari ab ea, quia debet res denominari a forma ſicut eſt ĩ ipā. Ad hoc argumentū reſpondet doctor, ꝙ ly realiter pōt dupʳ accipi. Primo logicalit̄ ut idē eſt quod uere, et illoᵒ dr̄ illa ꝓpoſitio eſt realit̄ uera, uel realr̄ falſa, et ſic deus eſt realit̄ dominus. Secūdo phyſicaliter et ſic non eſt in deo realit̄ dominium ideſt illa relatio dominium non eſt in deo realis relatio.

## DISTINCTIO TRIGESIMAPRIMA.

PRETEREA CONSIDERARI. CIRCA ET CETE. HEC EST diſtinctio. 31. primi libri. In qua doc. cōtentatur queſtione unica. Cuius titulus is eſt. Vtrū idēptitas et ſimilitudo et equalitas ſint relationes reales in deo. ¶ Termini ſunt declarati diſt. 19. q. i. Corpus huius. q. cōſiſtit in. 15. dictis. Primū. Tria ſufficiūt ad hoc ꝙ cognoſcat̄ aliquā relationē eſſe realē, primū ꝙ fundamētum et terminus ſint entia realiter exiſtētia, ſecūdum ꝙ realit̄ diſtinguātur, tertiū ꝙ ex natura eoꝝ ſit talis relatio, nō ꝑ actum itellectus cōſiderātis. Quid ſit talis ꝯſideratio pʒ diſt. 23. Secūdum Hen. quoli. 5. q. i. dicit ꝙ equalitas ꝑſonaꝝ nō eſt rꝫo realis, qa magnitudo ĩ qua fundatur nō eſt realis, quia trāſit in eſſentiā. ¶ Cōtra. Deus nō beatificatur niſi ĩtuitiue in obiecto ĩfinito, ergo ex natura rei et uere ē ibi magnitudo. i. infinitas, ꝯn̄a pʒ, qa qcquid ĩtuitiue uidet̄ in re eſt ibi ex natura rei p̄ter ꝯſideratiōnē itellectus. Preterea, itellectus diuinus ante omnē cōſiderationē eſt potens compħendere eſſentiā ĩfinitā. Cū ergo tm̄ infinitus itellectus poſſit compħendere infinitā eſſentiā ſeqtur ꝙ itellectus diuinus ante omnē cōſiderationē ſit infinitus et ex natura rei. Preterea. In oī ente magnitudo ē idē realit̄ cū eo cuius eſt, ergo ſi ĩfinitas eſt idē deo realit̄ ipā eſt ens reale. Preterea, eſt formalit̄ idem qa nō pōt circūſcribi ꝑ ĩtellectum reſeruato eo cuius ē. ꝙ aūt doc. uidetur dicere ꝙ ſm̄ rationē ſuā manet ĩfinitas, et ex hoc uelint aliqui hr̄e ꝙ diſtinguatur formaliter, nō ualet qa doctor dicit ꝙ manet ut modus ex quo pʒ ꝙ ĩ modo ſignificādi differt tm̄, qa ſi eſſet formalr̄ diſtincta ab eſſentia poſſet ꝑ itellectū circūſcribi quod doctor nō uult. Tertiū dictum. Equalitas ĩ diuinis hēt duplex fundamentū. ſ. remotū quod eſt eēntia, et ꝓpinquū quod eſt ĩfinitas, et utrūq; eſt ens reale. Ex quo ſeqtur ꝙ pᵃ cōditio non repugnat quin equalitas ſit rꝫo realis ĩ diuinis. Quartū. Perſone equales ſunt realiter diſtincte, iō ſecūda cōditio cōuenit eis. Quintum. Prima equalitas eſt ĩ filio. i. cū equalitas ſit rꝫo pr̄ nō eſt ſibi equalis ſed cū filius ſit ſecūda ꝑſona et prius ꝓducta q̄; ſpirituſſanctus iō in filio eſt prima equalitas. i. nulla intelligitur equalitas ĩ diuinis niſi cū itelligitur filius genitus, et ſtatiʒ cū intelligitur filius genitus itelligitur equalitas eius ad prēm et econuerſo. Sextum. Relationes cōmunes. i. equipantie p̄ſupponunt relationes originis. i. ꝓductiones ꝑſonaꝝ. Septimum. Non requiritur ad relationē realē ꝙ extrema ſint ſpecie diſtīcta ut ſimilitudo ĩter duo alba eiuſdē ſpeciei ē realis rꝫo. Octauum. Equalitas ĩ diuinis cōſeqtur ꝑſonas ex natura rei qa cū pr̄ filio realiter eādem ĩfinitatē cōmunicat et eſt realiter diſtinctus ab eo neceſſario ſequitur equalitas eoꝝ. Eſt ergo equalitas ꝑſonaꝝ diuinaꝝ relatio realis, qa oēs tres cōditiones ꝯueniūt ei. Nonū. Similitudo eſt duplex, prima eſt ſm̄ ſpecificā differentiā, ita ꝙ illa q̄ ſunt eiuſdē ſpeciei dicūtur ſimilia, ſecūda ē ſm̄ accidētales qualitates ut ſimilitudo ĩter duo alba. Prima non eſt ꝓprie ĩ deo ubi nulla eſt dr̄ia ſpecifica eſt tñ ibi ꝓportionabiliter. i. ſm̄ eſſentiā diuinā nō ut qd, qa illoᵒ eſt idēptitas, ſʒ ut actus uel forma dans eſſe ꝑſonis, et ſic ſimilitudo ꝑſonaꝝ ē relatio realis. Decimū. Idēptitas eſt duplex, prima eſt eiuſdem ad ſe ut patris ad ſe ipm̄ et illa eſt rationis, ſecūda ē ꝑſonaꝝ inter ſe inquātū in eis eſt una eēntia numero ut qd nō ut quāta uel qualis, et illa eſt realis. Vndecimū. Nūq; eſt ꝑfecta idēptitas niſi ꝑſonaꝝ diuinaꝝ. Nā eiuſdē ad ſe eſt tm̄ rationis, et in creaturis fundamentū diſtinguitur realiter a termino, qa duo indiuidua habent naturas realit̄ diſtinctas. In diuinis aūt ꝑſonis eſt una natura numero ſm̄ quā ſunt ſimiles. Duodecimū. Infinitas eſt modus ĩtriſecus cuiuſlibet attributi iō nō tm̄ diſtinguitur ab attributo ſicut unū attributū ab alio q̄ diſtinguūtur formalit̄ nō ſic ĩfinitas ab attributis, et ꝑ ꝯn̄s eq̄litas q̄ fundatur in ĩfinitate nō tm̄ diſtinguitur ab idēptitate et ſimilitudine ꝑſonaꝝ ſicut idēptitas et ſimilitudo ĩter ſe. Tredecimū. In creaturis pōt eſſe ſimilitudo in differētia ſpecifica ſine equalitate, ut duo alba ſunt ſimilia et inequalia, ſed non pōt eſſe equalitas in aliqua forma quin ſit ſilr̄itudo in illa. Decimūquartū Quot ſunt ꝑfectiones ſimpʳ in deo tot ſunt infinitates diſtincte tñ in re eſt una ĩfinitas omniū ſicut oīa ſunt una res tñ nō ſunt tot ĩfinitates quot ſunt rōnes formales ibi, qa rꝫo ꝑſonalis nullam habet ꝓpriā infinitatē ſed eſt ĩfinita ĩfinitate eſſentialiū. Decimūquintum. Perfecta equalitas cōſiſtit ĩ tribus. ſ. magnitudine ꝑtāte, eternitate, ꝑ magnitudinē. i. ĩfinitatē intelligitur equalitas in oībus ꝑfectionibus ſimpʳ ad ĩtra, et ut ĩfinitas eſt cōis oībus ipſis, ꝑ poteſtatē intelligitur poᵃ actiua ꝓductiua omniū poſſibiliū ad extra. Et illa ſeqtur ad primā, qa illi q in ſe ſunt eq̄lis uirtutis, ſunt etiā eq̄lis actiuitatis extra. Per eternitatē itelligitur eq̄litas in duratione. De hoc amplius uide di. 19. q. i.

¶ AD PRIMVM ARGVmentum dico ꝙ etc. Corpore ſoluto ſoluēdū eſt caput. Cū q̄ritur utrū idēptitas etc. Pro pte negatiua ar̄ quadrupʳ. Primo ſic. Auguſtinus dicit ꝙ filius ſit equalis patri nō ſm̄ ꝙ dicitur ad patrem, ergo ſm̄ ſubſtantiā. ¶ Pro ſolutione doc. notat ꝙ ly ſm̄ aliq̄n notat ſuū caſuale eſſe fundamētū ut ouū eſt ſimile ſm̄ albedinē, aliq̄n ꝙ ſit formalit̄ tale ut ouū eſt ſil̄e ſm̄ ſimilitudinē. Sic pr̄ et filius ſunt ſimiles ſm̄ eſſentiā ut fundamētū ſilr̄itudinis, ſed nō eſt formaliter ſilr̄itudo. Notat etiā doc. ꝙ nō eodē modo eēntia eſt fundamentū relationis originis. i. ꝓductionis ſicut relationis cōis. i. eq̄pantie, qa relationis cōis fundamētū eſt ut una, nō aūt relationis originis, ideo pr̄ nō pōt dici pr̄ ſm̄ eſſentiā ſicut equalis ſm̄ eſſentiam. i. ſm̄ unitatem eſſentie pater eſt equalis et non pater. ¶ Secūdo ſic. Forma ſm̄. S. Tho. nō numeratur niſi ꝑ materiā, in diuinis nulla ē mā, ergo nō eſt niſi una eq̄litas que ē forma. ¶ Maior eſt falſa, et expedietur in ſecūdo libro. ¶ Tertio ſic. Si in patre eſt equalitas, ſimiliter in filio, ſimiliter in ſpirituſancto et ſic ſunt ſex equalitates quod eſt inconueniens. ¶ Doctor negat ultimū. ſ. ꝙ ſit incōueniens. ¶ Quarto ſic. Si relationes ille ſint reales ergo eque cōſtituūt ꝑſonas ſicut relationes originis quod falſum eſt, ergo illud ex quo ſequitur.

Reſpondet doctor, ꝙ non ſequitur quia prius pullulant ĩ eſſentia relationes originis q̃ cõmunes ideo cõſtituũt, et per conſequens non poſſant relationes cõmunes conſtituere ꝑſonas.

## DISTINC. TRIGESIMASECVNDA.

HIC ORITVR QVESTIO ET CETERA. HEC EST DISTINCtio.32.huius primi libri. In qua doc. mouet duas queſtiones, quarꝫ prima eſt hec. Vtrũ pr̄ et filius diligant ſe ſpũſctõ. Secũda, utrũ pr̄ ſit ſapiens ſapiẽtia genita. ¶ Termini ſunt ꝑtiꝫ declarati ꝑtim declarãdi. Pater et filius di.5. Se eſt pronomen reciprocũ de quo in grãmatica et logica. Spũſanctus diſtinc.10. Generatio di.5. ¶ Diligere capit̃ tripʳ. Vno° mere eẽtialr̃ et ſic ẽ actus dilectiõis diuine cõis trib⁹ ꝑſonis q nõ ẽ ꝓductus. Secundo modo mere notionaliter, et ſic idem eſt quod ſpirare, tertio° ꝑtim eſſentialiter et ꝑtim notionalit̃, et ſic ꝓducere ſpiritũſanctũ ut eſt amor necteñs eſt diligere.i.ut includit ſpiratione et cũ hoc relationẽ ad obiectum amabile. Sapientia ultra dicta fo.27.col.1.capitur primo ꝓ theologia, ſecũdo ꝓ charitate ut patebit ĩ fine tertii, tertio ꝓ p° de habitibus ĩtellectualib⁹, quarto ꝓ collatione omniũ uirtutũ intellectualiũ et moralium, quinto ꝓ noticia ſupnaturalit̃ ĩfuſa de quocũq; obiecto fuerit. Sapiẽtia genita ẽ filius in diuinis, qa ſibi appropriat̃ ſapientia. ¶ Corpus ergo q̃ſtionis cõſiſtit ĩ tredecim dictis. Primũ. Magiſter ſentẽtiarꝫ reputat primã q̃ſtionẽ ita difficilẽ ꝙ ipe nihil oĩo rñdet. Secũdum, Aug. cõceſſit ꝑtem affirmatiuã q̃ſtionis, et dicũt aliqui ꝙ poſtea reuocauit nõ in ꝓpria forma, ſed ĩ ſimili, nã ipe dicit illã eſſe falſam.ſ.pater eſt ſapiens ſapiẽtia genita que uidetur alteri ſimilis. Sed hec opi. nõ ualet, qa non cõſueuit Auguſtinus retractãda implicite retractare, ſed exp̃ſſe et totiens quotiẽs oppoſitũ dixerat, ſꝫ illã nullibi exp̃ſſe retractat. Preterea, dato ꝙ ipe retractaſſet eã adhuc quia alii ſancti et doctores tenẽt affirmatiuã ꝑtem queſtionis nõ uidetur falſa. Tertiũ. Simon de corãquo, dicit ꝙ titulus q̃ſtionis eſt ſic ĩtelligendus. Signũ ꝙ pr̄ et filius diligũt ſe eſt ipe ſpũſctũs. Sed hoc nõ ualet, qa etiã creatura quã ſimul creãt eſt tale ſignũ, et tñ nõ dr̄ ꝙ diligãt ſe creatura. Quartũ. Alexander de ales.1.p. ſum. dicit, ꝙ titulus q̃ſtionis ĩtelligitur appropriate, ut ſit ſenſus, dilectio appropriatur ſpũiſancto iõ dicũtur pr̄ et filius ſe diligere ſpũſancto.i.amore eſſentiali appropriato ſpũiſancto. Sed hoc nõ ualet, qa illo° eſſent boni ſpũſancto et uolũtas etc. que tñ cõmuniter nõ cõcedũtur. Quintũ. Sanctus Tho.1.pte.q.36.ar.2.dicit ꝙ ille ablatiuus ſpũſancto cõſtruitur ĩ rõne formalis effectus nõ ꝙ ſit forma ſed ꝑ modũ forme ſicut dr̄ ille ẽ indutus idumẽto, indumẽtum nõ eſt forma tñ cõſtruit̃ in rõne forme. Similit̃ agens aliqñ denoĩatur ab actiõe ſua, ut ignis calefacit calefactiõe, aliqñ effectu ſuo, ut arbor floret floribus, et tñ nõ eſt flos forma arboris. Cũ ergo diligere capiatur dupliciter.ſ.eſſentialiter et notionaliter, primo° ꝓpoſitio eſt falſa ſecũdo° uera. Cõtra iſtã opi. arguit doctor. Primo ſic. Illa nõ cõceditur edificator edificat edificatiõe et tñ edificiũ eſt effectus eius. Preterea nõ cõceditur pr̄ et filius ſpirãt ſpũſancto, et tñ idẽ eſt ſpirare quod diligere ſecũdo°, ergo nec illa eſt cõcedenda, pr̄ et filius diligũt ſe ſpũſancto cũ ſint equalentes. Preterea, dato ꝙ cõcederetur talis modus p̃dicãdi nõ tñ cũ ꝓnomine reciproco quod eſt cõuerſiue p̃dicari. Secũdo ſic. In ꝯſtructione trãſitiua nũq; effectus ex ui effectus cõſtruitur cũ ablatiuo, ſed diligere eſt uerbũ trãſitiuũ, nec exemplũ. S. Tho. ẽ ad propoſitũ, qa florere eſt uerbũ neutrũ nõ actiuũ, oẽ aũt uerbum neutrũ ſignificat idẽ cũ noĩe adiectiuo ſi eſſet impoſitũ niſi ꝙ in modo ſignificãdi nominis et uerbi differrẽt ut idẽ eſt ignis calet calore, et ignis eſt calidus calore. Sextũ. In noſtra memoria eſt relatio generãtis reſpectu uerbi ut geniti, et ille relationes ſunt in ſecũdo° relatiuorꝫ et mutue. Similiter in noticia genita eſt rl̃o declarationis obiecti q̃ eſt ĩ tertio° relatiuorꝫ et nõ mutua, quia noticia declarat obiectum latens ĩ memoria. Septimũ. Sicut noticia formaliter declarat.i.ĩ ipa formalr̃ relucet obiectũ totũ ſic memoria cauſans noticiã dr̄ effectiue declarare. Octauũ. Verba ſignificãtia actus anime ſunt uerba actiua, cuius ratio pꝫ di.5.ubi docetur quare dicũtur actiones tñ ſi eẽnt uerba neutralia melius appareret quõ tales actus formaliter declarãt obiecta, ſicut ſimilitudo fundat aſſimilare et aſſimilari q̃ agere et pati ſignificãt, et tñ ipa formaliter aſſimilat et nõ effectiue. Nonũ. Verbũ ĩ diuinis realiter generatur et cõmunicatur ei noticia ĩfinita q̃ formaliter declarat oĩa cognoſcibilia, tñ pr̄ generãs dr̄ effectiue declarare uel principiatiue. Generatio eſt relatio realis. Declaratio aũt eſt relatio rationis, quia declarat ſe, ſed nullius ad ſe ẽ relatio realis, ſimiliter declarat creaturã, et de⁹ ad creaturã nullã hẽt relationẽ realẽ. Seqtur ergo ꝙ uerbum declarat formaliter, pr̄ declarat uerbo principiatiue. Decimũ. Dicere capitur quadrupʳ, primo eſſentialiter ꝓ ĩtelligere, et ſic nulla ꝑſona dicit alia, ſecũdo ꝑſonaliter ꝓ generare, et ſic ſolus pr̄ dicit, tertio ꝓ declarare formaliter, et ſic noticia dei dicit et dicere illo° filio appropriatur licet ſit cõmune tribus ꝑſonis, quarto ꝓ declarare pricipiatiue, illo modo ſolus pr̄ dicit uerbo, et ſic eſt eſſentiale et cõnotat notionale. Sic ergo ille ablatiuus uerbo ĩ hac ꝓpoſitione, pr̄ dicit uerbo, cõſtruit̃ ĩ rõne cauſe formalis ſubauctoritatiue.i.filius hẽt noticiã declarantẽ formalit̃ a patre. Ex dictis ſeqtur ꝙ q̃libet ꝑſona formalit̃ declarat oĩa, qa q̃libet hẽt noticia infinitã, tñ uerbo appropriatur declaratio eo ꝙ noticia ſibi appropriatur q̃ cõuenit cũ ꝓprio ſuo.i.eſt a memoria, ſicut filius generatur uere ꝑ memoriã, licet noticia dei nõ ſic generet̃ ſed bene noſtra. Vndecimũ. Pater nõ eſt ſapiens ſapiẽtia genita, qa filius nõ ẽ illa noticia dei qua oĩa deus pr̄ nouit. ſed noticia patris ẽ ingenita, de quo fo.53.col.4. Duodecimũ. Filius nõ ẽ patri principiũ eſſendi nec cognoſcẽdi nec eſt principiũ ſubauctoritatiuũ reſpectu actuũ eẽntialiũ ad ĩtra ut ſunt ĩtelligere et uelle, ſed bene ad extra, ut pater creat uerbo. Quãdo ergo dicit Anſel. dicere eſt cogitando intueri accipit dicere mere eſſentialit̃ ꝓ ĩtelligere, ſed ille modus accipiẽdi eſt mirabilit̃ alienus et abuſiuus, nec dicit Anſel. ꝙ S.S. dicat uerbo, qa nec formalit̃ dicit nec principiatiue cũ nõ ꝓducat uerbũ. Tredecimũ. Amor in nobis hẽt in ſe relationẽ realẽ.ſ.ſpirationẽ paſſiuã q̃ ẽ rl̃o mutua cũ ſpiratione actiua in uolũtate. Habet etiã aliã relationem nõ mutuã ad obiectum, et ſicut appropriat̃ filio noticia reſpectu oĩs declarabilis ſic appropriat̃ ſpũiſancto eſſe amorẽ oĩs amabilis formalit̃ et pr̄ et filius ſunt amor principiatiue, et ꝓportionabilit̃ dicatur de ꝓpoſitionibus illis.ſ.pr̄ et filius diligũt ſe ſpũſancto, ſicut de illis, pr̄ dicit uerbo, qa pr̄ et fili⁹ ꝓducũt ſpiritũſanctum qui appropriate eſt amor oĩs amabilis, ſicut pater producit filiũ q appropriate eſt noticia declaratiua.

¶ AD ARGVMENTVM PRIMVM Dico etcet. Hic doctor ſoluit argumẽta principalia prime q̃ſtionis. Cũ ergo q̃ritur utrũ pr̄ et filius etc. Pro parte negatiua arguit̃ quadrupliciter. Primo ſic. Vel diligere capit̃ eſſentialiter uel notionaliter, nõ eſſentialiter, qa oẽ eẽntiale ĩeſt cuilibet ꝑſone ꝑ ſe et nõ ꝑ alterã, nec notionaliter, qa tũc pr̄ et filius ſpirarẽt ſpũſancto. ¶ Ad hoc rñdet doctor. ꝙ ly diligere ſignificat relationem amoris ad obiectũ et cõnotat ſpirationẽ q̃ pr̄ et fili⁹ ſpirãt ſpm̃ ſanctũ, ſm ꝙ ſenſus eius ẽ datus ĩmediate ante ſolutionẽ argu-

mentorum ¶ Secūdo ſic. Nullus actus notialis .i. ꝑductio perſonalis, eſt cōuerſiuus in ꝑducēs .i. nihil ꝑducit ſe ipm̄, ſed illa ꝑpoſitio, pr̄ et filius diligūt ſe ſpūſcō eſt huiuſmōi ſi capit diligere notialiter, ergo ipa eſt falſa. ¶ Ad hoc rn̄det ſicut ad pm̄. ¶ Tertio. Si pr̄ et fili⁹ diligūt ſe ſpūſcō g° pr̄ diligit ſe ſpūſcō ꝫ hoc ē fīm, qa pr̄ prius origie diligit ꝙ. SS. ſit. ¶ Pro ſolutione huius notandū, ꝙ ly ſe pōt cōſtrui trāſitiue, ut ſit ſenſus pater diligit filiū et filius patrē, uel reciproce, ut ſit ſenſus, pr̄ diligit ſe, et filius diligit ſe, et utroq; mō ꝑpō eſt eque uera et ꝯn̄a argumenti cōcedatur. Ad improbatiōnē rn̄det doc. ꝙ prius origine pr̄ diligit ſe for^r dilectione eſſentiali. ſed ſpūſcō diligit ſe principiatiue eo mō quo ſupra expoſitū eſt. Licet aūt Hen. uelit ꝙ ꝑpō ſit concedenda capiendo ly ſe trāſitiue quaſi pr̄ et filius uoluntate inquantū cōcors ē ſpirēt. Hoc improbatū ē diſtī. Quarto. Eodē diligūt pr̄ et filius ſe et creaturā ſed nō diligunt creaturā ſpūſcō, ergo nec ſe. Maior eſt falſa ꝓprie loquēdo et minor uera, quia dilectio eēntialis nō eſt cōicata creature ſicut ſpūiſcō, nec ſpūſſanctus nece° uel ex ui ꝑductionis eſt amor creature quia ipa cōtingenter amatur a deo, cōpleta .n. productione perſonarū adhuc eſt pure cōtingentia ad amādū creaturā. ¶ Sed quia tota materia diſt. 33. et. 34. eſt copioſe habita et diſt. ſecūda in fine. et diſt. 8. q. 3. ideo trāſeo hic.

## DISTINCTIO. TRIGESIMA QVINTA.

CVMQVE SVPRA DIXIMVS ETC. HEC EST DISTINCTIO. 35. primi libri que unica q̄ſtione expeditur. Cuius titulus talis ē. Vtrū ī deo ſint relatiōes eterne ad oīa ſcibilia ut qdditatiue cognita .i. utrū diuina intellectio hēat in ſe rlones ad eterno ad omnes res cognitas ab eo in rōne quidditatiua earū. ¶ Termini ſunt ſepe ſupra declarati. ¶ Dimiſſo capite q̄ſtionis. Corpus totū eſt litigioſum cōſiſtit aūt in quatuor dictis. Primum. Ad itellectionē alicui⁹ tria ꝯcurrūt cōiter .ſ. itellectus, obiectū, ratio cognoſcendi .i. ſpecies uel aliquid aliud rn̄tans obiectum. Quādo aūt obiectū in ſe eſt pn̄s nō oꝫ habere repreſentatiuū. Secundum. Vnus intellectus ſub eadem rōne eſt intellectiuus omniū, ideo ſi eſt diſtinctio aliqua in intellectione oportet querere in obiecto uel rōne intelligendi uel in actu intelligendi. Tertium. Sanctus Tho. i. par. ſum. q. 15. ar. 2. et Goffri. dicunt ꝙ in complexa noticia creaturarū in deo neceſſe eſt ponere relationes ab eterno ad omne creatū cognitum ita ꝙ ille relationes ſunt fundamētaliter in eēntia diuina inquātū eſt rō intelligendi .i. inquantū rn̄tat oēs creaturas ita ꝙ eſt ratio cognoſcēdi cuiuſlibet propria inquantū ipm̄ rn̄tat. Illa aūt repreſentatio ē rlo. Quartum. Hen. quoli. 5. q. 3. quoli. 9. q. 2. dicit. ꝙ ille rlones ſunt in eēntia ut eſt obiectū cognitū. Nā ipſa primo cognoſcit ut omnino una indiſtincta. ſecundo intellectus intelligit ipaꝫ a quolibet alio ſpecialiter imitabilē, et illa imitabilitas eſt relatio et tot quot ſunt imitatiua illius eſſentie et ſunt relatiōes rationis ſm̄ utraq; opinionē. Rationes capit doc. in lr̄a pro relationib⁹. ¶ Cōtra has opiniones doc. arguit ſic primo. Ille relationes ſunt a deo cognoſcibiles, ergo aliis relationibus, et ſic ſemꝑ in īfinitū, ul oꝫ dicere ꝙ aliqd poſſit cognoſci ſine rlone alia a ſe. Secundo ſic. qcqd pōt cognoſci per finitū pōt ēt cognoſci ꝑ infinitū, ſed creatura per rationem cognoſcendi finitā ſine omni relatione poteſt cognoſci, ergo multo magis per diuinam eſſentiam infinitam ſine omni relatione. Tertio ſic. In prima operatione ſimpliciter oportet dare aliquod ſimpliciter unum principium productiuum uel ad minus opatiuum et unum per ſe obiectum, ſed diuina intellectio eſt ſimpliciter prima operatio, ergo oportet ſibi dare ſimpliciter per ſe unum principium ſed diuina eſſentia et relatio illa non ſunt per ſe unum ergo illa relatio non requiritur. ¶ Contra primam opinionem ſpecialiter arguit. Primo ſic. Omnis relatio precedens intellectionem eſt realis ſed ille relatiōes cum ſint rationes intelligendi precedunt intellectionem ergo ſunt reales ſed hoc eſt impoſſibile, ut patet diſtinctione. 30. quia deus nullam relationem realem habet ad extra. Secundo ſic. ſecundū Hen. diſtinctio rationis in principiis ſufficit ad diſtinctionem realem in principiatis, ergo relationes ad duo obiecta diſtinguunt ipa realiter quod falſum eſt. Tertio ſic. ſecundum Hen. omnis diſtinctio intra deitatem precedit intellectionem, ergo obiecta creata non ſunt intra deitatem preſentia ut diſtincta, ergo ſi deus uult intelligere diuerſa obiecta et creata, oportet ꝙ illa ſint realiter exiſtētia et ſic deus non habebit obiecta ſua intra ſe et ex ſe ſibi preſentia, ſed oportet ꝙ mendicet a rebus. ¶ Contra ſecundam opi. pecialiter arguit ſic. Omnis relatio rōnis ex comparatione intellectus eſt in illo in quo eſt tantum ut habet eſſe cognitum, ex opinione ſecunda ergo ſequitur ꝙ eſſentia ut habens eē diminutum habeat in ſe illas relationes, ſed inconueniens eſt ꝙ diuina eſſentia in ſuo intellectu habeat eſſe diminutum. Secundo ſic. Deus ex natura rei eſt immitabilis ab omni creatura, ergo non per comparationem intellectus. ¶ In hac littera fundantur multa bona dicta. Primum. Diuinus intellectus nullam noticiaꝫ recipit ab obiecto, quia uilificaretur per hoc, ſed omnē noticiam habet a ſe ipſo ſiue per diuinā eēntiam. Secundum. Perfectionis eſt ꝙ unū ſit ratio cognoſcendi plura per ſe ipm̄, ergo et deus ꝑ ſe ipm̄ ſine relationibus omnia cognoſcit. Quomodo unius actionis oportet dare unum principiū patet fo. 100. col. i. et. 2. Tertium. Vnitas eſſentialis eſt maior ꝙ̄ unitas ſecundi modi per ſe .i. unitas generis et dr̄e in cōpoſito, uel materie et forme in compoſito eſt maior ꝙ̄ unitas ſubiecti et paſſionis. Quid ſit relatio rationis patet aliquid fo. 19. col. 4. Quartum. Quomodocūq; cōparetur eēntia diuina ipa ſemꝑ eſt infinita. Quintum. Omnis relatio rōnis tm̄ fundatur in ente hn̄te eē diminutū fo. 112. colū. 3 et. 4.

¶ POTEST DICI AD. Q. etc. Hic doc. ſoluit q. in ꝓpria forma. Et conſiſtit in. 19. dictis. Primum abſolutum obiecti ſiue entitas ipſius obiecti intelligibilis in ſe eſt terminus relationis quam habet noticia ad obiectum. Similiter propria entitas obiecti in ſe menſurat ideſt noſci facit noticiam quante perfectionis ſit et cuius ſpeciei ſit inquātum entitas perfectio et ſpecies habentur ab obiecto, de quo amplius uide fo. 9. colū. 2. Secūdum. Licet obiectum ſit menſura noticie create. tamen nullum obiectum creatum eſt menſura noticie diuine, ſed econuerſo illa noticia eſt menſura eorum ideſt dans entitatem ipſis, ut dicitur fo. 93. col. i. et 2. Sequitur ꝙ ſicut noticia creata refertur ad obiectum ut menſuram ſuam et non econuerſo ſic econuerſo obiecta creata referuntur ad diuinam intellectionem ut ſuam menſuram et non econuerſo. Tertium. Non oportet ꝙ ſit relatio realis obiecti ad intellectum nec econuerſo. Nam cū de⁹ ſe ipſum intelligit cum ſit idem obiectum et intellectus non poteſt eſſe relatio realis. Ex quo ſequitur ꝙ non eſt ex itrinſeca ratione intellectionis et obiecti ꝙ ad inuicem referantur. Si autem aliquando eſt relatio mutua tunc eſt propter coexigentiam extremorum. ſi non eſt mutua tunc eſt propter dependentiam unius ad aliud, ſed deus non coexigit creaturam nec dependet ad eam, ergo non oportet ꝙ in deo ſit aliqua relatio ad creaturam. Et quia creatura dependet ad deum ideo in ea eſt relatio ad deum, non econuerſo. Quartum. Voluntas fruens deo non uult ipſum propter

aliquid aliud ſed potius econuerſo, ita ꝙ in illo alio eſt rela-
tio, et non in deo. Similiter intellectus diuinus cognoſcens ali-
quid aliud ex noticia diuine eſſentie derelinquit in illo alio re
lationem ad diuinam noticiam et nõ ecõuerſo. Quintũ. Actus
intelligendi in deo eſt duplex. ſ. primus qui eſt eẽntie, et ſecun-
dus qui eſt creature. Sextũ. Põt cõcedi ꝙ in deo ſint relationes
eterne ad oĩa cognita per ipm̃, ſ3 non ſunt naturaliter priores
q̃; ipe creature cognoſcantur. Ponatur ergo ordo intellectionis
diuine. Nã primo cognoſcit eẽntiã in ſe ut abſoluta eſt. Secũdo
ex hac noticia cognoſcitur lapis in ſe et abſolute et relucet in
diuina noticia et lapis ibi relucens h3 in ſe rlonẽ rõnis ad diui-
nã intellectionẽ ut abſoluta eſt et illa rlo dr̃ cognoſci. Tertio
ſi placet diuine uolũtati immo neceſſitate ſumma cõparat ſe i
tellectus diuinus ad oẽ intelligibile inquãtũ ipe eſt intellectiu⁹
oium illud compare eſt cognoſcere ſe intellectiuũ uel intelligẽ
tem, et ſic in illa intellectione ẽ illa rlo ad obiecta cognita q̃ dr̃
cognoſcitiuitas uel cognoſcere ul̃ attigere. Quarto p̃t illa rlo
cognoſci actu reflexo. Septimũ. Nulla rlo põt nãliter cognoſci
niſi p̃cognito termino, nec intellectus compat ad aliquid niſi pri
us cognoſcat extrema. Octauũ. Viſio eſt duplex. ſ. prima que ẽ
dei, et ſecunda que eſt creature. ¶ Sed cõtra dicta arguitur
trip^r. Primo ſic. Idee ſunt rlones, et deus nec alius põt eẽ ſapi-
ens niſi uideat ideas, ergo ille relationes ſunt in deo ante intel-
lectionẽ dei quia ſunt obiecta in quibus fit aliqs ſapiens et bea-
tiſſimus, et per ꝯñs nõ ſequũtur intellectionẽ dei. Secundo ſic.
Que ſunt diuerſa in creaturis for^r non ſunt unũ formaliter i
deo ſicut intellectus et uoluntas in nobis diſtinguũtur for^r ſi^r
et in deo ergo in deo eſt intellectus receptiuus ſicut in nobis, et
per ꝯñs o3 ſibi tot formas et ideas dare anteq̃; intelligat quot
ſunt obiecta intelligibilia ab eo, et per ꝯñs idee ſunt ante intel-
lectionẽ diuinam. Tertio ſic. Eſſentia ſm te ut infinita ſub rõne
ſua abſoluta eſt ſufficiẽs rõ intelligendi oĩa, ergo ipa ſola eſt
cognita, ꝯña ꝓbatur, quia ita bene ẽ infinita ut cognita ſicut ut
rõ cognoſcẽdi, uel ſi uis ꝙ multa ſint per eã cognita, et ponas ꝙ
multe ſint rõnes cognoſcendi. ¶ Pro rñſione ſit nonũ dictum.
idea ſm Aug. eſt rõ eterna. i. exemplar eternũ in mẽte diuina
. i. relucens in intellectione diuina ſm quã. i. ſm qđ aliqđ. ſ. reale
eſt formale. i. creabile ut ſm ꝓpriã rõnem eius. i. ut ꝓpriũ exẽ-
plar eius. Ex quo p3 ꝙ tot ſunt idee in mẽte diuina quot ſunt fa
ctibilia a deo, ita ꝙ quodlib3 h3 propriã ideeã. imo nõ ſolũ rea
liter factibilia, ſed et ab intellectu obiectiue formabilia, ſic in
telligendo ꝙ h3 unũ cõceptũ hoĩs, et unũ aĩalis etc. ſed cuiuſlib3
indiuidui factibilis hẽt propriũ exemplar. Decimũ. Quicqđ de
us cãt rationabiliter cãt. i. intelligendo et uolendo, et per ꝯñs h3
oium illorũ obiecta ſecũ, nõ in eẽ reali, ſ3 in eẽ obiectiuo ubi om
nia hñt eſſe per intellectionẽ diuinã. Vndecimũ. Illa obiecta hñt
eẽ incõmutabile, ſicut ipa intellectio, et per ꝯñs eternum. Ex his
ſe^r ꝙ res in eſſe cognito eſt idea. Duodecimũ. Quicqđ ẽ in deo
per actũ intellectus ſui eſt eternum. Tredecimum. Diffinitionẽ
idee ſumpſit Auguſtinus a Platone, qui dixit ut uult Auguſti
nus ꝙ quidditates rerum in mente diuina ſint idee quãq̃; male
imponat Ariſtoteles Platoni ꝙ poſuerit rerum quidditates eẽ
realiter extra omnia ſingularia. Et ſic patet ꝙ non oportet eſſe
relationes aliquas nec relationes ſunt idee, niſi idee relationus
ſunt idee, tamen non ſunt alie relationes ab obiectis cognitis, et
ſic omne intelligibile in eſſe cognito et obiectiuo dicitur eẽ idea.
Quartumdecimum. Cum dicit Auguſtinus ꝙ nemo poteſt eſſe
omnino ſapiens niſi cognoſcat ideas, uerum eſt quo ad omnem
plenitudinem. Licet enim principalis ſapientia ſit in eſſentia di
uina, tamen non eſt pleniſſima niſi omnia ſimpliciter cognoſcã
tur. Similiter. qñ dicit Aug. ꝙ uiſione idearũ fit aĩa beatiſſima
. i. non tam perfecte eẽt beata ſi ſolũ eẽntiã uideret ſicut ſi cũ
eſſentia etiã oẽs creaturas uidet ñ ꝙ propter creaturas eẽntia-
lis beatitudo hẽatur, ſed aliqs gradus accñtalis. Decimũquar-
tum. Si Aug. aliquãdo dicat ꝙ idee ſint rõnes cognoſcendi non
d3 intelligi ꝙ moueant intellectũ diuinũ uel ꝙ ſint cãe intellectio
nis ſue ſed tm̃ ſunt obiecta que intelligũtur et nõ mouẽt ſed di
uina eẽntia mouet ad noticiã eorũ. Quomõ intellectus diuinus
et noſter ſit paſſiu⁹ uel receptiuus uel potẽtialis p3 fo. 53. co. i.
Decimũquintũ. Si debeat intellectus diuinus dici paſſiuus lar-
ge et p̃requirere formã per quã intelligat, o3 ꝙ eẽntia qua oĩa
noſcat ſit illa forma et nõ idea. Nã eẽntia et intellectus ſunt
ſufficienter memoria ad producẽdũ oĩa obiecta i eẽ obiectiuo,
et tale in tali eẽ hẽt rlonẽ ad diuinũ intellectũ et intellectiones
ſiue ad intelligentiã, ut ad abſolutũ. Decimũſextũ. Cã ſm eẽ ab
ſolutũ ꝓducit effectũ primo et ſecundo effectus hẽt relationes
que dr̃ cauſari qua refertur ad abſolutum cauſe, et aliquando
econuerſo ut in creaturis eſt econuerſo una alia relatio in
cauſa que dicitur cãre qua refertur cã ad abſolutũ effectus,
et ſic nunq̃; reqritur rlo in cã, nec in effectu ante abſolutã en-
titatẽ effectus. Decimũſeptimũ. Nihil in aliquo gñe perfectius
dependet ab aliquo imperfectiori in eodẽ genere, ut nulla rlo
realis dependet ab ente potentiali. Ex quo ſe^r ꝙ terminus cuiuſ
cunq̃; rlonis realis eſt ens actuale realiter exiſtens. Decimum
octauũ. Quãdo aliquid refertur ipm̃ prius eſt. Nã illud prius
eſt qđ põt ſine alio eſſe nõ ecõuerſo, ſed rlo nõ poteſt eẽ ſine ter
mino, ſed bene ecõuerſo, ideo terminus eſt prior relatione. ita ꝙ
ſit ille ordo, primo ſit ignis generãs, ſecundo ignis genitus. ter-
tio in ſecundo igne eſt generari. quarto in primo igne eſt gene-
rare. Similiter primo eſt memoria diuina. ſecundo intellectio
et obiecta omnia in eſſe obiectiuo. tertio intelligi eſt in illis obie
ctis. quarto nihil econuerſo in intellectu diuino. Decimũnonum.
Intellectio diuina habet duplex obiectum ſcilicet primũ quod
mouet et terminat intellectionem diuinam. et illud neceſſario ẽ
infinitum. et ſecundum quod ſolũ terminat, ut eſt creatura et il
lud non neceſſario eſt infinitum, nec eſt neceſſe ꝙ ſicut eſſentia
diuina ſola mouet et eſt rõ actus ꝙ etiã ſola intelligatur, quia
omne mouens neceſſario precedit actum ſed nulla creatura po
teſt precedere intellectionẽ diuinã tamen terminus qui intelligi
tur poteſt ſequi, et ideo creatura põt cognoſci licet nõ moueret.
Et quia menſuratur ab intellectione diuina ideo merito ſequi-
tur ipam. ¶ Ad primũ ergo argumentum, patet primũ aſſum-
ptũ eſſe falſum. Ad ſm p3 ex 15. dicto. Ad tertiũ ex 19. dicto.

¶ AD ARGVMENTA PRIncipalia etc. Hec eſt cauda
queſtionis, qua queritur. Vtrũ in deo ſint etc. Pro parte affir-
matiua arguit primo ſic. Auguſtinus dicit ꝙ idee ſint forme
eterne et incõmutabiles. Patet autem ꝙ nõ ſunt abſolute forme
ergo reſpectiue. ¶ Ad illud doc. ſe remittit ad octauũ dictum
et ſequẽtia. ¶ Secundo ſic. Auicẽna cõcedit rellationẽ dei ut i
telligentis ad formas intellectas. Reſpondet per quintũ dictu3.
¶ Tertio ſic. Deus diſtincte nouit omnia ergo p diſtinctas ra
tiones. Doctor negat ꝯñam, quia eſſentia infinita unica ſufficit
ad oĩa ad que multa finita reqruntur, nec o3 eam determinari
ſed ẽ ex ſe determinata, ut patet fo. 85. col. i. et fo. 92. col3. et 4.
Si arguitur. huius cognoſcibilis eſt propria ratio, et huius eſt
propria ratio intelligendi ergo nihil unum eſt ratio intelligen-
di utrunq̃;. ¶ Doctor rñdet ꝙ eſt fallacia conſequentis arguẽ
do ab antecedente ad conſequens cũ diſtinctione, licet in crea-
turis propter limitationẽ ualeat, ut ſi duo homines g^o duo ani
malia. In diuinis aũt non ualet, ut pater eſt deus, filius eſt de⁹,
ergo ſi pater et filius ſunt duo ergo duo dii. Sic hic. homo ha-
bet propriam rationem, et aſinus ſimiliter ergo nihil idem po-
teſt eſſe ratio utriuſq̃; quia diuina eſſentia unica eminenter et
uirtualiter omnia continet.

## DISTINCTIO TRIGESIMA SEXTA.

NVNC ILLVD RESTAT ETC. HEC EST DISTINCTIO.44. huius primi in qua doc. mouet iſtas queſtiones utrũ deus poſſet aliter facere res ꝙ̃ ab ipſo ordinatuʒ eſt fieri. ¶ Quia auteʒ termini declarati ſunt ſupra p̃ter ordinationeʒ diuinã que eſt ipſa lex diuina. Ideo pro euidentia legum notandũ primo ꝙ ſicut diuina uoluntas in genere cauſe efficientis eſt prima cauſa efficiens ſic in genere legis obligantis eſt prima lex ſeu regula. Sicut enim efficit uolẽdo aliqd eſſe uel fieri ſic obligat quia uult aliquẽ ad aliquid eẽ uel nõ eſſe operari uel nõ operari teneri. Neceſſe eſt quidem eſſe unã primam legem cum non ſit proceſſus in infinitũ. Nulla aũt lex creata eſt ſimpliciter prima cum nulla creatura habeat ex ſe poteſtatem obligãdi. Reſtat ergo ꝙ diuina uoluntas ſit lex ſimpliciter prima qa impoſſibile eſt aliquid legaliter obligari ad aliqd eſſe uel non eſſe facere uel non facere niſi diuina uoluntate obligetur. Ex quo ſequitur ꝙ aliquid poteſt obligari diuina uolũtate dato ꝙ nulla alia lege obligetur ſed non eſt poſſibile ꝙ aliqs obligetꝛ ab alia lege niſi ſit conſona diuine uoluntati. Sequitur ꝙ nulla propoſitio falſa eſt lex obligatoria cum nulla falſitas ſit diuine legi cõſona quia ipſa eſt ſumma ueritas. Lex ergo Moyſi et quecunq; alia falſe et male intellecta non poteſt dici lex obligatoria. Similiter nec conſcientia erronea eſt lex obligatoria. Licet ergo quilibet obligetur ad non agendum contra ſuã conſcientiam, tamen nullus obligatur ad agendum ſecũdũ conſcientiã erroneam quia ipa non obligat. Patet ex dictis ꝙ qcqd eſt iuſtum lege humana etiam eſt iſtum ex lege diuina, et qcquid eſt iuſtum iure poli eſt iuſtum iure fori et econtra immo quicquid eſt iuſtum aliquo iure eſt iuſtum iure diuino et quicquid eſt iuſtum iure diuino nulla lege eſt iniuſtum. Similiter quicquid eſt iniuſtum foro interiori eſt iuſtum foro exteriori et econuerſo. Omne etiam peccatum eſt commiſſio uel obmiſſio contra legis prohibitionem uel preceptum. Ex dictis etiam patet ꝙ nullum eſt peccatum niſi quia lege prohibitum uel naturali uel poſitiua, diuina uel humana, ideo nullus ẽ peccator niſi quia eſt legis preuaricator. Secundo notandum ꝙ diuina uoluntas uult aliquid eſſe uel fieri ad quod non ſequitur aliquid obligari, quia uult ſe eſſe deũ trinum et tamen ad hoc nihil obligatur. Sed aliquid uult ad quod ſequitur aliquid obligari ſicut patet de lege diuina qua obligauit nos ad diuerſa agenda uel omittenda, preciſe enim quia diuina uoluntas uult aliquid teneri ad aliqualiter eſſe uel fieri uel nõ eẽ uel non fieri ideo eſt obligatũ ad huiuſmodi. Si .n. lege naturali obligatꝛ, diuina uolũtas uoluit naturã eſſe et creauit eam, ideo ipa diuina uolũtate obligat lex naturalis. Licet.n.ex ſe ipa natura rei formaliter habeat in ſe ſcriptã legem nature et a diuino intellectu ſuã rationẽ formalẽ habeat principatiue, tñ a uoluntate habet ipſa natura eſſe realis exiſtentie ad quod ſequitur obligatio quia in eſſe cognito nulla eſſet obligatio. Tertio notandũ ꝙ diuinum uelle nihil aliud poteſt obligare niſi creaturam intellectualem ratione utentem, quia obligari eſt ad aliqualiter eſſe uel non eſſe uel ad habendũ aliquã diſpoſitionẽ uel non habendum teneri. Sed teneri eſt a ſuo ſuperiori preceptũ uel prohibitionẽ de aliquo exiſtente in inferioris libera poteſtate hr̃e. Sequitur ex dictis ꝙ naturam beatam uel in unitate ſuppoſiti unitam obligari ad aliquid et per cõſequens deus põt obligari non quidẽ deus ut deus ſed deus homo ita ꝙ ratio obligationis ineſt ſm naturã humanã, qđ patet. Lu.12. ubi dicit Chriſtus. Et quomõ coartor uſq; dũ perficiatur. Sequitur ſimiliter ꝙ nõ poteſt natura irrationalis legaliter obligari, nec eſt poſſibile naturam rationalẽ naturaliter eſſe impeccabilẽ, quia quelibet talis poteſt deficere a legis intentione. Quarto notandũ ꝙ diuinũ uelle ad nullũ impoſſibile poteſt obligare quia nullus tale eſt in libera poteſtate eius, tamen poteſt diſtingui de illa propoſitione. Creatura intellectualis poteſt obligari ad ĩpoſſibile. primo proprie .i. ꝙ obligetur facere id qđ ſibi eſt impoſſibile, alio modo ꝙ obligetur uelle impoſſibile. primũ nõ eſt in alicuius poteſtate ſed ſecundũ, uoluntas enim poteſt eẽ impoſſibiliũ et poſſibilium ſed efficax operatio et executio nõ põt eſſe niſi poſſibilium. Nihil ergo obligari poteſt ad impoſſibile primo mõ et hoc eſt euidens et certũ apud omnes, ſed ꝙ non poſſit obligari ad impoſſibile ſecũdo modo non eſt ita certũ. Nã certũ eſt ꝙ p̃teritum ut preteritũ non eſt in noſtra poteſtate et tñ peccator uidetur obligari ad uelle peccatũ ſuũ preteritũ nõ fuiſſe lʒ ſit impoſſibile. Aliqui tñ dicunt ꝙ nullus poſſit obligari ad tale ĩpoſſibile quia eſſet irationabilis talis obligatio qđ tamen falſum eſt, quia homo multa meretur per huiuſmodi. Dixit.n.doc. ſupra in prologo.q.4.ꝙ nõ hñs pecunias ſi deliberaret ſe uelle liberaliter eas exponere ſi haberet ipe uirtuoſe et bene ageret Sequeretur.n.ꝙ nullus peccator memor peccatorũ ſuorũ de qbus prius non penituit teneretur uelle ſe non peccaſſe qđ credo impiũ. Quinto notandũ ꝙ diuinũ uelle nõ põt obligare ad quodlibet poſſibile. Duplex eſt.n. poſſibile, quoddã eſt in poteſtate creature rationalis quoddã non .ad primum põt deus obligare creaturam rationalẽ. ad ſecundũ non. nec etiã põt obligare ipſam ad quodlibet qđ eſt in eius libera poteſtate, quia ĩ poteſtate eius eſt non obedire deo et tñ deus nõ põt ipam obligare ad hoc nec forte ꝙ odiat deũ et multi doctores diuerſarũ uniuerſitatũ dicunt deũ poſſe obligare hominẽ ad odium ſui licet pariſienſis articulus ſit in oppoſitũ ſed ille articulus poſſet intelligi de potentia dei ordinata. Seqtur ꝙ diuina uolũtas non naturaliter ſed libere et cõtingenter, nec fuit ab eterno lex ſiue regula quia non fuit creatura ab eterno erit tñ a parte poſt in eternũ. Sexto notandũ ꝙ lex ſumitur dupliciter primo pro lege increata. ſecundo pro ſigno prime legis qđ eſt lex creata. Et illo modo ſumitur tripliciter. primo pro lege in communi ideſt ut ẽ commune predicabile de omni lege. ſecundo pro lege naturali q̃ deſcribitur a Scoto in tertio libro, tertio ſpecialiter pro lege humana ſcripta ut ſumit Gratianus diſtinctione prima et ſecunda decreti. Lex increata ſiue diuĩa capitur dupliciter, uno mõ pro una regula tm̃ prohibente uel precipiente, ſecũdo pro multitudine taliũ regularũ. Et ſic capitur dupr. primo pro preceptis et prohibitionibus tm̃. ſecũdo pro p̃ceptis prohibitionibus cõſiliis p̃miſſionibus etc. que tñ non oĩa ſunt de ſubſtantia legis. Lex xp̃i capitur dupr, uno mõ pro his que ipe in p̃pria perſona docuit. alio mõ pro his que tã ipe ꝙ̃ diſcipuli prelati et ceteri ſtatuũt cõformia legi ſue. Septimo notãdũ ꝙ nulla lex eſt p̃fectiſſima niſi lex xp̃i nec lex xp̃i uocalis aut ſcripta uel ẽt mẽtalis ſiue apprehenſiua ſiue iudicatiua ſed talis lex cũ fide infuſa et acquiſita et operationibus charitate infuſa et acquiſita habitis eſt lex perfectiſſima. Octauo notandum. ꝙ iuſtitia ſolum eſt proprie in mente ita lex que innititur iuſtitie proprie ſolum eſt in mente, nam ſi nulla uox uel ſcriptum eẽt adhuc eſſet lex in mente et eſſet ſeruanda nec homo minus ad eas

obligaretur. Sequitur ꝙ uox audibilis et ſcriptura legibilis non ſunt proprie lex dicuntur tamen lex equiuoce. Licet autem fides uideatur precipuũ fundamentũ legis Chriſti, illi tamen fidei rationis regula ſiue ſtudiũ non cõtradicit, imo homo ex charitate ſtudens potius meretur per hoc. ¶ Corpus autem huius queſtionis cõſiſtit in duodecim dictis. Primũ. Agens per intellectum et uolũtatẽ eſt agens liberũ cuius actio ſubeſt ſue libere poteſtati. De hoc tamen amplius habes in prima queſtione prologi. Secũdũ. Potens cõformiter agere recte legi et difformiter eſt hñs in ſua libera poteſtate cõformandi ſe uel difformãdi, et ẽ duplex, quia quidã ſi cõformiter agit legi recte bene agit, ſi aũt difformiter tunc male agit, alius aũt ſiue cõformiter ſiue difformiter agat ſemper bene agit quia poteſt tollere legem rectã et oppoſitũ recte ſtatuere, ſimiliter põt obligare alios ad ſeruandũ unũ oppoſitũ et ſeruando recte agũt, ſibi aũt non imponit legem talem. Primus ideo male agit quia ſubeſt poteſtati alterius qui hanc legẽ tulit et ideo nõ eſt in poteſtate ſua hanc legẽ tollere, ſed ſecũdũ eam agere obligatur. Tertiũ. Lex eſt duplex. ſ. nature et poſitiua. Dico legem nature que ẽ cõcluſio ſyllogiſmi practici demõſtratiui que neceſſario ẽ uera et ex rõne formali ſubiecti illius cõcluſionis tota demõſtratio habetur. Contra hanc legem nõ poteſt deus facere ullo modo nõ tñ obligatur ſeruare, nec cogitur ab aliquo ad ſeruandũ nec pena ſibi imponitur ut ſeruet ſed ex naturali ſua et infinita bonitate ipſe nõ poteſt oppoſitũ agere immo neceº illam legẽ ſeruat neceſſitate immutabilitatis. Doc. aũt in fine tertii libri diſtinguit de lege nature. Ego aũt deſcripſi legẽ nature ſtricte. dico legẽ poſitiuã que non ſic obligat nec eſt naturalis ſtricte ſed eſt a diuina uel creata uoluntate nature create intellectuali ſuperimpoſita. Quartũ. Qñ aliquod agens poteſt recte et ñ recte agere in ipſo cõſideratur duplex potẽtia. ſ. ordinata et abſoluta. Quid ſint ille potẽtie patet fo. 6. col. 2. et. 35. col. 1. Similiter qñ aliqd agẽs põt agere ꝯformit legi recte ſiue difformiter licet in difformiter agendo non peccet in tali agente eſt duplex potentia ſcilicet ordinata et abſoluta, multas quidẽ leges ſtatuit deus in toto proceſſu ſcripture ſacre ſm quas cõiter agit, tamen etiã ſepe cõtrariũ agit nec uult ſic eẽ in manibus et iudicio nr̃i intellectus ut ubiter ſciamus et ſemp qd ipſe uelit agere ac ſi non ſeruaret legẽ a ſe ſtatutã male ageret. Exemplũ de multis poteſt poni primo de peccato originali qd dixit ĩ omnes cadere tamen beatã uirginẽ preſeruauit, lꝫ probabiliter poſſit coniici de qbuſdã aliis hoibus licet neſciatur. Similiter in multis aliis legibus poſſet induci. Et credo ꝙ frequenter uel ſepe deus circa ſpeciales perſonas imutet leges ſuas, lꝫ rationabiliter doctores iudicẽt ſm legem ſtatutã deum egiſſe, uicioſum tñ eſt nimis pertinaciter uelle defendere deum ſemper egiſſe ſm legem ſtatutã, quia non eſt mihi aliquod dubiũ quin ſicut in peccato originali cum beata uirgine ſecus legẽ egit ſic et in aliis legibꝰ aliquãdo ſecus agat. Quintũ. Potentia ordinata eſt poſſe agere ſm ꝙ ordinatũ eſt, et ideo ſi non agit ſm ꝙ ordinatũ eſt nõ dicitur potentia ordinata nec dicitur potẽtia ordinata eo ꝙ recte et ordinate agat et bene, quia ſm leges humanas in pluribus caſibus ordinatius, melius et rectius agitur cõtra textũ legis ꝗ̃ ſm ordinationẽ legis niſi dicatur ꝙ intentio legis ſit in tali caſu ipſam nõ debre ſeruare et ſic nõ ſeruans in tali caſu dicitur ſm ordinationem legis agere, ſed hoc eſt improprie ordinate agere. Ergo quãdo nõ ſeruatur tenor et uerus ſenſus legis dicitur preter legem agi et abſoluta potentia. Sextum. Differt dicere, ille agit preter legẽ, et ille agit contra legem quia agẽs aliquid de quo non diſponit illa lex, ita ꝙ ſiue agat hoc ſiue oppoſitũ de tali actu nihil dictat lex illa, dicitur agere preter legem, ſed agens aliquid cuius oppoſitũ diſponit lex, ita ꝙ non ſeruatur illa lex nec ſtat cum tali actione, dicitur agere contra legem. Illa ergo dicitur potentia abſoluta quando in poteſtate agentis eſt obſeruare legem illã et aliquid agere de quo nihil diſponit illa lex, et ſimiliter oppoſitum illius quod diſponit illa lex, et dicitur abſoluta potentia ideſt potentia in ſe cõſiderata ſiue uoluntas in ſe conſiderata in ordinẽ ad omne poſſibile ab ipſa fieri uel omitti. Sed potentia ordinata eſt eadem potentia cuius poteſtas eſt limitata ad certum, et prohibita ab oppoſito. Talis potentia dicitur ordinata eo ꝙ eſt ad certũ ordinẽ agendi reducta et libertati uagãdi expoſita. Et ſic doctor infert ꝙ non ſolum in deo eſt diſtinguendum de potentia ordinata et abſoluta ſed in omni libero et intellectuali agente qui poteſt ſm legem et preter legem et contra legem facere, tã cõtra legẽ prefixã a uolũtate ſuperiori ꝗ̃ ſecũdũ dictamen recte rationis ex natura rei ſumptuꝫ. Quod addo quia dictamen recte rationis dupliciter ſumitur, uno modo ſecundũ uoluntatem ſuperioris ſecũdũ quam ratio regulatur et per hoc dicitur recte dictare, alio modo quando nullam legem ſtatutam conſiderat ſed ſolum naturas rerũ. Et talis dicitur lex nature. Ex his infert ꝙ iuriſte in re ſignificata cõueniũt cum theologo tamen in uocabulo diſconueniũt quia quod conuenit alicui de potentia abſoluta dicunt iuriſte ſibi conuenire de facto, et quod conuenit alicui de potentia ordinata dicunt ipſi ſibi conuenire de iure. Septimum. Legem non eſſe iuſtam niſi quia ſtatutam eſt dupliciter. Primo quia actus prohibitus in hac lege ex natura rei nõ eſſet malus, tñ quia prohibitus a uoluntate ſuperiori habente facultatem prohibendi ideo faciens oppoſitũ peccaret. Secundo quia ex natura rei eſt actus malus. et cum hoc ꝓhibitus et ideo rõne prohibitionis fit peior ille actus. De primo cõmuniter intelligitur cum dicitur aliquis actus eſſe malus qa prohibitus. Octauum. In uoluntate creata potentia abſoluta ẽ cõmunior ꝗ̃ potentia ordinata, quia lex recta ordinata contrahit hominem ad certũ actum et ideo uolens agere ordinate nõ poteſt oppoſitum, ſed non uolens ordinate agere poteſt et in illum actum et in oppoſitum ideo abſoluta potentia extendit ſe ad plura ꝗ̃ ordinata. Sed in uoluntate increata idem eſt quo ad communitatem potentia abſoluta et ordinata, quia quicqd poteſt diuina uoluntas eſt ſecundum legem, quia ipſa ſua uolitio ſemper eſt lex iuſta, ideo non poteſt contra legem a ſe ſtatutam agere tamen quo ad alia non eſt idem potentia abſoluta et ordinata in deo, quia lex nunc ſtatuta a deo eſt regula, ſi ſecundum eam ageret diuina uoluntas ordinate egeret, ſi autem uult aliud ſtatuere et ſecundum illud aliud ſtatutum agere, ordinate quidem agit ſed non ſecundum alium ordinẽꝫ prius ſtatutum, ſed ſecundum nouum, et quia poteſt ordinate agere agendo oppoſitum primi ſtatuti ideo dicitur agere ſecũdum potentiam abſolutam. Nonum. Nulla lex que ex natura rei non neceſſario eſt recta obligat hominem nec angelũ ex hoc ꝙ intellectus eam format, ſed quando intellectus format talem propoſitionem dictantem de illa lege et offert uoluntati diuine, ſi illa uoluntas acceptat, tunc obligat ſi cum hoc ſufficienter publicatur creature intellectuali. Decimum. Differunt lex et iudicium. Nam lex eſt propoſitio uniuerſalis dictans uel exprimens ordinationeꝫ dei circa eſſe uel agere creature intellectualis, ut omnis finaliter in charitate inuentus eſt glorificandus. Sed iudicium eſt de particularibus ad que applicatur lex, ut in ſyllogiſmo practico lex ſumitur pro maiori et concluſio eſt iudicium ut omnis finaliter in charitate inuentus eſt glorificandus. ſed Petrus eſt finaliter in charitate inuentus ergo Petrus eſt glorificandus. Deus ergo non ſolum poteſt iudicia immutare ſed etiam leges, quãuis iudicia immutare ſit facilius, quia diſpenſare in particu-

lari caſu eſt facile, ſed uniuerſalem legem tollere eſt difficillimũ.i.nõ tã ſit a deo ſicut diſpẽſare i particulari caſu,lꝫ ꝓprie nulla ſit difficultas in deo.Oẽ.n.deo difficile ẽ ſibi impoſſibile. Vndecimum . Non dicitur in deo potentia ordinata reſpectu iudicii,ſed reſpectu legis quia quando deus diſpenſat in caſu particulari,non dicitur preter ordinem a ſe ſtatutum agere. Duodecimum. Non eſt ſimile de Iuda iam damnato et de aliquo qui decedet in peccato mortali, quia primum ordinata potentia non poteſt deus ſaluare , ſed ſecundum,quia non eſt iudicatus nec incidit legem ſtatuentis , quia adhuc non deceſſit i peccato mortali.Nam poteſt peruenire ne incidat in illam ſententiam. Iudas tamen abſoluta dei potentia poteſt ſaluari ſed non potentia ordinata ſecundum ordinem nunc ſtatutum.Si autem deus alium ordinem ſtatueret ſecundum quem eſſet ſaluabilis Iudas ſecundũ illum poſſet ſaluari Iudas de potentia ordinata. Quod autem doctor dicit ꝙ potentia abſoluta ſit reſpectu legis et non iudicii non debet intelligi quando adhuc non incidit legem, ut patet in exemplo quod dedit ſcilicet ſi quis ad huc non eſſet mortuus finali impenitentia non oporteret ipſum damnare, quãuis in rei ueritate morietur in finali ĩpenitentia. ¶ Quia tamen magiſter mouet iſtam queſtionem in iſta diſtinctione. utrum deus potuerit melius facere res quam fecit, ideo circa hoc primo notandum ꝙ deus potuit res facere meliores bonitate accidentali,quia potuit omnes animas facere eq̃liter beatas cum anima Chriſti,quia ſunt eiuſdem perfectionis eſſentialis,et per conſequens ſimilis capacitatis. Similiter corpora poteſt facere multo meliora accidentaliter, quia accidentia perfectiora poſſet eis dare, et extenſionem maiorem et intenſionem maiorem. Vtiq; beati poſſunt plura cognoſcere q̃ cõmuniter cognoſcant ſecundũ doctorem in reportatis eadem diſtinctione. Preterea. corpora celeſtia cõmumiter ſunt capacia luminis maioris ſiue etiam lucis licet non poſſint recipere peregrinas impreſſiones. Poteſt ergo diſtingui ſicut magiſter diſtinguit,quia ly melius poteſt referri ad modum faciendi uel ad rem factam. primo modo ſi modus faciendi ad ſapientiam artificis refertur nihil melius fieri poteſt nec meliori modo nec meliori ſapientia.ſecundo modo poteſt aliqd melius fieri,diſtiguendum tamen eſt uel eſſentialiter uel accidentaliter. Preterea,uel eadem res numero uel alia. Et tunc patuit ꝙ poteſt fieri melius accidentaliter,uel idẽ numero uel aliud quia ſi deus faceret aliud accidẽtaliter perfectius eque bene feciſſet melius ſicut ſi idem numero quod prius fuit perfectioribus accidẽtibus perficeret. Non tamen poteſt aliquid idẽ numero uel ſpecie eſſe eſſentialiter perfectius ideſt quidditatiue ſpecifice. Vrum autem poſſit ſemper i iſinitum quacunq; ſpecie data facere ſpeciem meliorem,de hoc primo notandum.ꝙ utraq; pars ſuſtineri poteſt ſcilicet ꝙ deus in infinitum ſemper poſſit facere ſpeciem meliores ſicut ſemper poteſt in infinitũ augere qualitatem intenſibilem et remiſſibilem.Similiter ſuſtineri poteſt ꝙ deus non poteſt in infinitum producere meliorem ſpeciem . Sed hic nunc nihil aſſero,tamen de mente doctoris eſt ꝙ deus poſſit producere actu infinitum,quia ſepe ſupra dicit.ꝙ deus actu intelligat infinitum in numero, ſimiliter ꝙ infinitum potentiale intelligat non ſecundũ modum ſue infinitatis ſed ſimul actu. Si ergo deus intelligit ergo non includit contradictionem ad eſſe uel fieri,quia intelligere includens contradictionem nihil eſt intelligere.Secundo notandum.ꝙ in eadem ſpecie licet non quidditatiue ſpecifice tamen eſſentialiter unum indiuiduum eſt nobilius et perfectius alio,ut in albedine patet.Nam gradus intenſiuus eſt modus intrinſecus eius et eſt de eſſentia eiꝰ, et patet ꝙ una albedo eſt intenſior alia,ergo eſſentialiter una eſt perfectior alia. Similiter uidetur ꝙ in omni ſpecie quodlibꝫ indiuiduum ſit eẽntialiter aliud ab alio,non tamen ſpecifice aliud, quia cũ in nullo ĩdiuiduo ſit idẽtitas accidẽtiũ ſicut in alio ĩdiuiduo et cũ illa accidentia naturaliter cauſentur a ſubſtantia illius indiuidui cuius ſunt,ſeqtur ꝙ nec eſt idẽtitas ſubſtantialis inter quecũq; indiuidua,et per ꝯñs apparet illa opinio ꝓbabilis ꝙ ſic inter ſpẽs eſt ordo eẽntialis ſpecificus ſic inter indiuidua ſit ordo eẽntialis indiuidualis,et ita totũ uniuerſum ſit ordinatus eſſentialiter ad deũ et inter ſe. Tertio notandũ.ꝙ proprie inter naturas ſpecificas nulla aliã excedit quãtitatiua proportione et hoc uel geometrica uel arithmetica,ita ꝙ nec i dupla nec in tripla etc.quia oẽs ille ꝓportiones ſunt ſolũ in quantitatibus,iõ proprie nulla equalitas nec maioritas uel minoritas eſt in ſpeciebus nec earũ indiuiduis niſi in genere quãtitatis. Quarto notandũ.Cũ nulla ſit diſtantia inter aliquid et nihil ideo ſl'm ẽ,ꝙ aliqui dicũt ſpẽs rerũ diſtingui a non gradu et nõ perfectione quia nõ diſtat certa proportione a nihilo. Similiter nõ poſſunt cõſiderari gradus eſſentialis perfectionis per acceſſum maiorẽ uel minorẽ ad ſummũ.ſ.deũ,quia nulla eſt ꝓportio inter deum et creaturas,quia deus diſtat in iſinitũ a ſumma creatura poſſibili,ideo nullus eſt acceſſus ad eũ uel receſſus.Cũ ergo cõiter dicatur ꝙ oĩa ſunt magis uel minus perfecta ꝑs ꝙ magis uł minus accedũt ad deum nõ poteſt intelligi ꝑm gradus perfectiõis cũ ſit diſtantia infinita,ſed ſi debet eẽ uerũ oꝫ ꝙ ĩtelligatur de predicatis uniuoce cõuenientibus deo et tali creature, ideſt cui perfectiora predicata cõueniũt que etiã deo conueniũt.Nã deo multa predicata conueniunt quorum unum ex ratione ſua formali eſt perfectius alio licet in deo oĩa ſint infinita,et ſic omnia equalia,ut in deo eſt intellectus,uoluntas,bonitas,ueritas,entitas,actualitas etc.Res create que habent perfectiora predicata inter illa dicũtur plus accedere ad deũ et habẽs imperfectiora dr̃ recedere a deo. ¶ CVM aũt queritur in lr̃a utrũ deus poſſit aliter facere res etc. Arguitur.In oppoſitũ ſic.Titulus queſtionis non includit cõtradictiones,nec neceſſarium eſt, ergo titulus queſtionis eſt uerus.¶ Doctor r̃ndet ꝙ de potentia abſoluta uerũ eſt, nihilominus tñ ſi ageret cõtra ſtatutum a ſe ordinate ageret ſicut dictum eſt in corpore queſtionis.

## DISTINCTIO. QVADRAGESIMAQVINTA

IAM DE VOLVNTATE DEI ETC.HEC EST DISTINCTIO. 45.huius primi libri.In qua doc. mouet hanc queſtionẽ.Vtrũ deus ab eterno uoluit alia a ſe .i.dilexerit alia.i. creaturas. Termini ſunt ſupra declarati. ¶ Corpus aũt huius queſtionis conſiſtit in tribus dictis. Primũ . Habens perfectũ principium agendi ut eſt intellectus et uoluntas põt operari circa omne obiectũ illius principii .Cum ergo omne ens ſit obiectũ utriuſq; potentie,ut patet diſtinctiõe.3.ideo põt deus habẽs utrãq; potẽtiã opari circa oẽ ens,quia aũt omnis creatura eſt ens , ergo deus circa omnem creaturam habet uelle et intelligere. Secundum. Deus non poteſt aliquid ex tempore uel de nono uelle quia hoc non poteſt eſſe ſine mutatione, ſed deus nullo modo eſt mutabilis nec obiectum uolitum eſt mutabile, quia non habet eẽ reale quod poſſet mutari, cum habeat tantum eſſe in uolitione diuina, et ſic tantum eſt ens rationis.Ex hoc ſequitur ꝙ ab eterno deus uult omnia. Tertium. Volitio eſt duplex.ſ.ſimplex et efficax prima eſt omnium quia cõplacent deo omnia poſſibilia ſiue nõ includentia cõtradictionem,nõ tñ uult oĩa ponere in eẽ reali,ideo ſolum aliqua que uult ponere in eſſe reali uult ſecũdo mõ. Sed quia oppoſita formaliter non pñt formaliter ineſſe

eidem,ideo non poteſt deus ſimul uelle utrunq; oppoſitum uni ſubiecto cum non ſit poſsibile. ¶ Sed in principio queſtionis arguitur ſic. Si deus ad eterno uoluit alia a ſe, ergo habuit relationem realem ad creaturam quod impoſsibile eſt diſtinctione.30. ergo et antecedens eſt impoſsibile, probatur cōſequentia. Prius deus uult aliquid q̄ ſe intelligat uelle, quia prius uoluntas determinat ueritatem contingentis propoſitionis q̄ intellectus intelligat eam eſſe ueram, ergo et deus ut uolens prius habet relationem ad obiectum uolitum q̄ intellectus intelligat, ſed omnis relatio que ineſt ante actum intelligendi eſt realis, ergo illa relatio dei uolentis ad creaturam uolitam eſt realis. ¶ Pro ſolutione huius argumenti doctor notat primo.ꝙ deus non neceſſario habet relationem ad obiectum uolitum, ſed bene ecōuerſo obiectū uolitum habet relationē ad deū uolentem ut abſolute uult, ut dictū eſt diſtīctiōe.30. deus ſub ratione abſoluta terminat relationem creature ad ipſum. Secūdo notat.ꝙ ſicut intellectus diuinus producit res in eſſe cognito ſic uoluntas in eſſe uolito quod nullū eſſe reale eſt, ſed ſolū ſm quid ſiue rationis, in illo aūt eſſe rationis fundatur relatio ad deū uolētē que relatio cū fundamētū eius n̄ ſit ens reale n̄ ē realis. Sed quia hoc nomē ratio, uidetur ſtricte ſumi pro itellectu et per conſequens relationes cōſequentes res in eſſe cognito tātū dicerentur relationes rōnis, ideo doctor dicit. Omnes relationes conſequentes obiecta nō in eſſe reali debent dici relatiōes rationis large, proprie tamen alique dicuntur rationis, alie uoluntatis, alie phantaſie. Notandum etiam cum doctor dicit in littera de compatione nō intelligit de actu collatiuo, quia ſicut dicit in quarto diſtinctione prima. Illa comparatio de qua loquitur eſt ipſa relatio rationis. Et ſpecialiter hic patet, qa doctor ſupra diſtinctione.36. expreſſe dicit ꝙ ille ſit ordo. primo ſit intellectus. ſecundo intellectio et in ea idolum rei intellecte. tertio in illo cognito eſt relatio ad diuinū īntellectum. Ex quo patet ꝙ abſq; actu collatiuo in obiecto ſtatim eſt relatio ad deum cognoſcentem, ideo comparare illud eſt ex conſequenti relationem cauſare, quia cauſato obiecto in eſſe cognito uel uolito ſtatim ſequitur illa relatio et ſic potentia cauſans i tali eē dicitur comparare. Sed quia tale cauſare eſſet in omni potentia uitali, et doctor uidetur diſtinguere inter potētias collatiuas et non collatiuas ideo notandum ꝙ in ꝓpoſitionibus et orationibus relationes rationis cauſantur ſuo mō a potentiis collatiuis et per actum collatiuum ideſt per actum compoſitiuum extremorum, nec tamen nego ꝙ ſi potentia aliqua comparet unum alteri ꝙ ex hoc non reſultet relatio rationis, quia parua eſt entitas relationis rationis et ſufficit eſſe imaginabile quod dam ſequi, immo ſufficit ad ens rationis non includere contradictionem. Et quia non eſt contradictio poſt actum collatiuum imaginari aliquam relationem remanere que ſit cauſata actu collatiuo, ideo poteſt bene dici ꝙ actu collatiuo cauſetur aliqua relatio rationis ſed quaſi nulla relatio rationis de qua nos mō loquimur ſic cauſatur, ut ſepe ſuperius tactum eſt. Cauſare ergo in obiecto ſuo relationem rationis et comparare, eſt ipſum obiectum in eſſe cognito uel uolito cauſare, et tunc abſq; aliquo alio actu ſequitur in obiecto illa relatio rationis ad potentias producentem. Nec neceſſe eſt ꝙ ad hoc ꝙ deus habeat relationem rationis ad obiectum cognitum uel uolitum ꝙ ſpecialiter comparet ſe ad illud obiectum ſed ſufficit ꝙ producat hoc obiectum in tali eē, et tunc in quarto ſigno eſt relatio rationis ecōuerſo dei ad illud obiectum ſic productum. Ad argumentum ergo non ſequitur, non eſt relatio intellectus, ergo non eſt relatio rationis, quia relatio rationis capitur large pro omni relatione cuiuſcunque potentie uitalis.

## DISTINCTIO. XLVI.

HIC ORITVR QVESTIO ETC. HEC EST DISTINCTO. 46. huius primi libri. Circa quā doctor mouet talem queſtionē. Vtrum uoluntas beneplaciti dei ſemper ipleatur. ¶ Pro declaratione terminorū notandū primo.ꝙ uolūtas in propoſito capitur dupliciter. Vno mō proprie pro ipa uolūtate dei abſoluta infinita. Alio modo improprie pro actu uolūtatis, et hoc dupliciter. Primo pro uelle efficaci et ſic dicitur bene placitum dei ſiue uoluntas beneplaciti. Secundo pro uelle ſimplici ſiue nō efficaci, et ſic dicitur uoluntas ſigni, et eſt quintuplex .ſ. preceptum, conſilium, prohibitio, operatio uel impletio, et permiſsio et dicūtur ſigna et nō efficax uoluntas. quia non abſolute et ſimpliciter uult habere ꝙ illa fiant, ſed ſi fiant remunerabit facientes, uel omittentes ſm ꝙ fuerit ſignum. Poſſumus enim imaginari deum quatuor uel quinq; modis aliquid uelle. Primo ꝙ aliqd fiat, et ſic eſt preceptum. Secundo aliquid non fieri, et ſic eſt ꝓhibitio. Tertio nec fieri nec non fieri abſolute, ſed ſi fiat expedire uel bonum eſſe, et ſic eſt conſilium. Quarto nec abſolute fieri nec non fieri, ſed nolle prohibere, uel licere fieri, et ſic eſt ꝑmiſsio. Quinto omnino uelle fieri, et ſic dicitur implectio, et illud coincidit cum uoluntate beneplaciti. Si quis uero uoluerit diſtinguere uoluntatē beneplaciti ab impleſtione, dicat ꝙ uolūtas in ſe ſit uoluntas beneplaciti. ¶ Notandū ſecundo, ꝙ illa quinque ſigna nō capiuntur pro ipſa re facta, ſed ēt pro uolitione diuina, interiori et ſic permiſsio eſt tm̄ de licitis et nō de peccatis, ideo notandū ꝙ permittere aliquid poteſt dupliciter itelligi. Vno modo quia nec precipitur nec prohibetur nec conſulitur, ſed indulgetur, et ſic eſt proprie ſignum diuine uoluntatis ſiue uolitionis, quia uelle poſitiuū requirit. Alio mō quia nec precipitur nec prohibetur nec cōſulitur nec indulgetur, ſed ſolū nō uult impedire, capiendo nō uelle pure negatiue, et ſic non proprie eſt ſignū diuine uolitionis et eſt reſpectu peccatorū. ¶ Tertio notandum.ꝙ aliquando aliud precipitur et aliud itenditur ut patet de Abraam ut filium ſuum immolaret nam non fuit intentio dei ut fieret illud quod precepit. Aliquando prohibuit fieri quod tamen uoluit fieri ut prohibuit ſanatos dicere tamen uoluit ꝙ dicerent, ſed per hoc innuit ꝙ deberet propriam laudem quilibet fugere. In conſilio etiam non eſt obligatio ad id quod forma conſilii innuit, ſed quod habet intentio precipientis. Verūtamen. Abraam tenebatur uelle implere formam precepti. ¶ Quarto notandū.ꝙ uoluntas apud antiquos doctores eſt duplex .ſ. antecedenſ et cōſequens. Voluntas antecedens ſm ſanctū Tho. eſt uolūtas ſm quid. Voluntas aūt conſequens eſt uoluntas ſimpliciter uel efficax, ſed Sco. dicit ꝙ uolūtas an̄s ſit dare omnia requiſita ad aliqd habendū uel acquirēdum, ſicut ſunt nobis data precepta ꝓhibitiones cōſilia, dona naturalia, gratuita et ſocietates et gubernationes, et doctrine etc. Sed uoluntas conſequens eſt uelle dare primū ꝓpter merita ꝑcedētia. Ochaz cōcordat in uolūtate antecedente, ſed dicit uolūtatē cōſequentē eſſe efficacem uolitionē ponendi uolitum in eē. ¶ Quinto notandū.ꝙ non ſemper impletur uoluntas ſigni, qa deus multa precipit que nō fiunt. Diſtinguendum tamen ꝙ implere dei preceptum eſt dupliciter. Primo ad intentionem mandantis et ſic ſemp ipletur, qa ſignificatur ꝙ creatura dꝫ aliqd facere, et uerum eſt ꝙ debet facere. Secundo ꝙ fiat illud qd intendit mādans et ſic non ſemper impletur, quia aliquando et pro magna parte non fit illud quod deus precepit fieri, nec propter hoc ꝑceptū eſt falſum ſignū, qa ſignificat ꝙ deus uelit nō ſignifi

cat ꝙ illud uolitum fiat. Patet ex hoc ꝙ preceptū non eſt efficax uoluntas dei. Similiter dicatur de prohibitione. Sexto notandum. ꝙ uoluntas antecedens non ſemper impletur, quia de⁹ uult omnes homines ſaluos fieri, uoluntate antecedente, et tamē non omnes ſalui fiūt. Poteſt tamen dupliciter intelligi uoluntatem antecedētem impleri, uno modo ꝙ illa adiutoria et dona dētur ratione quorum dicitur uoluntas antecedens, et ſic ſemper impeltur quando illa dona dantur. Alio modo ꝙ ulterius conſequatur ille cui dantur illud propter qđ dantur. i. eterna felicitas illo modo non ſemper impletur. Quando enim talis non conſequitur eternam felicitatem tunc dicitur uoluntas antecedens non impleri. Septimo notandū, ꝙ uoluntas dei beneplaciti capiendo pro uolitione efficaci ſemper impletur. illo modo nō ſtat ꝙ deus aliqd efficaciter uelit eē uel fieri et ꝙ non ſit uel ñ fiat uel ꝙ nolit illud eſſe uel fieri. Similiter impoſſibile eſt aliquid eē uel fieri niſi deus efficaciter uelit illud fieri uel eſſe.

¶ Conſiſtit ergo corpus queſtionis huius in quinq; dictis. Primum. Vuolūtas dei efficax. i. beneplaciti ſemper debet impleri. i. neceſſe eſt ꝙ ſemper impleatur, et impoſſibile eſt ꝙ nō impleatur. Secundum. Volūtas omnipotens pōt ſimpliciter ponere omne poſſibile in eſſe, eo modo quo ipſa poſſunt fieri. Tertium. Quando diuina uoluntas determinatur ultima determinatiōe ad aliquid fieri uel eſſe. i. efficaciter uult ꝙ ſit uł fiat, hoc fit uł eſt ſine omni dubio. Quartū. Velle aliquid ultima determinatione eſt uolūtas beneplaciti, et ſic pȝ ꝙ ſm Scotū efficax uolitio ad aliquid eſſendum uel fiendum eſt uolūtas beneplaciti. Ergo impletio quod eſt quartum ſignum diuine uoluntatis non eſt diſticta a uolūtate beneplaciti. Quintū. Si aliqua cā ultimate determinatur ad aliquem effectū cauſandū et non cauſat hoc poteſt tripliciter eſſe, primo quia non pōt. ſecundo quia eſt impedita ab alio. tertio quia ē mutabilis et qđ hodie placet, cras diſplicet. Deus autem nec eſt impotens, nec īpedibilis ab alio nec mutabilis, ideo quicquid ultimate determinat ſe facturum hoc inmutabiliter erit. ¶ CVM ergo queritur utrum uoluntas beneplaciti etc. Pro parte negatiua arguitur primo ſic. i. Thi. 2. Deus uult omnes homines ſaluos fieri, ſed non omnes ſalui fiunt, ergo uoluntas beneplaciti dei nō ſemper impletur. ¶ Pro ſolutione huius argumenti doctor primo notat, ꝙ ly omnes diſtribuit diſtributione accomoda ideſt illis qui determinant terminum diſtributū diſtributione accomodata, quia ly ſaluos determinat homines, et ſic oēs homines ſaluos fieri eſt omnes homines qui ſalui fiunt. Eſt ergo ille ſenſus ꝓpoſitionis, Omnes homines qui ſalui fient uoluntate dei ſalui fient. Secundo notat. ꝙ illa auctoritas melius exponeretur de uoluntate antecedente. Tertio notat. ꝙ illa auctoritas debet ſic exponi, deus q̄tum eſt de ſe uult omnes homines ſaluos facere, quia quicquid ipſe ad hoc debet facere et neceſſarium eſt hoc ipſe facit. Naȝ dat omnibus hominibus dona naturalia quantum ſufficiunt ad acquirendam uitam beatam, quibus autem non dat ut paruulis et amentibus illis dat per ſacramenta habitus ſibi neceſſarios et pro eis paſſionis ſue meritum expendit. Similiter deus dat hominibus leges rectas, que dirigunt uoluntatem hominum ad iuſte agendum, et bene. Preterea. dedit omnia adiutoria communia ſicut ſunt ſacramenta etc. et per hoc ꝙ homini dat talia dicitur deus antecedenter uelle hominem ſaluum facere ideſt dat ſibi oīa requiſita, ſi hō uult donis et gratie dei cocoperari. ¶ Secundo arguitur. Chriſtus dicit Math. 23. Se uoluiſſe congregare filios iſrahel uel hieruſalem, et ipſa noluerit, ergo non omne quod uult deus impletur. ¶ Doctor dicit magiſtrum exponere illam auctoritatem qui uult ꝙ ille ſit ſenſus. Quos congregaui mea uoluntate congregaui.

## DISTINCTIO. QVADRAGESIMASEPTIMA

VOLVNTAS DEI SEMPER eſt ETC. HEC EST DISTINCTIO 47. huius primi libri. Circa quam doctor mouet hāc q̄ſtionē. Vtrū permiſſio diuina ſit aliqs actus diuine uoluntatis. Termini ſunt declarati in diſtinctione precedēti. ¶ Corpus ergo q̄ſtionis ꝯſiſtit in tribus dictis. Primum. Actus uoluntatis poſitiuus eſt duplex. Primus eſt uelle aliquid ſiue diligere uel amare. Secūdus eſt nolle. i. odire. Et quādo illi actus ſunt circa idem obiectū tūc ſunt contrarii. Vterq; aūt eſt duplex. ſ. efficax quo uoluntas non ſolum uult ſed ſi pōt cum effectu ponit uolitum in eſſe ſi eſt uolitio uel impedit ſi eſt nolitio efficax, et remiſſa qua nō ita efficaciter ſe hēt uoluntas, ſed ſi placet ſibi aliqd non ideo uult ponere in eſſe, uel ſi diſplicet non ideo uult impedire. Secundū. Permiſſio in nobis eſt uolitio remiſſa ſiue ſignū uolitionis remiſſe quādo. ſ. mihi diſplicet aliqd ſed nolo impedire, ita ꝙ permiſſio tria requirit. Primū eſt ꝙ permiſſum ſit malum uel male fiat. Secundū ꝙ ſciatur ꝙ ſit tale. Tertium ꝙ non uelim prohibere, ſicut ergo nolitionis remiſſe ſignū eſt permiſſio ſic uolitionis remiſſe ſignum eſt conſiliū ſiue perſuaſio ſiue monitio, et nolitionis efficacis ſignū eſt prohibitio, et uolitionis efficacis ſignū eſt adimpletio, hec in nobis. Tertium. In deo idē actus numero eſt nolle et uelle, et nulla eſt diſtinctio uel contrarietas in illo actu. Eſt ergo una opinio ꝙ oīa ſupra dicta ſint ī deo rᵘ obiectoꝝ ita ꝙ aliqua uelit efficaciter alia remiſſe aliq̄ nolit efficaciter uł remiſſe. Sȝ ē alia opinio q̄ dicit ꝙ cū nolle aliqd et ñ ꝓhibere, ſit quodāmō triſtitia uel ſaltē cū aliq̄ īperfectione uoluntatis, ideo dicit ꝙ permiſſio diuina eſt pura negatio uolitionis. ſ. non uolendo prohibere illud, quod fit cōtra preceptum, uerūtamen uoluntas diuina pōt uelle ꝙ nō uelit ꝓhibere, ſed illud uelle nō eſt permiſſio, ſed per ipm̄ dicitur de⁹ uelle ſinere illum peccare uel uelle nō prohibere, eo mō quo dictū eſt de Iuda diſt. 41. ¶ CVM ergo queritur, utrū permiſſio etc. Pro parte affirmatiua arguitur, quia aliter non poſſet deus certitudinaliter cognoſcere hunc peccaturū. Nā quia aliquid circa ipm̄ facit per hoc ſcit ꝙ iſte peccabit. Doc. rñdet ſicut dixit diſt. 41. ꝙ deus ſcit ſe cooperaturum ad ſubſtratum actus prohibiti, non ad peccatum formaliter, uel non cooperaturum ad actum quem tenetur elicere.

## DISTINCTIO. XLVIII.

SCIENDVM QVOQVE EST ETC. HEC EST DISTINCTIO. 48. et ultima huius libri. Cuius materia eſt utiliſſima et magna. Doc. tñ multuȝ breuis ē eo ꝙ alibi de morali materia multū dixit. Et circa hāc diſtin. mouet talē. q. Vtrū uolūtas creata ſit bona moralr̄ q̄ñcūq; ꝯformat uolūtati īcreate. Termini ſunt declarati pro pte ſupius p̄ter creata et increata, de qbus ī 2° lib. dicet. Vuolūtas declarata ē diſt. 10. bonitas moralis fo. ii8. co. 2. cōformitas in. q. de praxi. Ad ulteriorē tñ materie huius diſt. elucidationē. Notādū primo ꝙ uolūtas creata p̄t dupr̄ accipi, uel pro potentia uolitiua uel actu uolendi, et horum actuū quidam precedunt quodāmodo naturaliter eo ꝙ precedūt deliberationem, aliqui ſequuntur. Notandum ſecundo ꝙ cōformitas de qua in propoſito eſt in actibus, et queſtio noſtra principaliter debet intelligi de actibus ſequentibus deliberationem

quia precedentes non ſunt ita plene in noſtra poteſtate ſicut ſe quentes. Tertio notandū, ꝙ uolūtatem noſtrā difformari diuine uolūtati pōt dupliciter itelligi. Primo ꝙ noſtra uoluntas ſit aliqualiter diſpoſita et deus nolit illā diſpoſitionē nolitione efficaci. Et hoc includit cōtradictionē. Secūdo ꝙ ſit aliqualit̄ diſpoſita et deus uolitione remiſſa uelit illā ſibi nō ineſſe, illo modo multi ſe difformāt uolūtati diuine. Quarto notandū, ꝙ creatura intellectualis cōformat ſe uolūtati diuine, qñ nihil hꝫ qḋ deus nō uelit eā hr̄e, nec caret aliquo quod deus uult eā hr̄e, uolūtatē aūt creatā eſſe cōformē diuine i uolēdo et nō uolēdo, eſt nullā uolitionē hr̄e quā tenetur nō hr̄e, nec aliqua carere quam tenetur hr̄e. Q̄nto notādū, ꝙ rectitudo uolūtatis create eſt cōformitas ad uolūtatē diuinā. Obliqtas uolūtatis create eſt difformitas ad uolūtatē diuinā. Sexto notādum, ꝙ uolūtas creata ſic tenetur ſe uniuerſalit̄ ꝯformare uolūtati diuine ut uelit uel nolit quicqd deus uult eā teneri uelle et itilligitur de uolūtate uolēte uel nolēte, qa uolūtas puuli ē recta et tñ nihil uult. Similiter uolūtas adulti hñtis uſum rōnis eſt recta qñ nihil actu uult, in quo caſu illa rectitudo et conformitas nulla res eſt et ideo nō eſt res diſtincta a uolūtate cōformi. Septimo notandum, ꝙ uolūtas creata nō ſic tenetur ſe diuine uolūtati cōformare uniuerſalit̄ ut uelit quicqd deus uult eā uelle. Nā uoluntatem creatā uelle quicqd deus uult poteſt dupliciter intelligi. Vno° diſtincte et i pticulari, illo° nō obligatur uolūtas creata quia nō omne tale cognoſcit. Alio° confuſe et in uniuerſali, et tunc idem eſt ſicut ſi diceretur, uolūtas tenetur uelle iſtā ul̄es, quicqd deus uult eſſe uel fieri ſit uel fiat. Et tūc ſeqtur ꝙ ul̄em aliqs teneretur uelle et aliquā pticularē nō, ut de filio reſpectu patris iterficiēdi. Preterea, deus uult nos uelle cōſilia et tñ non obligamur ad ea. Similiter faciens opa ꝓhibita deus uult talia opera, qa coopatur talibus opibus et cauſat ut cauſa prima et tñ nō uult ꝙ creatura uelit illa opa. Deus temen nō uult peccatum annexū. Octauo notandum, ꝙ uolūtas creata nō obligatur uniuerſalit̄ uelle quicqd ſcit aut uidet deū uelle, qa multi uiderēt ſe dānandos etc. et tñ non obligatur uelle. Similit̄ ſi reuelatur alicui ꝙ ſit reprobatus ad quod ſeqtur i bona ꝯña ꝙ erit finaliter peccator quod nullus debet uelle. Preterea, de⁹ poteſt oñdere itellectui ad aliqd ipm hominē obligari, et tamen nolit coopari uolūtati ut exequat̄ illud, i hoc tñ caſu non peccaret. Nono notandū, ꝙ uolūtas creata tenetur nihil uelle ꝯ legē diuinam. tñ pōt uelle cōtra uoluntatē diuinam. Nam non oīs uoluntas uel uolitio eſt lex, ut credere articulos fidei eſt lex, et contra illam nō debet nec licite poteſt uolūtas creata, ſed ꝙ pater meus ſit ſaluādus uel ego dānandus nō teneor uelle, quia nō eſt lex ſed uolitio ſimplex. Decimo notandum, non quilibet tenetur uelle omne bonū, qa ſepe uolēdo bonū peccaret quis ut uolendo me perpetuo dānari eſſet bonū ſi deus dānaret me ſed ego non debeo uelle, ſed teneor uelle ſalutem et nolle dānationem. Vndecimo notandū, ꝙ ſi deus reuelaret alicui ipm eſſe reprobatū, nō debet credere tali reuelationi niſi ſit certus oio ꝙ deus imediate et ſentētialiter reuelaret, adhuc tñ tenetur orare ꝓ ſua ſalute et uelle ſe ſaluari qa non abſoluitur ille ab obligatione qua prius tenebatur. ſ. orare ꝓ ſe et aliis et toto corde querere ſalutem. Eccleſia aūt nō orat pro dānatis qa nō obligat̄ orare pro eis nec prodeſſet, ſed nō prodeſſe nō ſufficeret ad nō orandum pro eis ſi eſſet obligata pro eis orare. ¶ Corpus autem huius queſtionis cōſiſtit i tribus dictis. Primum. Actus bonus moraliter requirit oēs circūſtantias ineſſe et adeſſe actui que a recta rōne dictantur debere ineſſe, et ſi una taliū deeſt actus eſt malus. Dico ſignāter q̄ a recta rōne dictatur debere ineſſe. Nā ſunt aliq̄ circūſtantie q̄ ſi aſint faciūt aliqd ad actus bonitatem, ſi nō aſint nō uiciant actum ut orare in eccleſia et ſtādo, bonū eſt, ſed ſi i domo et ſedendo fiat nō eſt malū. Secūdum. Dato caſu ꝙ uolūtas creata omnino ſicut ſibi eſt poſſibile eſſet cōformis uolūtati diuine et in oībus, adhuc nō oporteret ꝙ uolūtas creata eſſet ita bona ſicut diuina, quia non eedē circūſtātie cōueniūt uolitioni diuine et create, quia diuina infinite uult creata ſolum finite. Tertiū. Dato ꝙ creata uolūtas i actu et obiecto conformetur uoluntati diuine, adhuc non ſufficit niſi in omnibus circūſtantiis ſibi conformetur quod non eſt poſſibile. Et ſic pars negatiua queſtionis eſt tenenda, qa alia eſt bonitas moralis actus uolūtatis create et alia diuine uoluntatis.

¶ CVM ERGO QVERITVR. Vtꝝ uolūtas creata etc. Arguitur ꝓ parte affirmatiua ſic. Intellectus creatus eſt uerus quando conformatur itellectui diuino, ergo ſimiliter eſt de uolūtate, cōſequētia patet per locum a ſimili. Doctor reſpōdet ꝙ non eſt ſimile, quia ueritas ſolum dependet ab obiecto quādo ergo intellectus intelligit ſicut obiectum ſe habet tunc eſt uerus, non ſic autem bonitas moralis. Nam non dependet tantum ab obiecto ſꝫ etiā ab aliis circūſtātiis. Et ſic ē finis primi libri.

¶ HEC DIXERIM SVB Proteſtatione in principio dicta, et quātum mihi apparuit eſſe de intentione doctoris.

¶ EXPLICIT EXACTA EXPOSITIO ET SVBtilis ſubtiliſſimarum Sententiarum quas Doctor Subtilis in primū Librum ſuum circa Magiſtrum Petrum Lombardum in unum cōgeſſit, Ordinaria Lectura ordinarie facta in cōuentu Fratrū Minoꝝ in alma uniuerſitate Tibigneñ. Anno ſalutis. M.CCCC. XCVIII. Die. XXIIII. Martii.

FINIS.

LAVS ET GLORIA OMNIPOTENTI DEO.

## ¶ INCIPIT INDEX PVNCTORVM HVIVS LIBRI PER FOLIA ET COLVMNAS.

### A

ABBATIS IOACHIM SENTENTIA DE TRINITATE PERſonaꝝ ponit. folio.88.co.2.
Ablatiui cōſtructio. folio.41.col.1.fo.94.col.1.
Abſolutū ut abſolutū pōt ꝯcipi ſine rᵘ.fo.3.4.c.2.
Oē abſolutū utrū poſsit realr ſepari ab alio.fo.41.co.3.et.4.
Abſolutum dicitur aliquid dupliciter. fo.79.col.2.
Abſtractio eſt duplex. fo.37.col.1.55.col.1.
Abſtrahunt different intellectus et uoluntas. fo.37.col.2.
Abſtractiui qui ſint. fo.78.col.1.
Quid ſit ultimate abſtractum. fo.88.col.3.
Quomodo intelligatur regula de ꝓdicatione de ultimate abſtractis. fo.88.col.3.
Quotuplex ſit abſtractio. fo.88.co.3.4.et.fo.89.col.1.2.
Abſtractio quid ſit. fo.89.col.1.
Abſtractio diuerſimode eſt ī diuerſis. fo.89.col.1.
Abſtractū et ꝯcretū idē ſignificāt. fo.87.co.3.fo.125.co.3.
Qui ſint mōi ſignificādi diuerſi abſtracti et ꝯcreti.fo.125.c.3.
Quid poſsit abſtrahi ab īdiuiduis fo.128.co.4.
Acceptio pſonaꝝ qd ſit fo.6.co.2.fo.18.co.2.fo.150.co.3.
Acceptatio diuine uoluntatis reſpectu quoꝝ ſit et a quo ſit et ad qd primo et ſecūdo ſit et quō poſsit ſciri fo.6.co.2.
Acceptatio eſt duplex fo.120.co.4.fo.121.co.2.
Quō actus et nā acceptētur ad uitā eternā fo.120.co.4.
Vtrū actus ſit dignus uita eterna fo.120.co.4.
Accñs nūqꝫ hꝫ cām materialē et formalē fo.17.co.2.
Accidens eſt duplex fo.53.co.3.
Accidens capitur dupliciter fo.107.co.1.
